

64883

Tertius Can. Auic.

cum amplissima Gentilis Fulgi. expositio-
ne. Demum cōmentaria nuper addita
videlicet Jacobi de partibus sup
Fen. VI. &. XIIII. Itē Jo. Mat-
thei de gradi super Fen
XXII. quia Gētilis in
eis defecit.

Tabula dubiorꝫ prime ptis Gentilis sup. III. Auic.

Tabula dubioꝝ prime partis

5 Utrum

Tabula dubioꝝ prime partis

18 Utrum

Tabula dubioꝝ prime partis

Tabula dubioꝝ prime partis

Tabula dubioꝝ prime ptis Gent. sup. III. Auic.

FINIS.

Tabula Prime partis lib. III. Auic.

Tabula Prime partis lib. III. Auic̄.

FINIS.

¶ Gētilis Fulginatis viri eminētissimi in Tertium Canonem Auicēne expositio.

¶ Incipit Liber Tertius Cañ. Aui.

¶ Dictio Prima de vniuersis egritudinibus capitis Tertij Libri canonis in medicina.

¶ Tractatus Primus de anathomia cerebri ⁊ dispositionibus eius.

¶ De vtilitate capitis ⁊ partibus eius. Cap. p^m.

Naquit Gal. Intentio in creando caput non est cerebrū: neq̄ auditus: neq̄ odoratus: neq̄ gustꝰ: neq̄ tactus.

Oportet admirari de sapiētia creatoris. Galenus. 15. d̄ vtilitate particularū caplo p̄. Peritu͞z medicu͞z nō decet trāsgredi hanc viā. Halyabas p̄ theorice caplo p̄. ¶ Pro principio p̄ntis studij deo duce feliciter ꝓsequendi atq̄ laudabil'r terminādi duo mee mēti maxime necessaria p̄ntant. Primū est diuini auxilij iuocatio gloriosa vt sit in oībus nostris opibꝰ adiutor ⁊ regula directiua. Scōm est tertij cañ. Aui. quē habemus pre manibus exponendū cōmēdatio fructuosa: vt sit ad eius apphēsionē nr̄arū mentiū exortatio electiua. Pro qbꝰ duobꝰ due ꝓpōnes p̄mo p̄mittunt. Pro primo tamē prima: pro scōo scōa ꝓpositio ministrabit.

¶ Est qdē p̄ma ꝓpositio Gal. 15. de vtili. parti. p̄ ca. qui Gal. ibidē. ⁊ 17. lib. p̄ cap. versus fi. mēbroꝝ nostri corporis inspiciēs ordinē facientē imaginari mirabilē harmoniā: ac eoꝝ operū ꝯsiderās cardinē faciētez ꝯtēplari amplexabilē ac delectabilem melodiā in p̄fatā ꝓpōnez ꝓrupit dicens. Opz admirari de sapientia creatoris. Cuius ꝓpōnis virtute bifariam mouemur diuinū auxiliu͞z inuocare. ¶ Primo q̄ eius potētiā admirantes admirari opz. ¶ Scōo q̄ eius sapiētiā mirabil'r ꝯtēplantes admiramur de sapiētia creatoris. ¶ Est primū qdē potētia diuina admiranda: largitate eius potentie creatiue ꝓductoꝝ varietatē ⁊ numerū cognoscendo. Scōo incōprehēsibilitate eius potētie ꝓductiue eius īfinitatē seu infinitatis cumulū attēdendo. ¶ Primo dico ꝙ est admirāda potentia creatoris largitate potētie creatiue ꝓductoꝝ numerū cognoscendo. Hic enī numerus cōprehendit oīa extra se: que oīa ꝓduxit sua potētia creatiua. Uñ Azarauius in ꝓhe. sui lib. in medicina. Creator excelsus vniuersas creaturas creauit. qd̄ etiā satis confirmat Auic. 9. meth. p̄ cap. ⁊ Plato. z. thy. ⁊ Dauid di. 4^a sue p̄hie. p̄ ca. lz huic sentētie Aristo. ⁊ peripatheticoꝝ sermones non concordent. ¶ Secūdo est creatoris potētia admirāda icōprehēsibilitate eiusdem potētie ꝓductiue eius īfinitatis cumulū attēdēdo. Est eni͞z tā ꝓfunde voraginis respectu nr̄e notitie hmōi potētia creatoris: vt ad illā cōprehendēdā aut sermonibꝰ explicādā humana mens aut sermocinatio nō attingat. Uñ Gal. 15. de vtili. ꝑtic. post p̄missaz ꝓpositionem subdebat. Sermo noster deficit a sapiētia eiꝰ qui creauit nos: vt neq̄ narrare possumus que ab illo facil'r facta sunt. Et Algazel. 3. metaphysice dicit circa finē. Deficere a comprehēdēdo deū: deū comprehēdere est. Qd̄ pulchre īnuit Sene. lib. 8. 67. epl'a ad Lucillū dicens. Ego nō q̄ram que sint initia vniuersoꝝ: qs rerū formator: qs oīa in vna mēsura ⁊ materia inerti cōuoluta discreuerit. Nō querā qs sit istius artifex mūdi: qua rōne tāta magnitudo in legē ⁊ ordinē venerit: quis sparsa collegerit: ꝯfusa distinxerit: in vna difformitate iacētibꝰ faciem diuiserit: vñ lux tanta fundatur: ignis sit an aliquid igne lucidius. Ego ista nō querā: ego nesciam vnde descēdam. Et ideo merito dicit Seneca lib. 5. 41^a epistola ad Lucillum. Quid deus sit incertum est: habitat in nobis. ¶ Scōo deum mouemur īuocare eius sapiētiam mirabil'r ꝯtemplantes. Uñ dr̄. admirari opz de sapiētia creatoris. Est autē eiꝰ sapientia dupl'r admiranda. Primo vl'itate sue cōprehēsiōis. Scōo vbertate sue largitionis. ¶ Primo qdē est admirāda sapiētia creatoris totalitate sue cōprehensionis: q̄ oīum notitia͞z comprehendit. Sicut enī deus est p̄ncipiu͞z oīum causarū: sic oīa cognoscit et cōprehendit: vt īnuit. A. 8. meta. penul. c. ⁊ Algazel. 3. meta. summa tertia. Primus scit oēs spēs ⁊ genera oīum: vnde eius scientie nihil deest. Uñ bene dixit Arist. ad Alexādru͞z. Deus est sapiens atq̄ sciens. ¶ Scōo est admirāda sapiētia creatoris vbertate sue largitionis: q̄ sciam oībus impēdit: vñ in Halya. antiquo tertio practice. in p̄ncipio scribit. Omnis scīa ⁊ oīs sapiētia est ab eo qui viuit in eternū. Sic igit cōpulsi ad diuinam grām impetrādam: sic aiositati ad illā auidissime postulādam dicemus cu͞z Jo. Mesue vt in ꝓhemio de cōsolatione medicinarū. Fac pie deus hoꝝ oīum. s. p̄teritoꝝ presentiū ⁊ futuroꝝ sermonū aggregationē felicez de thesauris tue largitatis cuncta felicitans. ac cum Albucasi de baldac tabula. 4. sue medicine. Rogemus deum vt perducat nos ad via͞z congruitatis ⁊ prebeat nobis intellectum habendi notitiā laudandi ⁊ glorificandi eum: sicut sue pertinet maiestati. Amen.

¶ Pro laude vō tertij cañ. Aui. scōa ꝓpositio sumebat quā ꝓpōnez lz Halya. ꝑallega. c. posuerit intēdēs librū suū pre oībꝰ alijs cōmēdare: tñ rhetorico more sermo ille assumi pōt in laudē tertij cañ. A. dicēdo. Peritū medicū non decet transgredi hanc via͞z. s. tertij cañ. Aui. In qbus verbis dicemus ꝙ Haly. in laudē huiꝰ libri duo facit. Primo enī verū medicū anteponit cū dicit (peritum medicum.) Secūdo sibi viam debitā predisponit siue viam debitā corā ponit cum dicit (non decet transgredi hanc viam.) s. tertij libri. ¶ Prio dico ꝙ Haly. verū medicū anteponit cū dicit (peritū medicū.) Est aūt peritus medicꝰ qui viget ītellectu ⁊ sciētie bonitate: qui ēt splēdet memorie facultate: vt sumit in cōmē. regi. acutorū scōi. 57. cō. ⁊ ab Haly in thegni tra. 3. 154. cōmē. lz p̄ter has ꝯditiones ab eis nūerent alie: q̄s ⁊ q̄rū ꝓbatiōes omitto grā breuitatis. ¶ Dico 2^o ꝙ Halya. perito medico debitā viā coram ponit cu͞z dicit (nō decet trāsgredi hāc viam.) s. tertij cañ. Aui. Quasi dicat medicus peritus ad peritie ꝯseruationē: vel quivult eē peritus ad eiꝰ acq̄sitionē incedere dz per viā que est cañ. tertius Auic. Et hoc rōne euidētissima declarat. Nam tertius canon verissima ⁊ copiosa scīa dat intelligentie bonitatē: suo etiam pulcherrimo ordine dat memorie facultatē. Ordo enī in hoc adiuuat: vt Ari. īnuit in de memoria ⁊ reminiscētia. Si ergo medicꝰ tal'r sit peritꝰ oz ꝙ hac scīa ⁊ via tertij cañ. gradiat. qd̄ ēt pōt aliter declarari. Na͞z illa via dz incedere medicꝰ volēs sue artis ꝑitia gloriari: q̄ via ordinati͞z inuenit notitiā sui subiecti finis modi ac instroꝝ qbꝰ finis īducit ī subiecto. ¶ Ista enī sunt ab opatiuo artifice cognoscēda: vt Auer. īnuit p̄mo cap. executiuo: sed per viā tertij canonis Auic. incedēs medicus illoꝝ pōt notitiā inuenire. Nam cognoscit subiectū cu͞z capl'a de anathomia tertius liber cōtemplat. Cognoscit finem. s. egritudinem vel sanitatē cum signa dispositiones ⁊ dispōnu͞z causas veridice speculat. Cognoscit modū cū ei canonū curationis ⁊ ꝯseruationis modus enodat. Cognoscit instr̄a cum ei per hunc libru͞z notitia multarum medicinarū tam cōpositarum q̄ simpliciu͞z enarrat: q̄uis nō ita ꝑfecte scientia istoꝝ habeat sicut ex toto lib^o Aui. ¶ Bene igit dicē possumꝰ peritus medicus incedere debz hac via: nec dz trāsgredi. i. p̄termittere hāc viā. s. tertij cañ. A. Ad qd̄ adaptari pōt p̄mo Auer. in ꝓhemio cāticoꝝ. Hic est melior liber pluribus alijs in medicina: ⁊ cōpilatus ordine valde cōuenienti.

¶ Expeditis igit de duobꝰ necessarijs iā p̄missis. s. dei iuocatione et libri cōmēdatiōe: restat ad expōnē huiꝰ tertij cañ. deuenire. Et q̄ cuiuscūq̄ rei scīa (si cās habuerit) est per cās p̄ huiꝰ libri cās ponemus. Scōo qs libri titulus. Tertio qs ordo. Quarto cui parti p̄hie supponat. ¶ Causa huiꝰ libri māliis est corpꝰ humanū s̄m vnūq̄dq̄ cā mālis huius libri
mēbrū organicū a capite vsq̄ ad pedes sanabile ⁊ egrotabile opabile a nobis. ¶ Causa efficiēs fuit. A. vir laudandus parētum gene cā efficiens
rositate: fuit enim de regia stirpe. Intellectus sublimitate. fuit enī excellentissimi intellectus: vt medicina sua demonstrat: de quo ēt sibi inuehit. 3. celi ⁊ mūdi Cōmētator. 67. cōmēto. Moꝝ cōpositus venustate. fuit enim vir largus ⁊ hylaris: vt chronica sua narrat. ¶ Causa formalis est 2^x. s. forma tractatꝰ ⁊ forma tractandi. For cā formalis
ma tractatus est diuisio libri cū qua ꝓcedemus. Forma tractandi etiā est modus ꝓcedēdi quē. A. seruat. Hic aūt modus apud quosdam general'r vnus est. s. resolutiuus. Sed apō alios est multipl'x ⁊ est verum: q̄ spāliter multiplex est resolutiuus cōpositiuꝰ diffinitiuus diuisiuus: qñq̄ narratiuus ⁊ exemploꝝ positiuus. ¶ Cau cā finalis
sa finalis est vt habita scīa huius libri possimus sanitatē cōseruare ⁊ egritudinē remouere: ⁊ exinde lucrū acq̄rere atq̄ famam: vt Auic. s. ꝓhemiali caplo ponit. ¶ Libri titulus talis est Liber Ter Titulus libri
tius ⁊c. Alij Dictio prima ⁊c. Ordo libri est notus: ⁊ cui parti p̄hie ordo
supponatur. Hec enim declarata sunt ꝓlixius in ꝓhemio Auicē. cui subalternat
¶ Restat ad libri diuisionē accedere. Ad cuius euidētiā est sciendū Diuisio libri
ꝙ cū tertiꝰ cañ. sit de egritudibꝰ que sunt a capite vsq̄ ad pedes in tot partes p̄ liber iste tertius diuidit: quotuplex est mēbroꝝ p̄ma diuisio. Est aūt organicoꝝ mēbroꝝ nostri corporis q̄ntuplex diuersitas: quedā sunt aīata ⁊ eis annexa: ⁊ q̄dā spiritualia ⁊ annexa: q̄

dam naturalia: quedam generatiua: quedā sunt extriseca mēbra. ¶ Scd̄m hoc igitur tertius cañ. diuiditur in qnq̄z partes. Primo enim determinat in egritudinibus siue dispōnib⁹ animatoꝝ membroꝝ. Secūdo spiritualiū. ibi (In principio fen. 9.) Tertio naturaliū. ibi (In principio fen. 13.) Quarto generatiuoꝝ. ibi (In principio fen. 20.) Quinto extrinsecoꝝ. ibi (In pn̄° fen. 22.) ¶ Et hmōi modus diuidendi est melior eo qui fit ab alijs diuidentib⁹. Primo determinat de dispōnib⁹ mēbroꝝ intrinsecoꝝ. Scd̄o extrinsecoꝝ. ibi (In pn̄° fen. 22.) Nā in fen ante. 22. determinat de dispōnibus mamillarū ⁊ quorūdā magis extrinsecoꝝ ꝙ̄ spōdiles de qb⁹ in fen 22. determinat. ¶ Prima in duas. Nā mēbra aīata sunt duplicia. Quoddā ex eis est principale cū annexis: vt cerebrum cū craneo. Quoddā est ortū a principali ⁊ illi annexū. Primo determiat de dispōnibus cerebri ⁊ capitis. Scd̄o ortoꝝ. ibi (In pn̄cipio fen. 2.) ¶ Prima in duas. Primo notificat nobis caput per eius anathomiā. Scd̄o determinat de eius dispōnibus. ibi (Opꝫ te scire.) Hic enim est ordo quē Aui. ꝓmisit in pn̄° toti⁹ libri. ¶ Prima in duas. Primo notificat nobis caput. Scd̄o cerebrū. ibi (Cerebri autem.) ¶ Prima in duas. Prīo notificat caput quātū ad sui vtilitatē. Secūdo quantū ad sui partes. ibi (Partes vo.) Et hoc est qd̄ rubrica dicit. Capl'm de vtilitate capitis ⁊ eius partib⁹. ¶ Prima in duas. Primo ostēdit que nō est capitis vtilitas. Scd̄o que est. ibi (Sꝫ intentio.) ¶ Prima in duas. Primo ꝑmittit cōclusionē quā intēdit. Secūdo ꝓbat. ibi (Hec enim mēbra.) ¶ Dicit p° ꝙ Gal'. inqt. s. 9. de iuuamētis mēbroꝝ antique trāslationis. 2. cap. ⁊ 8. noue trāslationis. 4. ca. Intētio. i. finis siue vtilitas siue cuius grā factū est caput nō est cerebrū ⁊c̄. ¶ Cōsiderandū ꝙ ordo in determinādo de dispositionib⁹ mēbroꝝ hoꝝ est duplex. ¶ Unus ſm mēbroꝝ nobilitatē ⁊ principatū ⁊ sic īcepisset. A. a dispōnib⁹ cordis: qꝛ cor est principalius ⁊ sublimius oīum pn̄cipalium: vt Auicen. inqt in ꝓpria fen. 11. Halyab. tñ diceret ꝙ cerebrū est tale. Unde. 3. theorice. 11. ca. Cerebrū est honorabili⁹ ceteris mēbris corporis ⁊ excellētius. Cui applaudet sermo Arist. 33. ꝑtic. de ꝓblematib⁹. 7. ꝓblemate. ¶ Alius est ordo ſm ordinem superioris ⁊ inferioris ⁊ quasi per primū occursum: ⁊ sic incipit a dispōne capitis: ⁊ hūc ordinē reliq obſuant. ¶ Cōsiderandū ꝙ intētio idē est ꝙ finis. Et dicitur intētio: qꝛ intētionaliter p° mouet agēs. ¶ Est aūt finis triplex: vt Auer. 6. collꝫ. 1. ca. ⁊ Arist. 2. de gn̄one aīaliū. 12. ca. Uno mō dr̄ finis res in quā aliquis tendit necessario sicut ad perfectius: vt cor est finis mēbroꝝ: ⁊ deus entiū. Scd̄o mō dr̄ finis ītrinsecus. i. forma rei. Tertio mō dicitur finis. i. vtilitas siue operatio: quomō finis mēbrorū est eorum operatio siue vtilitas. Et res etiam que per illam vtilitatem ordinant̄ vel fiūt vel disponunt̄ possunt dici finis: sic finis serre est archa sua opōne mediāte: q̄ est serratio. vel posset dici serra finis arche ⁊ vasoꝝ: qꝛ serra hꝫ vtilitatē disponentē arcā. Hic igit̄ ītētio. i. finis sumit̄ maxie tertio mō. si aūt al'r posset sumi dicet̄.

Dub^m p^m ¶ Dubitat̄. vtrū iste liber sit theoricus vel practicus. Rñdet̄. Prima ꝓpositio capiendo practicū ⁊ theoricū ꝓprie: sic totus iste liber est practicus sicut ⁊ tota medicina. ꝓbatur. isti⁹ libri finis est operari: ergo practicus. Secūda ꝓpositio capiendo theoricum et practicum large sic. iste liber partim est practicus ⁊ partim theoricus. ꝓbatur. quia in isto libro aliqua sunt per que medicus nō īmediate descendit in opus: sicut sunt capitula de signis ⁊ causis: ⁊ aliqua sunt per que sic: ⁊ ſm hoc pꝫ solutio ad dubium.

¶ Hec enim membra ⁊ virtutes in animalibus reperiuntur capite carentibus.

¶ Probat ⁊ arguit sic. ꝓpter illa nō est factū caput que reperiunt̄ in aīalibus carentibus capite: sed hec mēbra ⁊ virtutes cerebrum auditus gustus odoratus ⁊ tactus reperiunt̄ in aīalib⁹ capite carētib⁹: ergo vtilitas siue intētio in creando caput nō est cerebrū: nec auditus ⁊c̄. sic ergo caput nō est ꝓpter illa. Huius rōnis ꝯclusionem iam posuit: sed maiorē intelligit vt notā. Stultū enī dicere est ꝙ reperiat̄ finis: ⁊ nō reperiat̄ res ordiata in illū finē: res. n. illa ordiata ꝑ finē eēt ociosa: vt si archa pōt repiri sine serra fatuū est dicē ꝙ intētio serre sit archa: sed minorē Aui. ponit in lr̄a. ¶ Cōsiderandū ꝙ. A. dixerat. hec enī mēbra ⁊ virtutes. Nā in mēbris cōsideramus eoꝝ corpulentiā siue nām subiecti: ⁊ ꝯsideram⁹ eoꝝ virtutē siue nām forme ⁊ perfectionis. Caput igit̄ nō est ꝑ cerebrum nec auditū ⁊c̄. ſm ꝙ sunt quedā corpora ⁊ subiecta: ⁊ ꝙ̄tū ad hoc ꝙ dixit mēbra. nec ꝓpterea quātum ad eorum formam: et quātū ad hoc dixit. ⁊ virtutes: ⁊ ideo si caput est ꝓpter oculos est ꝑ eos ſm ꝙ organa siue mēbra: ⁊ ſm ꝙ habent virtutē visiuam: sicut serra est ꝓpter archam habentē talem formā ⁊ virtutem.

Dub^m 2^m ¶ Dubitat̄. vtrū aliqd̄ aīal careat capite. Videt̄ ꝙ nō ex Arist. intētione. 4. de hystorijs. cap̄. 1. qui aīalibus exanguib⁹ assignat caput: vt molochijs. i. mollibus: vt sepie malacostratis. i. mollis teste vt gambari ostrachodermis ⁊ vniu'r omni animali. ¶ In ꝯtrium. A.

¶ Dc̄m ꝙ caput accipit̄ dupliciter. Uno mō large iuxta sonū vocis ⁊ pro ꝑte per quā accipit̄ alimētum: vñ dicit̄ caput a capio capis: ⁊ vt sic oīa aīalia hn̄t caput. i. partē per quā alimentū sumunt cum oīa nutriant̄: ⁊ hoc mō assignat Ari. caput cuilibet aīali. sic ēt plante habēt caput: sed reuersum: vt Isaac vrinarū. s. al's. 9. 4. ca. Alio mō sumitur caput proprie ⁊ pro parte honorabili corꝑis distincta ⁊ eius principiatiua sursum vel quasi sursū eleuata: ⁊ hoc caput nō habent omnia animalia sed perfectiora: ⁊ magis sursū ⁊ eleuatū perfectius aīal: sicut hō cui in eleuatione appropinquāt aues ⁊ equus: reliqua aūt bruta habēt caput magis depressum.

¶ Sed intētio in ipso est bonitas dispōnis oculi ī ipsi⁹ ꝯuersiōe: que ei creata est: vt oculus hēat eleuationē ⁊ sublimatiōē sup̄ oīa mēbra corꝑis in oīb⁹ ꝑtibus.

¶ Ostēdit hic que est vtilitas capitis. Et p° premittit hoc. Scd̄o ꝓbat. Tertio mouet dubium. 2ª ibi (Cōparatio nāq̄ꝫ.) 3ª ibi (Et iteꝝ.) ¶ Dicit p° ꝙ intentio in ipso. s. capite creando est ⁊c̄. ¶ Cōsiderandū ꝯuersione. i. motu ad oēm differētiam positionis. Nāꝫ vt bene fiat visio oportuit oculum habere multas cōuersiones: vt declaratū est fen. 3. Uult igit̄ dicere Auicē. ꝙ intētio in creando caput est vt oculus bñ disponat̄ in ipsius cōuersione. i. motu quo indiget ad visionem: ⁊ per ꝯn̄s vt bene disponat̄ in vidēdo. ¶ Hic ꝓbat ⁊ arguit sic. si intētio qua creatū est caput est vt oculus habeat sublimationē ⁊ eleuationē sup̄ oīa mēbra corporis: caput est creatū ꝑ oculos: sed ita est ꝙ intētio qua creatū est caput est vt oculus habeat sublimationē ⁊ eleuationē: ergo caput est creatū ꝑ oculos: intētio igitur in creādo caput. ¶ Circa istā rōnē sic ꝓcedit: qꝛ iam premissa ꝯcl'one p° ponit minorē. Scd̄o ꝓbat eā. ibi (Comparatio nāq̄ꝫ.) ¶ Dicit p° ꝙ intētio qua creatū est caput est vt oculus ⁊c̄. Et hoc est qd̄ dicit (Sꝫ intētio ⁊c̄.) que intētio creata est ei. s. capiti vt oculus ⁊c̄. ¶ Cōsiderādū ꝙ ly ei: pōt exponi ei. s. capiti sicut ordinatio in finē: vel ei. s. oculo sic̄ fini vel subiecto. dicēdo sic. Que dispositio ⁊c̄. creata ei. s. oculo est vt ⁊c̄. ¶ Scd̄o cōsiderādū quare Aui. dixit (eleuationē ⁊ sublimationē.) Albertus rudissime exponit eleuationē quātū ad pāniculos: sublimationē quātū ad humores: vel ecōtra. Nō est digna reprehensione ista expositio. ¶ Dicemus igit̄ ꝙ Aui. hoc dixit ad maiorē manifestationē: sicut rhetorice loquentes dicimus. Iste est eleuat⁹ sublimat⁹ ⁊ exaltatus. ¶ Uel ꝙ dixit eleuationē quātū ad sitū. dixit sublimationē quātū ad speculationem ⁊ intuitū ꝯuenientē ꝓñtem ex debito situ: ⁊ ideo lr̄a exterior hꝫ. vel speculationē. ⁊ sic exponit̄ lr̄a que dicit in oīb⁹ partibus: vt dicamus hāc eleuationē sup̄ oīa: ⁊ sublimationē. i. speculationem in oīb⁹ partib⁹. ¶ Tertio dc̄m vel diceret aliquis sup̄ oīa mēbra. ¶ Cōtra. qꝛ quedā sunt mēbra sup̄ que nō hn̄t eleuationē nec speculationem vt frons: nec speculāt vt aures. ¶ Dc̄m ſm cōem modum exponēdi super omnia. i. plurima: vel super omnia membra quibus comparatur vt custos vel speculator.

¶ Cōparatio nāq̄ꝫ oculi ad corp⁹ est ꝓpinqua cōparationi speculatoris ad exercitū. Et locoꝝ qdē: qui speculatorib⁹ est melior ⁊ ꝯuenientior est locus altus.

¶ Hic ꝓbat minorē ꝓpōnē que dicebat. Sꝫ intētio qua creatū est caput est vt oculus hēat eleuationē ⁊ sublimationē. Hec ꝓpositio ꝓbat̄ per duas ꝓpōnes. Una est ꝙ caput est qd altū: ⁊ ei⁹ est exaltare: siue est in altū attollere. Et hāc ꝓpōnē. A. tacet vt notā ad sensū. Alia ꝓpō est ꝙ loc⁹ oculi est loc⁹ alt⁹: ⁊ hāc ꝓbādo īnuit. Nam oculus est qdā speculator: sꝫ loc⁹ ꝯueniētior speculatori est loc⁹ altus: igit̄ si īter oīa mēbra corꝑis oculus eget eleuatiōe ⁊ capitꝭ est eleuare: ꝙ̄ ītētio qua creatū ē: est sublimatio oculi: ⁊ est hec mīor.

¶ Et iterum omni oculo non est necessariū creare caput absolute: sed animali lenē habenti oculum.

¶ Hic remouet dubiū: qꝛ enī iam ꝓbatū est ꝙ caput est ꝑ oculū ideo crederet aliqs hoc eē vl'r verū: ostēdit igit̄ quasi dearticulando sermonē ꝙ est hoc verū de aīalib⁹ hn̄tibus oculos lenes: ⁊ non in omni aīali. Prīo igit̄ ꝓponit hoc. Scd̄o ꝓbat. ibi (Cui⁹ oculus.) ¶ Cōsiderandū ꝙ caput pōt accipi dupl'r. Uno mō vere siue absolute pro parte sublimata in qua est cerebrū. Alio mō ꝓprie ꝓ qualibet parte subleuata ⁊ inchoatiua. Uult igit̄ dicere. A. ꝙ non pro omni oculo creatur caput absolute. i. vere ⁊ ꝓprie caput: qd̄ enim absolute ꝓfert̄ ītelligitur de eo in meliori esse: vt sumit̄ 3° alimentoꝝ. ca. 38. ⁊ p° de creticis. ca. 9. ¶ Scd̄o cōsiderādū ꝙ ex aīalib⁹ q̄dam hn̄t oculos duros vt cancer ⁊ ꝯcule vel cicade: q̄daꝫ lenes vt hō ⁊ equus ⁊ sil'ia. Istis igit̄ generat̄ caput ꝓpter oculum.

¶ Cui⁹ oculus īdiget m'lta cautela ⁊ loci affirmatiōe.

¶ Hic probat ⁊ habet quatuor sicut quatuor rōnes adducit. 2ª ibi. (Nam.) 3ª ibi (Amplius.) 4ª ibi (Et neq̄ꝫ.) Prīo arguit sic. Illi oculo oportet

lo opoꝛtet creari caput cuius cautela ⁊ custodia indiget affirmatione.i.fixione cū infossatione loci: sed oculus lenis est huiusmodi. ¶ Cōsiderandum ꝙ si oculus lenis esset extra ꝓminens sicut sunt oculi cancroꝝ siue quorūdam ostracoꝛum essent in magno periculo: ⁊ ideo opoꝛtuit eos defendi per infossationē ⁊ positionem supciliorꝝ desuper ⁊ pomoꝛum inferius: ab intrinseco vero nasus: ab extra vero pars ossis. Ista vero lꝫ non sint caput: non tamen sunt sine capite: vt Gal'.s. de vtilitate particularum.5.ca.

¶ Nam pluribus aīalibus capitibus priuatis duo sunt creata additamēta a coꝛpoꝛe sublimata: sup que oculi eoꝝ decēter constituti sunt: vt ipsoꝝ vnusquisqꝫ speculationem ⁊ sublimationē suo habeat visui.

¶ Adducit scdam rōnē ⁊ arguit sic. si animalibus capite ꝓuatis sūt quedam additamenta exaltata super coꝛpus super que sunt oculi eoꝛum debite situati.s.eleuati: vt vnusquisqꝫ oculus habeat sublimationē conuenientem suo visui: igitur non opꝫ omni oculo creare caput: sed ita est: ergo ⁊c. Huius rōnis ponit minoꝛem. ¶ Considerandū ꝙ dixit. pluribus. qꝛ quibusdam animalibus capite ꝓuatis oculi sunt concauati ⁊ infossati: vt apparet in cācris vel in alio animali. In quibusdam autē eleuatis vt in cicadis.

¶ Amplius in ꝯuersiōibꝰ oculi ipsoꝝ nō est caput creare necessarium ꝓpter duritiem nucle ipsius.

¶ Adducit tertiam rōnem ⁊ arguit sic. si animalibus quibusdaꝫ capite priuatis fuisset necessarium creare caput maxime hoc fuisset ꝓpter cōuersionem.i.motum vndiqꝫ oculi ipsoꝛum: sed ꝓpter talem motū non est eis necessariū: ergo ⁊c. Maioꝛ est nota: quia ex motu ꝯuersiuo ad plura est in occursu ad plura: ⁊ sic in maioꝛi periculo offensionis. Minoꝛ est nota: qꝛ illa animalia habēt duritiē nucle.i.partis que de oculo sentitur.i.apparet nobis ꝓpter quam duritiē nō dubitaꝛ de occursu in cōuersionē. ¶ Circa hanc rōnem sic ꝓcedit. Quia primo ponit minoꝛē. Secūdo ꝓbat.ibi (Propter duritiem.) Et ex hac tertia ratiōe ⁊ secunda posset fieri vna ratio. Alia enim carentia capite vel indigent eo ꝓpter subleuationē: vel ꝓpter infossationem ⁊ nidum oculoꝛum: sed nullo hoꝛum ⁊c.

¶ Et neqꝫ caput est necessarium creare nisi animalibꝰ: quoꝛum oculi capacitate indigent. Et quibus neruos aduenire necesse est ꝑꝑ motꝰ multos ex motibꝰ ꝑꝑ debilitatē motuuꝫ nucle ⁊ palpebꝛarum.

¶ Hic adducit quartam rōnem ⁊ arguit sic. si caput non est necessarium nisi aīalibus: quoꝝ oculi indigent esse in loco capaci sicut est fouea vel nidus: ⁊ quoꝝ oculi indigent neruis tā ꝓpter oculos ꝙꝫ ꝓpter palpebꝛas: igiꝛ nō omni oculo fuit necessariuꝫ creare caput: sed sic est ꝙ caput nō est necessarium nisi aīalibus quoꝝ oculi ⁊c. ergo ⁊c. Huius rōnis maioꝛē hꝫ pro nota. minoꝛē ponit. Secūdo ꝓbat eā.ibi (Nā hmōi.) Tertio remittit nos.ibi (Et nos.)

¶ Nam huiusmodi non est conueniens membꝛum vnū elongatum gracile. Et nos quidem perscrutabimur illud in capitulo de oculo.

¶ Hic ꝓbat minoꝛē per hoc mediū: qꝛ huic oculo indigenti capacitate ⁊ motu suiipsius ⁊ palpebꝛarū nō sufficit vnum membꝛū siue nō est cōueniens vnū mēbꝛum elōgatum ⁊c.i. vnū additamentum lōgū gracile.i. subtile: sicut hn̄t quedā aīalia capite priuata: quare opꝫ ꝙ oculo illi creeꝛ caput. ¶ Cōsiderandū ꝙ oculus lenis q indiget motu multo sui ⁊ palpebꝛarū indiget neruis multis qui nō ꝓtendanꝛ ad spatiū lōgum. vt declarat. G.s. de vtili. partiū.5.ca. Si enim ad lōgum ꝓcederent eēt periculū de illoꝝ coꝛruptione: ideo ꝓpter illos oculos ēt cerebꝛū fuit creatum sursum.s. ꝓpe oculos: ⁊ nos ꝑscrutabimur illud.s. ꝓcessum oculi ⁊ sitū eius ⁊ alia ⁊c.

¶ Partes vero capitis essentiales ⁊ que eas sequunꝛ sunt capilli: deinde cutis: postea caro: deinde panniculus: postea craneum: deinde pāniculus durus: postea panniculus subtilis nominatus secundina: deinde cerebꝛū s. substantia eius ⁊ ventres ipsiꝰ: ⁊ illud quod in eis existit: postea duo panniculi sub eo: deinde rhete: postea os qđ est cerebꝛi basis.

¶ Hic notificat caput quātuꝫ ad eius partes essentiales ⁊ que eas consequūtur.i. nō essentiales vt sunt capilli. ¶ Cōsiderandū ꝙ iste partes sunt.13. si spiritū numeras distinctuꝫ a cerebꝛo: ⁊ sunt.12. si numeraꝛ cōiunctus: vt videꝛ foꝛma locutionis. A. ¶ Cōsiderādum etiā ꝙ ex modo loquendi. A. videꝛ ꝙ rhete mirabile sit inter os ⁊ pāniculū durū: ⁊ etiā est sermo Auer. primo colliget. cap.16.

¶ Dubitaꝛ. vtrū caput sit ꝓpter cerebꝛū an ꝑꝑ oculos. Videꝛ ꝙ ꝓpter cerebꝛū per Arist.4. de partibꝰ aīaliū. ca.22. al's. c.9. vbi ait. Est caput maxime cerebꝛi gratia. ¶ Itē qđ cōparaꝛ cerebꝛo sicut illud cōtinens ⁊ defendēs etiā est factū ꝓpter cerebꝛū. Sed caput per sui ossa cōtinet ⁊ defendit cerebꝛū: vt Aui. p̊ cañ. fen p̄ma. cap. de anathomia ossiū capitis: ⁊ Auer. collꝫ.2. cap.s.⁊.9. de vtili. particularū. p̊ ca. cū dicit. ꝙ caput est sicut ꝑs cerbellaria. ¶ Amplius eoꝝ que sunt inuicem oꝛdinabilia videꝛ ꝙ ignobile sit ꝓpter magis nobile: sed cerebꝛum est magis nobile. ¶ Amplius sicut se habet collū ad cānam ⁊ pectus ad spiritualia: sic videꝛ se habere caput ad cerebꝛū: cū hec omnia sint vasa cōtinentia ⁊ defendētia: sꝫ collū est ꝓpter cānaꝫ pulmonis: vt Gal'.s. de vtili. parti. p̊ ca. ⁊ thoꝛax ꝓpter spūalia: vt.7. lib. ca.2 ergo ⁊c. ¶ In cōtrariū est Gal'. et Au. vt apparuit. ¶ In hac qōne sunt multi modi dicendi. Quidaꝫ dixerunt. s. vt Albertus ꝙ caput vel cōsideratur quātū ad totū genus aīaliuꝫ: ⁊ sic non est ꝓpter cerebꝛū. Rō est illa qꝛ nō omne animal hꝫ caput: ⁊ tamē omne habet cerebꝛū vel aliqd loco cerebꝛi. Vel cōsideratur quātū ad determinatam spēm: vt. v̊.g. in hoīe: et tunc vel caput cōparatur ad cerebꝛū hominis quātū ad figuraꝫ: ⁊ sic est ꝓpter cerebꝛū hoīs: qꝛ figura ossis capitis rotūda cū quadā depꝛessione est vt cerebꝛū sic figureꝛ ⁊ cōserueꝛ. Vel cōparatur ad cerebꝛū quātum ad quātitatem: ⁊ sic est ꝓpter cerebꝛū: qꝛ ꝭm eius quātitatē determinaꝛ. Vel quātū ad sitū: ⁊ tunc vel sumendo situꝫ pꝛo loco: ⁊ sic est factū ꝓpter oculos. Rō est: qꝛ oculoꝝ locus debꝫ eē altus: ⁊ ideo caput debuit eos in altū situare. Vel sitū pꝛo societate: ⁊ sic dicūt ꝙ caput est ꝓpter cerebꝛum: qꝛ cerebꝛum associaꝛ toti per neruos venas ⁊ arterias que in eo sunt. Hoc vltimuꝫ dictum est valde rude siqs considerat. ¶ Secūdus modus dicēdi est mens Halyab. vꝫ. ꝙ caput sumiꝛ tripl'r. pꝛo parte situal'r superiꝰ posita: ⁊ tūc non est ꝓpter cerebꝛuꝫ sed ꝓpter oculos: qꝛ situs eoꝛū debuit eē altus. Alio mō sumiꝛ ꝓ craneo: ⁊ sic est ꝑꝑ medullā. s. cerebꝛi. Tertio mō pꝛo cerebꝛo: ⁊ sic ꝓ oībus sensibus ⁊ ꝓpꝛie ꝓ visu. 2° collꝫ. cap.8. Hoc dictum est valde rude siquis considerat.

¶ Tertia opi. est Mūdini dicentis ꝙ caput non esse creatum ꝓpter cerebꝛuꝫ auditū gustū ⁊c. potest intelligi dupliciter. Uno mō ꝙ nullo modo sit pꝛopter illa creatum: ⁊ hoc est falsum: qꝛ aliqua est vtilitas ipsius capitis respectu illoꝝ. Alio modo ꝙ nō sit creatuꝫ ꝓpter illa quātum ad situm: ⁊ hoc est verum. Ratio est. qꝛ ista repiunꝛ in aīalibꝰ capite carentibꝰ. Hec opi. lꝫ bꝛeuis pōt saluari.

¶ Quarta est opi. Cōciliatoꝛis dr̄ia.40. dicentis ꝙ caput nō est factū ꝓpter oculos sed ꝓpter cerebꝛuꝫ: qđ ꝓbat Aristo. auctoꝛitate pꝛemissa: ⁊ rōnibus que inducenꝛ post positionē snīe. G. Hec autē opinio nō est vera: vt apparebit infra. ¶ Ad intellectū huiꝰ qđ volumus de snīa. G. in hoc est cōsiderandum ꝙ caput accipitur dupliciter. Uno mō impꝛopꝛie pꝛo parte qua capiꝛ alimentuꝫ: ⁊ isto modo nō sumiꝛ hic. Alio mō ꝓpꝛie qđ Aui. vocabat absolute: ⁊ sic caput est qđdā membꝛū multū ossuosuꝫ habens in se sbaꝫ medullarem quādam que diciꝛ cerebꝛum: ⁊ est eleuatū in habentibꝰ pulmonē colli ꝓtensione siue eleuatione. Uñ inter partes huiꝰ capitis est collum: sicut est mens Gal'.s. de vtilitate particularum. cap.1.

¶ Sꝫ tu. d. cōtra. qꝛ Aui. enumerādo partes capitis nō enumerat colluꝫ. Dicendum ꝙ expectabat illius notificationem fen.9. dedit igitur hic intelligi. Vel dicendum ꝙ est pars distinguens caput.

¶ Secundo ꝯsiderandum ꝙ cū dicimus (pꝛopter) intelligimus ꝓpter quā vtilitatē sit: sicut dicimus ꝓpter quā vtilitatē est malleꝰ: qꝛ ꝓpter cultellū: ⁊ serra ꝓpter archā. ¶ Dico igiꝛ ꝙ caput sic ꝓpꝛe acceptū non est ꝓpter cerebꝛuꝫ: qđ est eius pars: nec ꝓpter os in quo est lingua: nec ꝓpter auditū gustuꝫ odoꝛatū ⁊ tactū. ¶ Dico 2° ꝙ est ꝑꝑ oculos in pluribꝰ aīalibus spāl'r in hn̄tibus oculos lenes. ¶ Primū ꝓbaꝛ ratione Gal'. quā. A. ponit. Si caput non reperitur in qbusdam aīalibus: ⁊ tamē in eis inueniꝛ cerebꝛū: ergo caput nō est ꝓpter cerebꝛū: sed sic est ꝙ caput non reperiꝛ in quibusdaꝫ: vt malacostratis ⁊ cancris ⁊ hmōi: ergo caput nō est ꝓpter cerebꝛū. ¶ Sed ꝯ istam rōnem. G. arguiꝛ ex mente Arist. Nam dicit ꝙ ista aīalia capite carentia carent etiā cerebꝛo ⁊ habēt aliquid cerebꝛo pꝛopoꝛtionale. Remouet hāc instantiam. G.4. cap.s. de vtili. par. longis verbis. Sed snīa est hec. Primo ꝓbando ꝙ hoc aīal hꝫ verum cerebꝛū. Nam animal vere motum ꝭm electionē: ⁊ vere sentiens hꝫ cerebꝛū verum: sed hmōi aīalia carentia capite vere ꝭm electionē mouenꝛ ⁊ sentiūt: igiꝛ verū hn̄t cerebꝛuꝫ. Maioꝛ est nota: qꝛ nolēdo decipi in noībus sicut Arist. vr̄ deceptus: cerebꝛū hꝫ hoc nomē: nō qꝛ sit medulla: qꝛ ossa hn̄t medullā: nec qꝛ sit sursuꝫ: qꝛ vt apparebit mēbꝛa non soꝛtiunꝛ a loco nomen ⁊ substantiam: sed habet hoc nomen: qꝛ dans est sensuꝫ ⁊ motū. Minoꝛ est nota.

¶ Amplius simile videꝛ de noīe oculi ⁊ auris ⁊ alioꝝ ⁊ de noīe cerebꝛi: sed ꝑticula qua aīal videt vbicūqꝫ sit dr̄ verus oculus: ⁊ particula qua audit dr̄ auricula vel auris: igiꝛ ꝑticula qua aīal habet sensuꝫ ⁊ motū dr̄ verū cerebꝛū: igiꝛ in illis aīalibꝰ illa ꝑticula debꝫ

Dubiū 3m

vocari cerebrũ. Deducit ergo. G. rõnẽ sic. In qbusdaʒ aĩalibus cerebrum quodcũqʒ nomen habeat locatur in pectore: ⁊ nõ habent caput illa animalia: igitur caput nõ est ꝓpter cerebrum. Et hoc est qđ post multa verba cõcludit. Si enim cerebrũ principiuʒ est electionis ⁊ motus: electionem autẽ ⁊ motum habẽt quedam nõ habentia caput sed cerebruʒ aut proportionale supple: qđ tamen est cerebrũ: manifestum quoniam nõ ꝓpter caput factum est. Et subdit. qđ principiuʒ est sensus ⁊ motus: vnũ ⁊ idem est in omnibꝰ animalibus: lʒ differentibus locis inueniatur. Si igiᵗ in predictis animalibꝰ in pectoribꝰ locatũ est: nequaqʒ apparet necessaria gñatio capitis ꝓpter hãc particulã. Et per eadẽ viam ꝓbat ꝙ caput non sit propter os quo capitur alimẽtũ: nec ꝓpter alios sensus a visu. ¶ Sed cõtra: qꝛ tunc nõ esset factum ꝓpter oculos per eãdem rationem: qꝛ oculi reperiũtur sine capite vt in aĩalibus capite carẽtibus: ergo caput nõ fuit ꝓpter oculos. ¶ Dicẽdum ꝙ in illis aĩalibus nõ fuit necesse creare caput: qꝛ illa additamẽta subleuãt: ⁊ sic potest introduci littera. A. cum dicit. ⁊ iterum ⁊c. Uel dic ꝙ Gal. dicit. in pluribus aĩalibus. ¶ Sed ꝙ caput sit ꝓpter oculos ꝓbaᵗ: ⁊ primo probatur generaliter accipiendo totum caput vt est quid eleuatum. Pro eo est factum caput ꝓpter qđ caput est quid altũ: ⁊ quid eleuans. Pro eo dico ꝙ est indigens eleuari: sed oculi sunt hmõi cũ sint custodes. Hãc rõnẽ Aui. inuit: ⁊ est. G. 8. de vtili. 5. ca. Et hoc est qđ omnes opiniones predicte volebant preter illã Conciliatoris. s. ꝙ accipiendo caput quantum ad situm est ꝑꝑ oculos.

¶ Sʒ cõtra hãc ꝯclõnẽ arguiᵗ fortiter fortibꝰ rõnibꝰ Cõciliatoris. ¶ Primo si cerebrum dʒ situari sursum: igitur caput quãtũ ad vtilitatem situs erit ꝓpter cerebrum plus qʒ ꝓpter oculos: cuʒ cerebrũ sit principale ⁊ nobilius oculis. Sed ita est ꝙ cerebrum debet sursum ⁊ in altũ locari. Probatur dupliciter. Primo qꝛ cerebrum est ad infrigidãdum cor siue remittendum excessum caloris: sʒ calor cordis fertur sursum: cũ hoc sit sua latio: vt. 2. de partibus. ca. 10. al's ca. 7. igitur sursum debet locari cerebrũ: ⁊ videᵗ ratio Aris. 4. de partibꝰ animaliuʒ. 22. ca. al's ca. 9. ¶ Scđo qꝛ si cerebrũ non locareᵗ sursum non posset stare vita: qꝛ nõ esset qđ reciperet superflua sua: vt inuit Auic. ꝑmo cañ. fen. 2. cap̃. de causis debilitatꝫ mẽbrorum. Unde dicit. Locus autem cerebri si altus non esset ex tali modo res proueniret quã tolerare non posset: nec virtus eius cũ ipso remaneret. Item si quãtum ad situm est ꝓpter oculos: igitur quãtũ ad alia: qꝛ situs est posterius qđ nõ absoluitur a priori. Itẽ tũc debuissent locari superius vt in cõmissura: vt istat Cõciliator.

¶ Ad istud vltimũ dicẽduʒ ꝙ non habuisset vtilitatem inspectionis bone: vt est notuʒ: nec fuisset defensum. ¶ Ad primã rõneʒ est dicẽdum ꝙ peccat per fallaciã ꝭm qđ ⁊ simpl'r: ꝓbat enĩ ꝙ respectu cordis dʒ esse sursum: ergo ꝭm qđ sursum ⁊ non simpl'r. s. respectu cuiuslibet particule: sicut debet eẽ oculus qui est custos ⁊ speculator: vnde super oẽs particulas debuit eleuari. Sic etiam alia pars rõnis ꝓbat ꝙ respectu pulmonis debuit esse sursuʒ ad queʒ pulmonem ⁊ fauces colat cerebrũ superfluitates. aliter enĩ res ꝓueniret quã tolerare non posset: ⁊ hoc voluit. A. preallegato cap̃. ¶ Ad scđam rõnem negãda est ꝯñtia: lʒ enĩ situs sit posterior qʒtitate: tamẽ vtriusqʒ potest esse diuersa vtilitas: sicut odor pomi est posterior complexione: tamẽ habet diuersas vtilitates. Hic eniʒ odor mouet odoratum: ⁊ qualitas. s. complexio tactum: multa enĩ sunt que non separantur in esse: ⁊ tñ separanᵗ in vtilitate vel fine.

¶ Scđo probaᵗ special'r accipiendo caput quãtuʒ ad ossa interiora ⁊ medullaʒ: ⁊ arguiᵗ sic. pro membro illo est creatũ caput: vt sic acceptum qđ mẽbrum debet locari in altum indigẽs custodia et annidatione siue quadã infossatione: ⁊ qđ indiget neruis motiuis multis ⁊ sensitiuis nõ multuʒ prolõgatis a principio: sed oculus lenis est hmõi: indiget enĩ cum sua eleuatione defensione ⁊ annidatione vt defendatur: indiget etiã neruis nõ multuʒ ꝓtensis: nec ab oculo ad aliud ramificatis: qꝛ periculuʒ eẽt de huiusmodi neruis: ergo caput est ꝓpter oculum. Maior est nota: qꝛ ossa capitis poterũt istam defensionẽ facere: ⁊ cerebruʒ ꝓpinquum oculis poterit trãsmittere neruos. Minor est nota: ⁊ ideo Gal. preallegato cap̃. s. cap̃. 5. 8. de vtilitate parti. dicit. ꝙ natura cũ hoc ꝙ fecit particulam altã in qua situauit oculos: fecit etiã aptã ad defendẽdum: qꝛ super oculos posuit cilia. a latere nasum. inferius pomum. ab alio latere. s. extra os qđ ibi est. Ista autẽ qʒuis non sint caput: tñ non sunt sine capite: ⁊ hoc est qđ diᵗ. Uolebat autẽ natura: nec de vtilitate. s. oculorum ꝓhibere: neqʒ infallaciã. s. custodie eorum corrũpere: adinuenit facere particulã altiorẽ. s. pro vtilitate visionis: et custodire sufficientẽ. s. pro infallacia. desuper qdẽ ponens cilia. ab inferiori ṽo vocatuʒ pomũ eleuans: intrinsecis ṽo partibꝰ nasum iuxta ponẽs, extrinsecis autẽ vocatis gigomatis explãtationem. Sʒ neqʒ horũ aceruatio est caput: attamẽ nec sine capite ꝑñt esse hec. Tãdem. G. longis sermonibꝰ ꝓbat ꝙ ⁊ caput pro ipo cerebro est ꝓpter oculos illis tribuendo neruos ꝓpinque vt non multum distrahanᵗ. Ex qbus apparet ꝙ caput etiã pro cerebro est ꝓ oculis ⁊ etiã pro alijs sensibꝰ: sicut dicimus ꝙ dñs est pro seruis ⁊ ministris: vel sicut Rex pro Principibꝰ suis: ⁊ positũ est in altuʒ pro oculis: ⁊ iam appet. Unde Halyab. 3. theorice. 11. cap̃. Cerebrũ positum est in eminenti loco corporis oculoꝝ causa. ¶ Ex his ad contraria. Ad Aristo. dicẽdũ ꝙ non concordat cum Gal. vel aliter ꝙ caput sumiᵗ ꝓ craneo ꝭm ꝙ est cerbellaria cerebri: vt. G. sumit. 9. de iuua. 2. ca. Et sic ꝓcedit rõ ꝑᵃ in ꝯriũ. ¶ Ad scđaʒ dõm ꝙ nobiliꝰ põt hꝛe vtilitatẽ respectu ignobilioris ⁊ ecõtra: vt est notũ. ¶ Ad tertiam dicendum sicut ad primam.

¶ De anathomia cerebri. Cap̃. 2ᵐ.

Cerebri autem hominis anathomia est hec.

¶ Superius Aui. notificauit caput quãtũ ad sui vtilitatẽ ⁊ partes. Hic ponit anathomiaʒ partis ꝑncipalis que est cerebrũ. Et ꝑ premittit hoc. Scđo exeqᵗur ibi (Cerebrum enĩ ⁊c.) ¶ Cõsiderandum circa ꝑmaʒ partẽ ꝙ dicit. hoĩs. qꝛ de eo hic est sermo. Scđo qꝛ est maius in hoĩe qʒ in alio aĩali sibi ꝓportionali: vt. 2. de ꝑtibus aĩaliuʒ. cap̃. 10. al's cap̃. 7. in de sensu ⁊ sensato: ⁊ decima ꝑticula de ꝓblematibꝰ. 2. ꝓblemate. Tertio qꝛ magis dearticulatũ ⁊ organizatũ in hoĩe est: cũ habeat virtutes in cerebro magis perfectas. ¶ Considerandum secũdo ꝙ anathomia est artificiosa incisio ⁊ clarificatio eorum que in occulto abscõdita sunt in corpore: vt Alexan. 2. sectarum. 8. cõmento. al's libro sectarum. cõmento. 11. illo. s. diximus superius.

¶ Sʒ dubitaᵗ quare. A. nõ posuit anathomiã aliaꝝ partiũ capitꝭ sicut cerebri. ¶ Dõm ꝙ ex alijs locis ĩtelliguntᵗ ille partes ⁊ dispõnes illarũ. Cũ enĩ in hac dixit. caput. ꝓprie intelligit cerebrũ. s. cũ pãniculis ⁊ vẽtribꝰ ⁊ spũ: vt infra. 3. ca. Notitia aũt capilloꝝ pendet ex. 4. lib. fen. 7. Notitia ṽo ossium pẽdet ex primo libro fen ꝑᵃ. Notitia autem carnis ⁊ cutis ex eodem libro habetur. Dubᵐ ꝑᵐ

¶ Cerebrũ enĩ diuidiᵗ in subam velatiuã: ⁊ substãtiam medullarem: ⁊ ventres in ipso spiritu plenos.

¶ Hic exequiᵗ. Et primo ꝑmittit diuisionẽ cerebri in suas partes. Scđo declarat. ibi (Cerebri ṽo substãtia.) Prima in duas. Primo ponit diuisionẽ cerebri in partes magis essentiales siue essential'r differẽtes. Scđo ponit diuisiones cerebri in quãtitatiuas ꝑtes: siue quãtitate differentes. 2ᵃ ibi (Et totũ qdem.) ¶ Prima in duas. Primo facit qđ dcm̃ est. Scđo remouet dubium. ibi (Nerui ṽo.) ¶ Considerandum ꝙ ex. A. accipimus quatuor partes cerebri. s. pãniculos: substantiã: ventres: ⁊ spiritus: ⁊ in hoc ĩnuit rhete mirabile vbi spiritus coquitur vt infra apparebit.

¶ Nerui ṽo sunt sicut virgulta ab eo ꝓdeuntia: non tñ ꝭm ꝙ sunt partes substantie ipsius proprie.

¶ Quia diceret aliqs quare nõ posuisti neruos inter cerebri ꝑtes. Respõdendum ꝙ nerui sunt sicut virgulta. i. rami: vt. A. 12. de animalibus. cap̃. 8. ⁊ non sunt partes essentiales cerebri.

¶ Dubitat Albertus inutiliter. vtruʒ nerui sint ꝑtes cerebri. Videᵗ ꝙ sic. qꝛ sic se hñt nerui ad cerebrum vt vene ad epar: ⁊ arterie ad cor. Sʒ vene sunt ꝑs epatis: vt Isaac. 5. vrinaꝝ. vbi ponit ꝙ epar est caro venosa: cor ṽo est mẽbrũ arteriosuʒ. Itẽ nerui molles oculoꝝ sunt nerui ⁊ sunt pars cerebri: qꝛ Gal. ponit. 9. de iuuamẽtꝭ. ca. 3. ꝙ est tãta similitudo ipsoꝝ ad cerebrum ꝙ qdaʒ existimauerũt ipsos eẽ de sba cerebri. ¶ Oppᵐ ponit. A. in lr̃a. ¶ Rñ. ꝙ opʒ tria premittere. ¶ Primo ꝙ cerebrũ accipiᵗ dupl'r. Primo mõ ꝓ ipsa medulla: vt dicit Haly. in thegni. cõ. 38. Secũdo modo pro sba triplici. s. medullari velatiua ⁊ ventriculari. ¶ Scđo est aduertẽdum ꝙ aliqd dupliciter est pars alicuius. Uno mõ per viaʒ originis: sicut rami sunt pars arboris. Alio mõ per viã cõstitutionis: sicut tectum est pars domus. ¶ Tertio aduertẽdũ ꝙ pars cõstitutiua est dupl'r. Primo mõ. s. principal'r vt tectũ est pars domus. Alio modo non principaliter sed secundario: sicut lapis est pars domus. ¶ Dõʒ igitur ꝙ aut questio querit de cerebro ꝑmo modo. s. ꝓ sba medullari: ⁊ sic nerui nõ sunt sicut pars ꝯstitutiua. Rõ est: qꝛ cum nerui sentiãt tunc cerebrũ in sui sba sentiret: qđ est cõtra. G. 4. de accidẽti. ca. vlti. Sũt tamẽ nerui ꝑs cerebri per viaʒ originis: qꝛ cerebrũ est sicut stipes: nerui sicut ramus. Si aũt qđ querit de cerebro scđo mõ. s. pro eius triplici sba: vt sic nerui sunt ꝑs eius ꝑ viaʒ originis: sunt ẽt pars per viã ꝯstõnis nõ principal'r sed secũdario. ¶ Ad rõnem primã dicit ꝙ nõ est oĩno simile. ¶ Ad scđaʒ ꝙ est falsum ꝙ nerui obtici sint ꝑs cerebri: ⁊ illi falsuʒ existimabãt. ¶ Hec dicta sunt Alberti ⁊ multum grossa: ⁊ false allegat Isaac. ⁊ si vultꝭ eius sciaʒ habetꝭ. 5. vrinarũ. 4. c. sufficiebat huic viro dicẽ ꝙ nerui nõ sũt ꝑs cerebri sʒ originanᵗ a cerebro: ⁊ ipse axioma cõmittit. Dubᵐ 2ᵐ

¶ Et totum quidem cerebrũ in sui longitudine mediationem habet penetrantem in ipsius syphac ⁊ medul-

lam eius

lam eius ⁊ eius ventres propter illud qđ in parilitate de iuuamento noto existit: ⁊ si sit parilitas in vētre anteriore solum sensui magis apparens.

¶ Hic diuidit cerebrū in suas ptes quantitatiuas siue numerales. ¶ Cōsiderādū ꝙ syphac sumit ppie pro pāniculo quodā in vētre inferiori: quō sumit pmo cañ. fen. 1. ca. de mēbris. Scđo mō sumit pro pāniculo quocūq: siue ventris vel cerebri vel pectoris: ⁊ ita sumit hic. ¶ Cōsiderandū est scđo ꝙ parilitas dupl'r accipitur. Uno mō p paritate ⁊ equalitate sicut sumit Auicē. p cañ. fen pma. vlti. cap. cum dicit. iuuat in parilitate superfluitatum: ⁊ hoc mō non sumitur hic. Alio mō dicit a pari. i. a dualitate: ⁊ hoc mō accipit hic. Et vult dicere Aui. ꝙ totū cerebrum est diuisuz in duas ptes: quia in parilitate. i. dualitate est cōe iuuamentū omnib⁹ mēbris que dydyma sunt. i. duo sunt. s. qꝛ vno leso reliquū nō est necessariuz ledi: vt ponit Auer. 2. collꝫ. c. 5. ⁊ Gal'. 8. de vtilitate particularū. 10. ca. ⁊ 9. de vtili. ca. 13. Unde infert ibi Gal'. qđ est geminū ifallaci⁹ est singulari. Hoc aūt iuuamētū dr cōe: qꝛ oibus mēbris duob⁹ existētibus cōicat: ita ꝙ etiā cōuenit hoc in cerebro. Si enī percutiat siue patiat hō in vno ventriculo anteriori: pōt magis saluari ⁊ viuere ppter aliū vētriculū posteriorē nō lesum. Et ideo qdaꝫ iuuenis sic percussus in cerebro sic euasit: lꝫ crederetur miraculose volūtate dei: vt ibi dicit Gal'. ¶ Cōsiderandū ꝙ Auic. in hoc qđ dicit. ⁊ si sit. remouet cauillationē. Nam Gal'. 8. de vtilitate pti. ca. 10. ⁊ Haly. 3. theorice. c. 11. ponit ꝙ cerebrū quātū ad ventrē posteriorē nō est diuisum in ptes duas: imo est vnus vēter: sed anterior est duplex. Uult igit A. hāc cauillationē remouere. d. ꝙ vēter posterior lꝫ sit diuisus in. d. ptes: nō tñ sic est ad sensuꝫ diuisus sicut anterior: ⁊ iō posterior pōt dici vnus: ⁊ nō diuisus respectu anterioris. Et h est qđ dicit. ⁊ si sit parilitas solum vel soluꝫ magis apparens.

¶ Cerebri vō substātia creata est frigida ⁊ humida.

¶ Hic exemplificat anathomiā harū partiū: ⁊ hꝫ qnqꝫ. Primo notificat partē cerebri medullarē que est sua sba. Scđo notificat pānicularem. s. pāniculos. ibi (Amplius totū cerebrum.) Tertio ventres. ibi (Cerebruꝫ.) Quarto spiritū. ibi (Cōmēsuratio autē.) Quito partes quasdā adiacētes predictis. ibi (Et inter hunc vētrem.) ¶ Prima in duas. Primo notificat cerebri sbam quātum ad complexionē ⁊ moduꝫ substātie ipsius totius cerebri. Secūdo partiū. ibi (Uerūtamē cerebri sba.) ¶ Prima in duas. Primo pmittit cuius cōplexōis sit. Secūdo cuiusmodi substātie. ibi (Et est creatū.) ¶ Prima in duas. Primo pmittit cuius cōplexionis est. Secundo probat. ibi (Frigida quidem.) ¶ Dicit primo cerebri substantia. s. medullaris est frigida ⁊ humida.

¶ Frigida qdē ne ipm iflāmaret multitudo: que ei aduenit ex fortitudinibus motuū neruoꝝ ⁊ passionib⁹ sensuum ⁊ motibus spiritus in alterationib⁹ imaginatiuis ⁊ cogitatiuis ⁊ memorialibus: ⁊ vt eo tēperetur spiritus a corde egrediens: ⁊ ad ipsum penetrans in duab⁹ venis ascendentibus ab eo ad ipsum.

¶ Primo probat ꝙ sit frigida. Secūdo ꝙ sit humida: ⁊ in hoc determinat modum substantie. ibi (Et humidum.)

Dubm 3m ¶ Dubitat. cū per anathomiaꝫ plura debeāt cognosci de mēbro ꝗꝫ complexio ⁊ numerus partiū: quare Auicē. omisit. ¶ Dōm ꝙ alia aliūde intelligunt. s. forma capitis ex primo lib. situs ex pcedēti capitulo. ¶ Cōsiderandum 2o ꝙ Aui. ponit duas causas per quas cerebrū oportuit esse frigide complexionis. Una ne inflāmetur. Secūdo vt temperet caliditatem spiritus a corde ad ipsum penetrātem. Tertiam causam addit Albertus super primo lib. de animalibus. pmo cap. vt spiritus cerebri non inflāmetur.

Dubm 4m ¶ Tertio diceret aliquis quō motus ⁊ sensationes inflāmant cum cerebrum non sentiat nec moueatur electiue. Item videtur defectiuus qꝛ vigilie inflāmant etiaꝫ. Itē motus imaginatiui ⁊ estimatiui ⁊ memoriales etiā possunt esse timorosi: timor autē infrigidat vt sumit p cañ. fen. 2. c. de accidētibus aie. ⁊ 27. particula de pblematibus. 1. ⁊ 6. pble. ¶ Dicendū ꝙ motus neruoꝝ motiuoꝝ inflāmat neruos: ⁊ inde cōicatur inflāmatio cerebro ad qđ nerui reducūtur. Et hoc est qđ dicit multitudo. s. caloris que ei cerebro aduenit ⁊c. Motus ēt sensationū lꝫ sint quedam passiones: tñ ex motu spirituuꝫ qui fit ibi: aliquis calor potest generari tā in sensationibus exterioribus ⁊ quātum ad hoc dixit. passionibus sensuū. ꝗꝫ in sensatiōib⁹ iterioribus: ⁊ quātū ad hoc dixit. ⁊ motibus spiritus ⁊c. ¶ Ad cōtraria dōm. Primo ꝙ lꝫ nō moueat localiter electiue nec sentiat: tamē alterationes possunt terminari ad ipm. ¶ Ad 2m dicēdum ꝙ vigilie reducūtur ad motus sensationum. ¶ Ad 3m dōm ꝙ in timore ⁊ tristitia ⁊ his similib⁹: ex motu absolute est calor: lꝫ modi in motibus faciant apparere frigus ⁊ eē frigus. ¶ Quarto est sciendum ꝙ hoc qđ dicit. in duabus venis. exponitur. s. dextre partis vel sinistre. Uel duabus. s. pulsantibus ⁊ quietis.

¶ Et humidum quidem creatum est: vt ipsum motus non exiccent: ⁊ vt eius figura sit bona.

¶ Hic pbat ꝙ cerebrum sit humidū. Et potest dici ꝙ pmo facit h. Scđo ponit moduꝫ substātie. ibi (Et est creatū molle.) ¶ Considerādū ꝙ per motū debemus intelligere oēs pdictos mot⁹ qui iflāmant. Alij dicūt ꝙ debem⁹ itelligere motū capitis. ¶ Cōsiderādū secūdo eius figurā. s. in osse capitis: qꝛ debebat esse figure rotunde cum aliqua obliquitate in lateribus: ⁊ hec est figura bona: vel eius figura. s. in impressionibus sensationum que fiunt per moduꝫ patiendi ⁊ recipiēdi: vt Gal'. 8. de vtilitate particulaꝝ. 5. ⁊ 6. cap.

¶ Et creatū est pingue ⁊ molle: eius quidem pinguedo est: vt sit qđ ex neruis oritur viscosum.

¶ Hic ponit modū substātie cerebri. Et p facit hoc. Scđo pbat. ibi (Eius qdem.) Et hec in duas. Primo ostendit quare est pingue. i. viscosuꝫ. Scđo quare est molle siue lene. ibi (Et lenitatis.) ¶ Cōsiderandū ꝙ res que ab alio orit sapit illius naturam: cum igit neruos oportuit esse viscosos propter multum incessum ⁊ flexioneꝫ: igitur cerebrum sic etiam esse oportuit.

¶ Et lenitatis quidem causaꝫ dixit Gal'. in ipso existere vt eius figura bona fiat ⁊ ipsius alteratio cum imaginationibus: lene enim alterationes facilius suscipit: hoc ergo est quod ipse dixit.

¶ Ponit causas lenitatis. Primo fm Gal'. Scđo fm suā intētionē. 2o ibi (Dico ergo.) ¶ Dicit pmo ꝙ Gal'. s. 8. de vtilitate parti. c. 6. dicit. Lenitatis cām ⁊c. Nam fm ꝙ dicit ibi. oēs phātasias phantasiat: ⁊ intelligētias oēs itelligere dꝫ: ⁊ qđ facile est alterabile: ē in hoc idoneissimū. facili⁹ enī est alterabile qđ est molli⁹ duriore ⁊c.

¶ Dico autem creatum esse lene vt sit pingue.

¶ Ponit iam sniam suā circa quā est ꝯsiderādū ꝙ Auicē. ponit sex causas ppter quas oportuit cerebrū esse lene. i. molle humidum. Prima causa vt sit pingue: pinguedo enī fit ex pmixtione humidi aerei cū aqueo. vt. 4. de simplici medi. dist. 2. c. 7. ⁊ scđo cañ. 3o ca. ergo impossibile est ꝙ cerebruꝫ sit pingue nisi sit humidū lene. differt ergo esse humidum lene ⁊ esse pingue: qꝛ pingue esse est eē ꝗdam viscositate viscosum: ⁊ hoc non potest eē sine humiditate leni. ꝙ autem cerebrum oporteat esse viscosum: iam dixit.

¶ Et vt nutrimentū qđ neruis gradatim tribuit duris sit bonum: nerui etiā ex cerebro nutriuntur ⁊ nucha.

¶ Scđa cā est vt nutrimētum qđ tribuit neruis duris sit bonū.

¶ Amplius substantia dura non augmētat durū: quātum ipsum augmentat lene.

¶ Tertia cā est vt augmentet: ⁊ he due cause hñt vnā cām: ⁊ ex eis posset fieri vna. Nā nerui exeūtes cerebrū idurati nō poterant nutriri ⁊ augmētari siue extēdi per rē durā: qꝛ non posset durū penetrare nec extēdi: ꝫ indigebāt re leni molli. Si igit cerebruꝫ gradatim eis tribuat nutrimētū: oportuit ipm esse lene humidum.

¶ Et vt in eo qđ ab ipso oritur sit flexibilitas: cuꝫ quedaꝫ ab eo orientia indurari apud suas extremitates sit necesse: ppter illud qđ rememoraturi sumus de neruorum iuuamentis: ⁊ ppterea ꝙ in istis nascentibus idurari necessarium est fm gradus. Et quia ipsoruꝫ durities est durities flexuosa: oportet vt substantia origis eius sit substantia flexuosa ⁊ pinguis: pingue enim et viscosum lene est proculdubio.

¶ Quarta cā est vt orta ab eo. s. nerui sint flexibilia. Rō est. qꝛ nerui oriētes ab eo idurant apud extremitates: si igit venirēt a membro duro tm: fuissent indurati: vt nō potuissent flecti: ⁊ patet.

¶ Et est vt spiritus qui ipsum circūdat: ⁊ cuius motus velocitate indiget sit humiditate sustentatus.

¶ Quinta causa est: vt spūs cōprehensus a cerebro sustēteт humido: nā indigent velocitate motus: humidum iuuat ppter labilitatē: etiā qꝛ in motu inflāmarent nimis ⁊ exiccarentur.

¶ Et rursum vt ipsius raritate alleuietur: qđ enī in mēbris durum est grauius est leni humido raro.

¶ Sexta cā est vt cerebrū sit leue: durū eniꝫ est grauius ⁊c.

¶ Circa pdicta dubitat in quo differt lene ⁊ pigue ⁊c. Iā apparet.

Dubm 5m ¶ Circa scḋam cām dubitaṫ vtrū nerui oriētes a cerebro nutriāṫ a cerebro: ⁊ qui a nucha nascunṫ nutriantur a nucha. Uidetur ꝙ nō per Gal. 3° de virtutib⁹ nālib⁹. in fi. qui dicit ꝙ nerui ⁊ ossa trahunt a sanguine venaꝝ. Itē ab eo nutriunṫ nerui a quo oīa mēbra corporis nutriuntur: sed a sanguine venarū oīa membra nutriuntur: vt Auer. collꝫ. 2. caṗ. 5. ⁊ 6. Amplius qḋ dat formā dat māꝫ: vt scḋo colliget. ca. 8. sed vene dant aliqd qḋ est sicut forma: vt spiritum nutritiuū: vt Gal. 12. teraṗ. 5. ca. ¶ In ꝯrium. A. Dōm neruos orientes a cerebro nutriri ab eo. Et sic de neruis nuche pōt duob⁹ modis intelligi. Uno mō ꝓprie. s. ꝓprie sumēdo nutricationeꝫ: ⁊ h̄ iterū pōt duob⁹ modis intelligi. Uno mō a cerebro māliter se prebente: ⁊ est absurdū. Alio mō a cerebro predisponente nutrimētuꝫ neruis: ⁊ isto mō est verū. Rō est. si pāniculus dictus pia mr̄ cooperit neruos a cerebro exeūtes: igiṫ nerui a cerebro nutriunṫ p̄disponente nutrimentū: sed ita est: ꝗ ⁊c̄. Minor est nota: q: vna vtilitas pie matris est vt fit seruās venas ⁊ arterias pro nutrimēto. Maior est Gal. 10. de vtili. parti. 2. caṗ. vbi vult ꝙ a pia matre aliqua portio separaṫ vestiens neruos: ⁊ portās ramos venarū ⁊ arteriarum ad neruos. vnde dicit. oībus neruis qui a cerebro sunt: explātatur aliqua portio ꝯformis myringe. i. pie matris: arteriam deferens ⁊ venā. Amplius ab eo nutriunṫ nerui qḋ melius pōt disponere nutrimētū ꝫm eoꝝ cōuenientiā: sed cerebrū est hmōi cū sit cōformius neruis alio mēbro. ¶ Sed cōtra p̄dicta per Haly. 3° theorice. 11. ca. qui vult ꝙ nerui a cerebro orientes procedunt nudati a pāniculis qui cerebrū cooperiūt. ¶ Dōm dupl'r. Primo ꝙ ꝓcedūt nudati quo ad sensuꝫ: q: nō sic apparēt sicut in cerebro: quo tn̄ ad veritatē forsan ꝓcedūt cooperti. Et rō est hec: sicut vene epatꝭ cooperiunṫ pāniculo syphac ⁊ arterie pectorꝭ panniculo pleuretico: vt p̄ lib. ca. de mēbris. ita vꝫ cōueniens ꝙ nerui ꝓcedentes a cerebro pāniculis cerebri cooperianṫ. ¶ Uel aliter dōm ꝙ nerui a cerebro ꝓcedētes quousqꝫ sint intra craneū cooperiunṫ illis pāniculis pp eandē vtilitatē: pp quā cerebrū cooperiṫ. Cū aūt ex̄ exeunt remanent illi discooperti: ⁊ nō indigēt. Un̄ Halya. ibidē. Hec duo cooperimēta oēs vestiūt neruos a cerebro missos: q̄diu intra capitis sunt craneum: vt aūt craneū egrediunṫ nudanṫ ⁊ spoliantur eis nudiqꝫ egrediunṫ. ¶ Ex qbus dictis apparent duo. Primuꝫ ꝙ nutriri a cerebro est per quādā p̄dispōnē ⁊ p̄laborationē nutrimēti in venis cerebri situatis in pia matre: ⁊ nō est per nutrimētū qḋ iam intrauit in poros cerebri: q: illud iā appropriaṫ cerebro: membra aūt non rapiunt nutrimētū appropriatū: vt. 3. de virtutib⁹ nālibus. penul. caṗ. ¶ Scḋo apparet ꝙ istud nutrimētum non vadit sup toto neruo: sed sup parte que est in craneo ꝫm Halya. sed ex̄ craneū hn̄t nutrimētū ab alijs venis: ⁊ si hoc est verū: rō est. q: ꝓpe cerebrū sunt nerui valde cerebro similes. ¶ Sꝫ ꝯ. q: Aui. dicit ꝙ q: sunt duri indiguerūt re leni: sed sunt duri ex̄ craneum. ¶ Dōꝫ ꝙ oēs nerui statiꝫ cū a cerebro sepanṫ sunt aliqual'r duriores. Un̄ Gal. 8. de vtili. partic. 6. ca. Oēs nerui duriores cōsistentia cerebri sunt. ¶ Itē q̄to magis nerui a cerebro elonganṫ: tāto magis induranṫ: ita vt qdā sensitiui ꝓpter mollitiē fiant: postea motiui propter duritiē eoꝝ: vt. G. 9. de vtili. partic. 14. sed quāto magis induranṫ tāto magis indigent nutrimēto leni viscoso ⁊ sic nutriri a cerebro. ¶ Dōm tenendo illā viaꝫ: ꝙ fuisset nimis magna moles materierū in cerebro si in omni particula nerui acciperēt nutrimentū a cerebro. Sufficit igiṫ ꝙ quātū ad ptes ꝓpiquas cerebro a cerebro nutrianṫ: remote aūt partes nutriunṫ a venis aliūde ramificatis: que ex mirabili ordīe nature nutrimētum ꝯueniēs poterūt portare sicut ad ossa. ¶ Scḋo mō pōt intelligi ꝙ nerui nutrianṫ a cerebro improprie. i. ꝙ ꝓpagentur ⁊ ramificenṫ ab eo ⁊ vocaṫ nutritio: q: est quedam generatio cōiuncta. Et hoc est verū. Nā nerui generanṫ de mā cerebro cōformi. s. de quadā pte sup̄flua: vt declarabiṫ fen. 21. Et q: nerui debebant extēdi: oportuit māin a qua generanṫ eē extensibilē ⁊ nō duram. s. in actu. Et hoc est qḋ diċ substantia dura non augmentat. Ex quibus cessant contraria.

Dubm 6m ¶ Circa quartā cām dubitatur: q: Aui. dicit. ꝙ quedam oriētia ⁊c̄. Sed cōtra. īmo omnes nerui induranṫ. Item non solum apud extremitates: sed etiaꝫ apud principia: vt iam apparuit. ¶ Dicēdum ꝙ durities quedam est multa: ⁊ quedam pauca. multa duritie indurantur nerui motiui: ⁊ in extremitatibus induranṫ etiā quidam nerui: q: sensitiui facti motiui: ⁊ sic vult hic. A.

Dubm 7m ¶ Circa quintaꝫ cām dubitatur: q: per eandeꝫ rōneꝫ ego ꝓbo tibi ꝙ cor sit humidū: q: spiritus cordis indiget motus velocitate: igiṫ debet in humido sustētari. ¶ Dicēduꝫ p̄mo ꝙ hic est sermo de motu receptiuo specierū sensibilium. Uel aliter ꝙ est sermo de locali motu. Sed pro motu locali spūs aīalis indiget humido: quo non indiget spūs cordis ꝓpter tria. ¶ Prīo: q: habet mot⁹ locales magis diuersos in eadē particula. s. in cerebro ab ante ⁊ retro ⁊ eꝯ: et forsan opꝫ eum moueri tot modis motuū localium: quot sunt varietates imaginationū. ¶ Scḋa causa est: q: spūs cordis habꝫ fortem impulsorem. s. cor quē non habet spirit⁹ cerebri. ¶ Tertia est: q: spiritus animalis vt declarabitur est subtilior ⁊ p aratior resolutioni: ex hoc ideo eguit humido prohibente suum incendium in motibus. ¶ Quarta causa potest dari: quia spiritus cordis habet multitudinem sanguinis humectantis.

¶ Circa lectionē dubitatur cuius cōplexionis sit cerebrū. Videṫ ꝙ calide: talis cōplexionis est sursuꝫ in hoīe: qualis est sursuꝫ in mūdo: cum hō sit minor mūdus. 9. de aīalibus. Auic. ca. 4. ⁊ Gal. 3. de vtili. partic. ca. 18. caṗ de cute pedis. al's de arte nature circa intētionē motuū tibie: sed sursuꝫ in mūdo est calide cōpl'onis: vt ignis. ¶ Itē cerebrum est medulla. A. 12. de aīalibus. ca. 6. ⁊ 7. Haly tractu. 2. 33. cōmēto. Auer. 2. collꝫ. cap. 3. Sed oīs medulla calida est. 2. de partib⁹. ca. de cerebro. ca. 8. al's. ca. 7. ⁊ ꝫm omnes. ¶ Ampli⁹ a quo venit sperma est calidum: cū sperma sit calidum. Arist. 1. ca. 26. al's ca. 18. ⁊. 2. de generatione aīaliuꝫ. ca. 8. ⁊ 10. al's ca. 2. ⁊ 3. a cerebro aūt venit sperma: vt ponit Hip. in libro de aere aqua ⁊ regionib⁹. ⁊ Ari. ꝓblematū. 10. 58. ꝓblemate. ¶ Amplius motuū p̄nm est calidū: cū caliduꝫ sit motiuū. A. p̄ can̄. de virtutib⁹. ⁊ Aꝝ. ꝓblem 13. ꝓblemate. 5. Cerebrū aūt est p̄nm motuuꝫ ꝫm electionē vt semp Gal. visus est affirmare vbiqꝫ. ¶ Amplius. 8. de vtili. partiū. ca. 2. ⁊ 3. Gal. dicit ꝙ cerebrū est calidū: ⁊ ideo non infrigidat cor. ¶ Scḋo videṫ ꝙ sit cōpl'onis sicce: q: mēbrū terrestre siccū est: cerebrū aūt est terrestre: q: quādo coquiṫ ad ignē ingrossaṫ: ⁊ remanet ps terrestris. Auer. collꝫ. 2. ca. ⁊ nūc incipiemus. ca. 3. ¶ Oppositū horuꝫ A. ponit. d. ꝙ eius sḃa est frigida ⁊ humida. ¶ In hac. q. est p̄a opio ꝙ cerebrū quātū ad cōplexionē īnatā que resultat ex primis q̄litatibus cōponētibus ip̄m est frigide cōpl'onis ⁊ humide: sed q̄tū ad īnatam actuatā per influētem est calide ⁊ humide cōpl'onis: q: hꝫ multū spiritum. Sꝫ ꝯ. vt dicit cōiter sermo auctoꝝ de cōpl'onibus mēbroꝝ ꝫm ꝙ sunt partes aīalis ⁊ organa est de compl'one īnata actuata per influētē. Rō q: est sermo de cōplexiōe mēbroꝝ hꝫ quā illa opanṫ: ſꝫ mēbra opanṫ hac duplici cōpl'one: vt. A. collꝫ. 2. c. 4. — Oppom p̄a opinio.

¶ Scḋa opi. ꝙ cerebrū cuti relatū est frigidū: sed respectu suaruꝫ opōnuꝫ est calidū. et hꝫ multū de caliditate: q: discoopertum aeri: vel aeri occurrēs lediṫ. Ista opio nihil declarat. q: quelibet particula respectu suarū opōnuꝫ est calida siue hꝫ calorē: cum aīa operaṫ calido ⁊ in eo cōsistat: vt sumiṫ ab Aristo. in de morte ⁊ vita. — 2a opinio.

¶ Tertia opi. est Isaac in dietis vl'ibus. 16. ca. ⁊ in dietis ꝑticularibus. ca. de cerebro. ꝙ cerebrū est cal'm ⁊ humidū in cōpl'one: qḋ primo ꝓbat aucto. Ari. in lib. de naturis aīaliuꝫ. Itē qḋ ꝓuocat vomitum est calide cōpl'onis ⁊ nō frigide: cum frigidū cōstrigat. Itē qḋ est principiuꝫ sensus ⁊ motus est calide cōpl'onis. Iteꝫ cerebri operationes ledūtur frigido. Qui enī est frigide cōpl'onis est dure memorie: turbide discretionis: ⁊ inordinate rōnis. Hec opi. ē corrupta. ⁊ p̄ est cōtra se. 2. de febribus. ca. 3. vbi dicit. Cerebrū friduꝫ est ⁊ humidū: ⁊ est cōtra. A. hic. ⁊ contra Haly in thegni trac. scḋo 44. cōmēto. ⁊ 52. Item mēbrū oppositū calori cordis est fridum: sed cerebrū est hmōi: vt Aꝝ. 2. de partib⁹ aīaliū. ca. 8. al's ca. 7. ⁊ A. īnuit hic. ¶ Ad Ar. quē Isaac allegat: dōm ꝙ nō īuenimus ab eo. ¶ Ad rōnes dōm ꝙ ꝓuocare vomitum est ꝓpter lubricitatē abhominatiuā sicut faceret mucilago aliqua: ⁊ nō est ꝓpter caliditatē. ¶ Ad scḋam dōm ꝙ suus calor sufficit pro sensu ⁊ motu: īmo contrarium arguit ratio si deduceretur: principiū enī sensus ⁊ motus est calor cordis: cerebrū aūt est mūdificans. ¶ Ad tertiā dōm ꝙ cerebrū leditur frigido īnaturali. — 3a oppio.

¶ Quarta opinio est: quam al's tenui ꝙ cerebrū respectu alioꝝ principaliū est cōpl'onis frigide ⁊ humide: sed respectu cutis est cōplexionis calide ⁊ humide. — 4a opinio

¶ Quitus modus dicendi est cōis: ⁊ est Cōciliatoris ꝙ cerebrū est cōplexiōis frigide ⁊ humide. Presciēdo ꝙ de cōpl'one cerebri est loqui dupl'r: sicut ⁊ de aliaꝝ partiū cōplexione. Uno mō ꝫm ꝙ nobis occurrunt via cibi vel medicine: ⁊ sic nō est hic sermo de cerebro sed in 2° can̄. Alio mō ꝫm ꝙ pars aīalis viuentis operatiōes exercēs habens suā cōpl'onē ad iustitiā ꝫm ꝙ ex operatione mereṫ. Et ꝫm hanc diuersam cōplexionis considerationē diuersa de partib⁹ animaliū loquūtur medici. Pinguedo enī calida est vt est medicina: ⁊ est frigida vt est pars aīalis. Cerebrū igitur vt pars aīalis est complexionis frigide ⁊ humide: qḋ cōiter declaraṫ. Prīo q: est respectu cutis frigidū ⁊ humidū: vt tactus ostendit ꝫm ꝙ dicūt. In hoc aūt est ambiguitas non modica apud me: vt declaratū est in principijs. Et credo ꝙ Gal. non vult hoc: vt apparet. 8. de vtili. partic. 3. caṗ. Scḋo ꝓbatur rōne. A. Illius cōplexionis dꝫ esse cerebruꝫ q̄ magis cōpetit operationib⁹ suis: sed cōpl'o frigida ⁊ humida ē huiusmodi. Frigida qdem ne ip̄m inflāmet ⁊c̄. Humida vt ipsuꝫ non desiccet. ¶ Ad ꝯria dōm. Ad primū ꝙ lꝫ homo sit minor mundus: non tn̄ potuit in oībus sicut ille disponi. Calidius enim in homine oportuit eē in medio. s. cōi: vt colliget. 2. ca. 6. ꝓbat Auer. ¶ Ad 2m dōm ꝙ cerebrum equiuoce est medulla respectu eius que ossiuꝫ: vt potest sumi. 8. de vtili. partic. 4. ca. ¶ Ad 3m dōm ꝙ inde nō venit. Ille — 5a opinio

Dubm 8m

instantia
soto
soto 2a
instantia

nit. Ille aũt auctoritates trãseant modo. Uel cauillãdo dicendum
ꝙ sperma qđ dicit genitura frigidũ est. Arist. ꝓblematũ. 4. in fi.
¶ Ad 4m iam apparet solo. Cõtrarium eni concludit. ¶ Ad 5m di-
cẽdum ꝙ accipit cerebrũ iam separatuꝫ ab animali. Uel aliter ꝑs
terrestris remãsit: humida tñ ⁊ vnctuosa euaporauit ⁊c.
Dubm 9m ¶ Dubitatur 2o. vtruꝫ cerebrũ sui frigiditate temperet caliditatem
cordis. Uidet ꝙ sic ex. A. B. ⁊ Ap. 2. de partibꝰ aĩalium. ca. 8. al's ca.
7. vbi dicit. Cerebrũ enim bene tẽperatam facit eam que in corde
caliditatẽ. ꝓbatur ex Auer. 2. colliget ca. 8. de instrumẽtis sensuũ:
vbi dicit. Cerebruꝫ est generatũ ex opposito cordis vt tẽperet ca-
Ins oppm lorem suũ. Idem. A. primo cantice cõmẽ. 75. ¶ In contrarium est
Auic. ꝑmo lib. fen ꝑma. cap̃. de cõplexionibus. vbi dicit. Frigiditas
Op. cõis. cerebri nõ peruenit ad caliditatẽ cordis tẽperandaꝫ. ¶ In hac q̃-
stione est prima opinio cõis que dicit ꝙ cerebrũ infrigidat cor: po
test intelligi duobus modis. Uno mõ ꝙ infrigidet ⁊ temperet ca-
liditatem cordis taliter ꝙ ad tẽperamentum ducat: ⁊ hoc est fal-
sum. ꝑmo ad sensum. Si eniꝫ posueris digituꝫ in sinistro ventricu
lo cordis inuenies magnã ⁊ excessiuaꝫ caliditatẽ: vt sumitur. 2. de
cõplexionibus. 3. cap̃. ⁊ in libro de malitia cõplexionis diuerse. ca-
pitulo 5o. ¶ Amplius si calor cordis tñ remitteretur non staret vi-
ta. Alio modo põt intelligi ꝙ sui frigiditate tẽperet. i. remittat ali
qualiter illam caliditatẽ: ⁊ hoc est verum. Cor eniꝫ fuit valde cali-
dum: vt Aristo. 2. de partibus aĩalium. cap̃. 8. al's cap̃. 7. Et ideo ce
rebrum qđ est frigidissimuꝫ illam caliditatẽ remittit. Sed ista so-
lutio est contra mẽtem Gal'. 8. de vtilitate particu. 3. cap̃. vbi vult
contra Aristo. ꝙ cerebruꝫ non tẽperet caliditatem cordis sicut fa
cit aer. Tunc arguit. tẽperies quã facit aer in calido cordis est re-
missio ⁊ non equatio siue tepefactio. Sed apud Gal'. vt videbit ce
rebruꝫ non tẽperat caliditatẽ cordis simili modo ei quã facit aer:
Opio. G. igit cerebrum non remittit sui frigiditate caliditatẽ cordis. ¶ Se-
cũdo in hac questione est opinio Gal'. cõtra Aristo. vt scribitur. 8.
de vtili. particularuꝫ. 2. cap̃. vbi dicit. Opinari auteꝫ gratia calidi-
tatis que circa cor fieri cerebrum refrigerans id: ⁊ ad moderatio-
neꝫ crasis ducens oĩno est inconueniẽs. Et intellige per hanc mo-
deratione temperantiaꝫ ad iustitiam siue aliquaꝫ remissioneꝫ sui
caloris: ⁊ hoc apparet: quia Gal'. negat cerebrum facere modera-
tionem cordi quã facit aer: sed illa quaꝫ aer facit est ad iustitiam
moderatio. Aliter etiaꝫ Arist. nõ fuisset ita demens ꝙ illud credi-
disset: nec Gal'. de Ap. Probat aũt Gal'. istã suã ꝯclõnẽ. 13. rõnibus:
lꝫ possent ad ampliorem numerum reduci: ⁊ etiam minorem.
ꝑa ratio. ¶ Prima rõ: si cerebruꝫ fuisset ad infrigidandũ cor: tunc nõ fuisset
ita lõge locatũ. tenet ꝯña: q2 videmus pulmoneꝫ circũapponi cor-
di: qui pulmo est ad euẽtãdum: ergo in thorace locasset cerebrum.
2a ¶ Scđa rõ: si cerebrũ eẽt ad ĩfridãdũ cor: tũc nõ deriuasset sensus
ad ip̃m: h aũt est falsum ad sensum. tꝫ ꝯña: q2 si vtilitas cerebri est
ad hũc finẽ qui est ĩfrigidatio: tunc cessat ab eo vtilitas sensatõis.
3a ¶ Tertia rõ est: si hoc eẽt tunc natura nõ fecisset tantaꝫ custodiaꝫ
ex circũappõnibꝰ cutis ⁊ duris. tꝫ ꝯña: q2 talis vtilitas nõ indiget
tãta cautela: vel aliter: q2 talis circũappositio ĩpedit ĩfrigidatõeꝫ.
4a ¶ Quarta rõ est: si cerebrũ eẽt ad ĩfridãdũ cor: tũc nã nõ posuisset
collum mediuꝫ: ⁊ maxime in aĩalibꝰ calidis ⁊ hñtibꝰ caninos den-
tes. s. rapacibꝰ ⁊ audacibꝰ. tenet ꝯsequẽtia: q2 sine collo posset me-
lius infrigidare ⁊ ꝓprie animalia calida infrigidatione egentia.
5a ¶ Quinta rõ: si h eẽt tũc nã in volatilibꝰ fuisset maxie defectuosa
⁊ multũ ꝑteryisset. tꝫ ꝯña: q2 in eis q̃si cerebrũ equal'r distat a cor-
de ⁊ pedes a corde: debebat aũt cerebrũ magis appropinquare.
6a ¶ Sexta rõ: cerebrũ est gratia infrigidationis cordis: ergo calca-
neus est gratia infrigidationis cordis. Probat Gal'. ꝯñtiam ꝑmit-
tendo ꝙ hoc non dicit derisionis gratia. Nã a calcaneo ad cor ci-
tius põt peruenire aliqua ĩfrigidatio: q̃ꝫ a cerebro ad cor. Hoc ꝓ-
bat. Primo q2 lꝫ in hoĩe calcanei sint locati longius a corde q̃ꝫ ce-
rebrũ: non tamẽ in oĩbus aĩalibus. Scđo q2 frigus cerebri ꝓhibet
venire ad cor ꝓpter corpora dura cerebro circũapposita vt ossa:
⁊ etiã ꝓpter thoracẽ eẽ in parte superiori ossuosuꝫ: in inferiori vo
parte non ossuosum sed neruosum ⁊ musculosuꝫ: sed circũapposi-
ta cordi sunt carnosa vt thorax ⁊ diaphragma. Tertio q2 calcanei
nõ minus inueniunt frigidi q̃ꝫ ip̃m cerebrũ: ĩmo magis. Et h ꝓbat
Gal'. q2 cerebrũ calefit motu ⁊ venis ⁊ arterys multis ⁊ magnis in
eo exeũtibꝰ: ⁊ dic in corpe nullã eẽ calidiorẽ ꝑtẽ venis ⁊ arterys.
7a ¶ Septima ratio: si nõ est via qua cerebruꝫ possit infrigidare cor:
igitur cerebrũ non est gratia infrigidationis cordis. sed nõ est via:
q2 vel per cacumen: ⁊ hoc non. vel ꝑ ĩferius: ⁊ hoc nõ: q2 a parte ĩ-
feriori cerebrum cooperitur pellicula dura ⁊ osse durissimo.
8a ¶ Octaua rõ: si cor ĩfridet sufficiẽter ꝑ aerẽ attractũ: igit cerebrũ
nõ gr̃a huiꝰ ĩfridatiõis: sꝫ ita ẽ ꝙ aer ꝯtinuo ĩspiratus ĩfridationeꝫ
prebet: expiratus autẽ extra ducit qđ seruet. s. de vapore fumoso.
9a ¶ Nona rõ: ⁊ est per viã remotionis solutionis ad rõneꝫ ꝑmissaꝫ.
Et arguit sic. si cerebrum infrigidaret cor hoc maxime eẽt supplẽ-
do defectum aeris: qui aer defectuose infrigidaret cor: ⁊ hoc quis
poneret calidior aer q̃ꝫ sit cerebrũ: ⁊ hoc est falsum ⁊ est ꝭm con-
tra sensum. Nam cerebruꝫ semꝑ inuenit calidius aere: ⁊ aer frigi-
dior ipso cerebro. Et hoc declarat primo per tactum: si eniꝫ in ani
mali rũpimus craneum: ⁊ etiã pãniculos tangẽtes cerebruꝫ appa
ret calidius aere. Secũdo q2 cum volumus incidere os in fractu-
ra cranei festinamus cito ne cerebrum possit ab aere infrigidari.
Tertio si cerebruꝫ eẽt frigidius aere: tũc non infrigidaret ab aere
⁊ maxime in estate quãdo aer est calidior. sed hoc est falsum: quia
etiã hoc tẽpore faciliter cerebruꝫ ab aere infrigidat. Unde cauen-
dus est frigidus aer in fracturis cerebri: etiã in estate vt Aui. inuit
4o cañ. fen 5a. cap̃. de fractura cranei. Et ideo subdit ꝙ cerebrũ nõ
est frigidum sed calidũ respectu aeris. Tãdem Gal'. instat contra
istam rationem auctoritate aliorum qui dicunt ꝙ si cerebrum no
cet ⁊ infrigidat ab aere: hoc est in pelliculis cerebri ⁊ ꝓp̃e pia ma
tre que hꝫ plures venas ⁊ arterias ⁊ pulsat: ⁊ hec attestant calidi-
tati. Istã istãtiã soluit Gal'. d. ꝙ si subtilis pãniculus vt pia mr̃ est
calidus. ergo cerebrũ est calidũ: q2 ille pãniculus non solũ tegit ce-
rebrum: sed nulla particula cerebri est que priuet illo panniculo.
¶ Ex his Gal'. videt intendere aliam rationẽ ⁊ est rõ. 10. que ratio 10a
hec est. Cerebrũ non ꝑt calefieri a pellicula subtili. s. pia matre: vt
sit aere calidius: ergo ip̃m non potest infrigidare cor. tenet ꝯñtia:
q2 fatuitas est dicere ꝙ cerebrum põt infrigidare cor: qđ nõ est si
bi ꝓximũ: ⁊ ꝙ pia mr̃ que est cal'a per arterias ⁊ venas non pos-
sit calefacere cerebrum quod est sibi ꝓximũ. ¶ Undecima rõ in q̃ 11a
special'r Gal'. incipit ꝯ Arist. loqui: ⁊ ꝑmittit dictuꝫ Aristo. libo to-
picoꝝ ꝙ ꝓblemata quedã ĩdigẽt solõne: ⁊ quedã sensu vt qui du
bitãt niuẽ albã: ⁊ quedã pena vt qui dubitãt parẽtes venerandos.
Et resumit rõnẽ octauã ⁊ nonã: tãdẽ ponit aliã rõnem que est. 11. ⁊
arguit sic. Si cerebrum potest infrigidare cor: multomagis potest
cor calefacere cerebrum: quia de ratione calidi est ferri sursum.
¶ Duodecima rõ: si cerebrũ infrigidat cor: ergo multomagꝭ oĩa or- 12a
gana sensuũ infrigidabit. qđ videt falsum: q2 illoꝝ oꝑatio impedi-
ret. ꝯñtia tenet: q2 si cerebrũ infrigidat longissima calida vt cor: ꝭ
multomagis ꝓpinqua vt sensitiua. Ad hãc rõnẽ rñdet ex auctori-
tate Arist. in de sensu ⁊ sensato. ⁊ scđo de ꝑtibus aĩalium. ca. 8. al's
cap̃. 7. qui dicit ꝙ nõ oẽs sensus terminantur ad cerebruꝫ. Soluit
Gal'. verecũdans de Arist. qui hoc dixit: sensus eni visus ostẽdit: ⁊
manus tangũt: ꝙ visus odoratꝰ ⁊ gustus ⁊ tactus ad cerebruꝫ ter-
minant: ⁊ ideo credere opꝫ oculis vidẽtibꝰ ⁊ manibꝰ tãgentibus.
¶ Tertiadecima rõ: si cerebrũ est frigidũ gr̃a ĩfrigidatiõis nõ opor 13a
tuit ip̃m facere ita organizatũ: sed velut vnã spongiã vniformẽ. te
net ꝯsequentia: quia tale existens poterit infrigidare cor.
¶ Ad sedãdũ igit discordiã hãc est intelligẽdũ ꝙ cal'm cordis infri- Cõcordia.
gidari a cerebro põt duobꝰ modis ĩtelligi. Uno mõ positiue: q2 ali-
qs gradus caloris preexistens fridítate cerebri corrũpat. Alio mõ
ꝑuatiue nõ ꝙ aliq̃ portio caloris corrũpat: sꝫ ꝓhibeat ĩtẽdi. Exem
plũ ꝑmi: si lapis cal's in duobꝰ gradibꝰ adueniẽte friditate reducat
ad vnũ gradũ. Exẽplũ ĩfridatiõis 2o mõ. s. priuatiue est: q2 lapis ca
lidus solũ in vno gradu ꝓhibet pñte aere frido ne ascẽdat ad 2m
gradũ caloris: ad quẽ ascẽderet nisi eẽt pñtia fridi aeris. Dico ꝭ ꝙ
cũ dicimus cor infrigidari a cerebro: ⁊ cerebrũ ĩfridare cor siue tẽ
perare caliditatẽ cordis põt dupl'r intelligi. Uno mõ positiue: et h
adhuc dupl'r. Uno mõ ꝙ hoc fiat in corde ꝙ cerebrũ sui friditate
agẽdo attingat calidũ in corde ꝑexistens: ⁊ de illo aliquã ꝑtẽ sensi
bilẽ corrumpat: ⁊ hoc credo nõ eẽ possibile vt ꝓbant rõnes Gal'. ⁊
ad hoc vadit mens sua. Hoc ꝓbatur general'r. Nam de mẽte Gal'.
in libello de malitia cõpl'onis diuerse. ca. 6. in hoĩe sano mẽbra q̃ꝫ-
uis sint ꝯriaꝝ cõpl'onum: nõ tñ adinuicem agunt actione sensibili.
¶ Amplius. frustra nã illaꝫ qualitatẽ preexistenteꝫ in corde gene-
rasset: si statim dꝫ illã corrũpere. ¶ Amplius. si in corde gradus ca-
liditatis corrũperet ꝑciperemus illđ: cũ cor sit ꝑticula sentiẽs. 6.
de nãlibꝰ. in fi. c. 8. ⁊ vlt. qũo igit in nobis fieret tãta alteratio ⁊ nõ
perciperemꝰ. ¶ AmplIꝰ. si aliqs excessus caloris dꝫ cõrrũpi ⁊ ĩfri-
gidari sufficiẽter facit illđ aer: ergo non reqrit cerebrũ. hec est rõ
suꝑ qua sustẽtatꝰ est Gal'. Dico aũt si dꝫ corrũpi: q2 ꝭm vnã nostraꝫ
opi. alibi aer attractꝰ ad cor temperat calorẽ cordis nihil corrum-
pẽdo de calore. hic aũt loquor magis ꝭm mẽtẽ Gal'. ¶ Sꝫ ꝯ. aliqs
neruus ꝑuenit ad cor: igit aliq̃ pars caloris corrũpit sua friditate.
¶ Amplꝰ cerebrũ in somno est cã humectatiõis viarũ a corde ad
cerebrũ: vt fen. 2. ꝑmi libri: sꝫ illđ est cã ĩfridationis caliditatis in
corde: cũ ita fiat somnꝰ vt vł mens Philoꝝ. ¶ Ad ꝑm rñdet Gal'. ꝙ
ille neruus est ꝑuus vt nõ possit facere magnã ⁊ sensibilẽ infrida-
tionẽ. Aliter tñ ⁊ subtil'r dõm ꝙ cũ hic est ꝭmo de corde ĩfrigidan
do a cerebro: est sermo de eo: vt est organicũ mẽbrũ hñs suã cali-
ditatẽ ⁊ cõpl'onẽ actu ex oĩbus suis ꝑtibus: cor igit dicit mẽbrũ cũ
illo neruo: cũ quo est talis mẽsura caloris. Et de hoc dubitat an ce
rebrũ qualitate sui illđ refrãgat in sui calore: ita ẽt ꝙ refrãgat ca-

lorē nerui cordis stātis sub actu caloris cordis. Iā enī appȝ ꝙ nō. ¶ Tertio possemus rñdere subtiliter ꝙ nō est imaginādū ꝙ gñet primo cor quantū ad sui carnē cū excessu caloris: ⁊ postea protrahat neruus ad cor a cerebro: qui neruus corrūpat carnis calorē. Hec enī imaginatio est falsa vt declarabit cap̄ de gñatione embrionis: sed simul cum generat caro cordis generat cum gradu caloris associabili gradui frigiditatis nerui: ita ꝙ neruus nihil corrūpet sensibiliter de calore carnis: ⁊ stabūt ambo .s. caro ⁊ neruus sb vna actuali caliditate cordis. ¶ Ad 2m dōm ad p̄sens ꝙ illa infrigidatio que fit in somno nō est que corrūpit sensibilē ptem caloris cordis: imo nec cerebri vt al's a me declaratum est: sed solū ponit nouū modū in caliditate .s. facit calidū minus acutū ⁊ humectatū magis. Uñ. A. ibi somnus virtutes laxat aīales: qȝ cordis vias humectat. ¶ Sed ȝ. cantice p̄ trac. 2. cōmē. 137. ⁊ coll'ȝ. 2. cap̄. 20. scribit Auer. ꝙ cā somni est vapor frīdus ⁊ hu. qui frigiditate cōstringit calidū intus: vñ cessant operationes sensuū. ¶ Dōm ꝙ hec mā est difficilis ⁊ nō discutiēda hic: tñ dicemus ꝙ illa īfrigidatio est īsensibilis nō abyciēs partē sensibilē forme cal'itatis. ¶ Uel aliter ꝙ illa īfrigidatio nō est per gradus corruptionē: sed p calidi retractionē: vñ dī calor in somno diminut' extēsiua quātitate: vñ Auer. coll'ȝ. 2. Cōstrictio caloris est diminutio quātitatis. ¶ Aliter posset rñderi ad scdām rōnē effugiendo difficultatē de somno: ꝙ cū dicimus vel q̄rimus cor īfrigidari a cerebro ītelligimus de īfrigidatione in tota vita: siue in quolibet tpe vite: nō solū in somno: plus enī viuit aīal in vigilia q̄ in somno. 10. ptic. 31. pblemate. ⁊ fen. 2. Infrigidatio enī q̄ fit a cerebro ad cor in tēpore somni est partialis īfrigidatio. Appet igit ex p̄missis ꝙ cerebrū non infrigidat cor positiue in ipso corde actionē faciendo. ¶ Alio mō pōt ītelligi ꝙ hec actio positiua infrigidationis caloris cordis nō fiat in corde sed in cerebro: ⁊ hoc mō dico ꝙ cerebrum positiue pōt infrigidare caliditatē cordis. Rō est. qȝ spiritū calidū a corde missum ad cerebrū infrigidat ⁊ remittit suum calorem: ⁊ hoc Auic. sensit cū dixit. Ut cōtemperetur spiritus a corde egrediēs: ⁊ ad ip̄m cerebrū penetrās. ¶ Cōtra. qȝ sicut cor sumebat pro toto simul cū neruo: ⁊ ita cerebrū pro toto simul cū spū. sicut igit neruus nō dȝ dici īfrigidans: vel calefaciēs in corde: ita spūs in cerebro non dȝ dici īfrigidatus. ¶ Dōm ꝙ nō est sil'e. qȝ neruus est ps pmanens a p̄n° gñonis vsq; ad finē idē numero: sed spūs a corde ad cerebrū fere oī die īnouat. ¶ Sȝ cōtra. Nā per neruū qui vadit ad cor: fertur quotidie spiritus a cerebro. ¶ Dōm dupl'r. Primo ꝙ illud qd̄ de spū fert est parum nō potens facere sensibilē infrigidationē. Scd̄o dicēdū ⁊ p̄funde ꝙ calor spūs vitalis in cerebro remittit ⁊ gradual'r corrumpit: sed calor cordis a spū aīali eunte per neruū qui vadit ad cor: nō corrūpit siue in gradu remittit: īmo cerebrū mittit cordi illum spiritū cū ea mensura caliditatis qua cor īdiget: ⁊ tūc calor cordis stabit ēt illi spiritui: sicut forma vel sic̄ p̄ncipale agēs respectu organici: ⁊ hic est loc' speculationis. Ex p̄missis igit pȝ quō verificat ꝙ cerebrū infrigidet cor positiue. ¶ Alio mō posset ītelligi ꝙ cerebrū infrigidat cor ⁊ tēperat suā caliditatem priuatiue .s. phibendo suum excessum ad quem attingeret: ⁊ hoc est verū. Rō est. qȝ non existente cerebri frigiditate cor eleuaret ad magnū gradū caliditatis: ergo cerebrū pōt dici ꝙ sui frigiditate temperat calorē cordis: sed ita est. Cor enī cū sit calidissima pars: cui' calor ēt sursum fert: si nō contraoperet infrigidās cerebrū: fieret valde inflāmatū. Uñ in freneticis in q̄bus cerebrū calefit non pōt phiberi excessus caloris cordis: ⁊ sic fit cordis ⁊ corporis multa inflāmatio. ⁊ h̄ videt sentire Ar. 2. de ptibus aīalium. ca. 8. al's ca. 7. Uñ dicit. Nā conat ad excessū vniuscuiusq;: ⁊ ita Arist. volēs dare modū tēperiei caliditatis in corde dicit: vt hec pticula .s. cor sortiat tēperatā caliditatem ab vtraq; vena magna ⁊ vocata adorti ptingūt vene in myringa que circa cerebrū. Uult igit Ar. ꝙ moderatio ista caloris nō fit in corde: sed in calido recepto in cerebro vbi tēperat: ⁊ calor cordis prohibetur ab excessu. Hoc ēt sentit Auer. 2° colliget cap̄. 8. de vtilitate sensuum. vbi dicit loquēs de frigiditate quā facit cerebrū. Nō fuit possibile ponere hāc frigiditatē in corde a p̄ncipio creationis: qȝ eēnt diminute opōnes nutrimēti diminutione manifesta. Uult igit Auer. ꝙ īfrīdatio facta a cerebro que est caloris remissio nō fit in corde sȝ in cerebro: tñ in corde calor exñs phibet ītēdi. ¶ Sȝ tu. d. ego arguo rōne Gal'. s. si aer phibet cal'ȝ cordis intēdi: ḡ nō requirit cerebrū. Dōm ꝙ cerebrū phibēdo īcēdiū cordis dat sue cal'itati veniēti ad cerebrū quandā formā: vt possit percipe sensata: sed aer phibet incēdiū ⁊ nō dat hmōi formā. ḡ cerebrū regrebat p opōnibus sensus ⁊ motus: ⁊ hoc multum placet Gal'. Qui ergo eū vult plene intelligere videat q̄ōnē nostrā de contraresistētys. Oia aūt hec dicta sunt vt saluet Gal'. ⁊ Arist. lȝ in dictis sit multa difficultas ex quibus contraria soluuntur.

¶ Uerūtñ cerebri sub̄a etiā in lenitate ⁊ duritie ineq̄lis existit: nā ps ei' aīrior est lenior: ⁊ ipsi' pars posterior est durior: ⁊ iter duas ptes gradib' velaminis dur i cuius rememorabimur ipso in sequētib' distinctū est.

¶ Aui. notificauit totam cerebri sb̄am quātū ad cōplexionē ⁊ modum substātie. Hic notificat cōpl'onē ⁊ modū substātie partiū cerebri. Et p̄ partiū principaliū. Scd̄o quarūdā particulaꝝ ortarum. 2a ibi (Ex ipso orit.) Prima in duas. Primo premittit. Scd̄o probat. 2a ibi (Anterius.) ¶ Cōsiderandum primo ꝙ per lene intellige molle ⁊ humidum: ⁊ sic cōplexionem ⁊ sb̄am. ¶ Cōsiderandum 2° ꝙ aliter pāniculus durus diuidit cerebrū in lōgitudine: ⁊ aliter ante ⁊ retro. fm longum enim vere diuidit ⁊ pfundat in sb̄a cerebri. fm autē ante ⁊ retro partitur cerebrum gradatione .s. ⁊ replicatione situs: ⁊ modi substantie: est enim pāniculus iste in pte posteriori grossior: vt Halyab. theorice tertio. 11. capitulo.

¶ Anterius aūt cerebrū non est factū lene: nisi q̄m plurimū neruoꝝ sensus: ⁊ pprie qui sunt visus ⁊ audit' oritur ex eo. Sēsus enī speculator est: ⁊ speculatoris inclinatio ad partem anteriorē est dignior. Et plurimū neruorum motus oritur ex postremo ipsius.

¶ Arguit sic. ps a qua oriūtur sensus est humidior: sed ps anterior est huiusmodi: qȝ sensus sunt speculatores qui dignius stant ante. ponit minorem ⁊ pbationem. ¶ Cōsiderandum ꝙ Auicē. nō pbat maiorem vt notam: pbat tamē eā Gal'. 8. de vtilitate particu. ca. 5. Nam sentire est in pati ⁊ recipere ⁊ hoc fit per humidū. ¶ Cōsiderandum ꝙ non tetigit diuersitatem in actiuis qualitatibus: qȝ forsan parum distat inter partem posteriorem ⁊ anteriorē: ⁊ forsan posterior est frigidior: ⁊ apud quosdam est calidior.

¶ Sed tu. d. quare solum expressit de visu ⁊ auditu. ¶ Dicendum ꝙ volebat vti hoc medio ad probandum propositum ꝙ sensus sunt speculatores: hoc autem maxime conuenit visui ⁊ auditui: cū sint magis īmateriales. Gal'. 4. de interioribus. 2. cap̄. ¶ Cōsiderādū ꝙ hic habet ꝙ nerui auditus oriuntur a parte anteriori cui' ꝯriū multi sentiūt: de hoc tñ fen 4a huius p̄mo capitulo dicetur. Dii^m 10^m

¶ Et ex ipso oritur nucha: que est eius nuntius ⁊ vicarius in cursu dorsi: ⁊ ibi necessariū est ex ipsa oriri neruos fortes. Nerui aūt motus indigent duritie supflua: qua nō indigēt nerui sensus. Sȝ lenitas est eis conuenientior eius: igitur origo facta est durior.

¶ Hic Auicē. notificat complexionem ⁊ modū substātie quarūdā pticulaꝝ ortoꝝ: potest enī dupliciter exponi. Uno mō sic ꝙ Auic. notificat cerebrum quantum ad quedam orta .s. nuchā ⁊ carūculas. Et primo quantum ad nucham. Scd̄o quantū ad carūculas. ibi (In anteriore.) ¶ Accepit autē hec duo: quia maxime substātie cerebri similātur. Scd̄o modo potest exponi ꝙ hic probat qd̄ dixerat. Dixerat enim tria .s. ꝙ anterius cerebri est lene: ⁊ hoc iā probauit. Dixerat ꝙ posterius cerebri est durū: ⁊ hoc probat hic. Dixerat ꝙ pāniculus gradatim distinguit anterius a posteriori: ⁊ hoc declarat. ibi (Uelamē autem.) Arguit igitur sic. A. pars cerebri est durior a qua debet oriri nucha: quia nucha est principium motiuorum neruorum qui duritie indigent: sed pars posterior est huiusmodi. ponit minorem ⁊ pbationem maioris ⁊ cōclusionē.

¶ Uelamen aūt in ipso .s. cerebro non gradatim existit: nisi vt sit differentia: ⁊ dicit vt sit lene separatū a contactu duri: ⁊ manifestū quidē est ꝙ in ipso accidit multum. Propter hanc v̄o reflexionē sunt etiā iuuamenta alia. Nā vene ad cerebrū descendentes ⁊ in ipso diuise aliquo egēt cui initantur: ⁊ eas fortes faciat. Posita est ergo reflexio hec sustentaculū earū. Et sub postremo quidē huius reflexionis: ⁊ in posteriorib' eius est torcular: qd̄ est sanguinis effusio in amplitudine quadam: que est sicut lacuna: ⁊ ex ipsa q̄dē in ea ramificātur vene: in q̄bus separat sanguis ⁊ cerebri substantie assimilat: deīde vene suis orificijs suggēdo eā exiccat: ⁊ ad duas venas ipaā ꝯiūgūt: sic̄ rememorati sum' i illi' anathomia. Et ex hac q̄dē reflexiōe puenit iuuamētū ad h̄ vt ligamētoꝝ velaminis adherentiū cerebro sit origo in eq̄distātia cōmissure cranei: que est corā ipo.

¶ Assignat

¶ Assignat cām gradationis velaminis. ⁊ intēdit gradationē quādam reflexionē siue duplicationē dure matris in loco separationis anterioris a posteriori vētriculo: ⁊ ponit tres vel quatuor vtilitates. Prima est ꝙ fit separatio vel distātia vētriculi anterioris a posteriori. Alia est qa firmant vene: vnde fit in loco illo cerebri torcular siue palmētum ſm Gal'.9. de vtilitate particularū.6.capi. Tertia qa cerebrū bene cōprehēsum bene cū ligamētis ligatur ꝑ cōmissurā ad os. hec est summa snīe. Amplius aūt loq in hoc sine anathomia actuali est obscurū. ¶ Cōsiderādū ꝙ Mūdinus credit ꝙ A. notificet hic durā matrē ⁊ piā matrē. Et pmo piam matrē cuius vtilitas est pro venis. Scdo duram matrē qua fit ad os capitis alligatio ⁊ suspēsio. Scda ibi (Et ex hac.) ¶ Prima tamē expositio fuit ex intētione Gal'.9. de vtilitate partium.5.⁊.6.cap. al's capitulo.7. de vtilitate conarij.

¶ In anteriore preterea cerebro oriuntur duo additamenta mamillaria: quibus fit odoratus: que quidem a lenitate cerebri parūper differunt: sed postea cōsequitur ea neruorum durities.

¶ Cōsiderādū ꝙ organū odoratus fuit valde ꝓpinquū cerebro: vt quidā dicūt: qr cū odoratus fiat cū euaporatione cerebrū ꝯfortat ex eo ⁊ iuuat: ⁊ ideo ꝓpe ipm dicūt fuisse. Postea sequit ea additamēta neruoꝝ durities. qr. s. extrema eoꝝ sunt aliqualiter duriora nō sic lenia vt cerebrū ⁊ vt pars cerebro propinquior.

¶ Amplius totū cerebrū duobus coperit pāniculis: quoꝝ vnus subtilis sequit ipm: ⁊ alter spissus seqt os: qui qdē duo creati sunt: vt sint duo distinguētia inter cerebrū ⁊ os: ⁊ vt cerebrū substātiā ossis nō ꝯtingat: ⁊ ne ad ipm ex osse nocumēta ꝑueniant. Hic aūt tactus nō accidit nisi in dispōnibꝰ additionis cerebri in substātia sua: aut in dilatatione q̄ ei accidit successione cōstrictionis. Cerebrū ꝑterea qnqȝ eleuat ad craneū: cū quedā adsunt dispōnes: sicut voces fortes: ꝗ ꝑꝑ hmōi iuuamēta iter cerebrū ⁊ os cranei duo ponunt distinguētia media inter ea in lenitate ⁊ in duritie: ⁊ duo qdem ponuntur: ne sit illud cuius obuiatio ossis nō est bona absqȝ medio: illud idem cuius obuiatio cerebro est bona absqȝ medio sed distinctū est iter ea: est ergo cerebro ꝓpinquus subtilis: ⁊ ossi ꝓpinquus ⁊ spissus: ⁊ cū hoc sunt sicut tutamen vnum.

¶ Hic. A. notificat cerebrū quātū ad subāȝ pānicularē. Sūt autem duo pāniculi. s. durus dictꝰ dura mater siue grossa myringa: ⁊ subtilis dictus pia mr̄. Primo ꝗ hos pāniculos notificat simul. Scdo vnūquēqȝ ꝑ se. Scda ibi (Hic aūt pāniculus) ¶ In pma pte dic ꝙ totū cerebrū coperit duobꝰ pāniculis: quoꝝ vnus subtilis sequit ipm: ⁊ alter grossus seqt os eiꝰ: ⁊ isti duo pāniculi sunt duo situati vt distinguat iter subāȝ cerebri ⁊ craneū ipsius: ⁊ vt cerebꝝ nō cōtingat sbām ossis ꝑꝑ nocumēta que prouenirent ex cōtactu ossis. ¶ Cōsiderādū ſm Gal'.8. de vtilitate ꝑticularū. cap.9. ꝙ sicut dixit Plato deū iter ignē ⁊ terrā (qm̄ longe sunt) posuisse aerē ⁊ aquā: ita iter os ⁊ cerebrū posuisse duos pāniculos: durus aūt nō potuit tangere cerebrū. nec subtilis potuit tāgere os. ¶ Cōsiderādū autē ꝙ cerebrū eleuat ad craneū: dum augmētat: vt in augmēto lune: vt pͦ cañ. fen.4. cap. de vētosis ⁊.4. fen.2. trac.2. cap.2. Et in dilatatione que accidit a cerebro successione ꝯstrictionis. i. apationis ſm Albertū. Aliter tñ cōstrictionis. s. anhelitus. Unde Gal'. in libro de iuuamēto anhelitus dicit. Uenas pellium cerebri accidit īflari si anhelitū ꝯtineāt. Uel ꝯstrictionis. s. sequētis dilatationeȝ. Cerebrū eni semp dilatat ⁊ ꝯstringit: cū semp aerē attrahat ⁊ expellat vt pōt sumi.8. de vtilitate ꝑticulaꝝ.6. ca.⁊.7.⁊ īfra fen. qnta. ca.1. Cū igit diastolat cerebrū appropinquat ad os capitis: sil'r in forti vociferatione ꝓpter multā pressurā in diastolatiōe vel diaphragmate factā vt declaratū est fen.3. caplo de exitu oculi.

¶ Hic āt pāniculus ꝑter ħ qd est cerebri tutamē est ligamētū venaꝝ: que sunt in cerebro quietaꝝ ⁊ pulsatilium. Et est sicut secūdina seruās situm venarū in ipso textarū. Quapropter igredit etiā cerebri substātiaȝ in locis multis cōmissuraꝝ eiꝰ: ⁊ tendit ad vētres ipsius: ⁊ peruenit apud postremū itersectum: ꝓpterea ꝙ nō eget eo ꝓpter sui scilicet postremi duritiem.

¶ Primo notificat piam matreȝ. Scdo durā. ibi (Pāniculus vͦ.) ¶ In pma pte dicit ꝙ hic pāniculus subtilis cerebri vt pia mr̄ dato ꝙ sit tutamē cerebri est tñ ligamētū venaꝝ pulsatiliū ⁊ qetarū que sunt in cerebro ⁊ est sicut secūdina. s. in cōtextu venaꝝ seruās suū motū sicut vene que sunt ꝯtexte in ipso cerebro: ⁊ iō ēt ingreditur sbām cerebri in multis locis cōmissuraꝝ eiꝰ ⁊ tendit ad ventriculos ipsius ⁊ ꝑuenit apud postremū intrinsecū subtile leue ex eo ꝙ nō indiget eo qa est durus. ¶ Cōsiderandū ſm Halyabatē 3ͦ theorice. capi.11. ꝓpter tres vtilitates est ipse pāniculus subtilis. Primo est tutamē cerebri. Scdo situat venas. Tertio nutrit cerebrū: ⁊ ideo dr̄ secūdina: qr sicut secūdina fetus situat venas pro fetu ⁊ nutrit ⁊ īuoluit fetū: sic pia mater cerebrū. ¶ Cōsiderāduȝ. cōmissuraꝝ. i. diuisionū siue anfractuū vel ꝯcauitatū: ⁊ ex hoc accipimus ꝙ vētriculi cerebri ad ītra sunt tecti hoc pāniculo: ⁊ apparet aliqñ in anathomia. ¶ Cōsiderādū ꝙ lr̄a que dicit ꝑuenit vel preuenit apud postremū cerebri: pt dupl'r exponi. Prio ſȝ Bonoñ. i. ꝑuenit subtile ⁊ lene: qr pāniculus iste est subtilis multū in parte posteriori. Nā cū substātia cerebri sit dura nō īdiguit eo sic duro. ¶ Cōtra: qa sic nō indiguisset duro pāniculo. s. dicto dura mr̄ ⁊ tñ est grossior ibi. Dicēdū ꝙ fuit ꝑꝑ aliā vtilitatem sua durities. s. defensionis vtilitas. Nā pāniculus subtilis habuit vtilitateȝ vt non ꝑmitteret fluere sbām cerebri. cū igit substantia posterior sit minus fluxibilis nō īdiguit ita duro pāniculo. Scdo mō pōt dici seu exponi: ꝓpter qd sciēdū ꝙ pia mater vel cōparat cerebro ab extra: ⁊ sic totū cerebrū ab ea cōplectit: quēadmodū. n. cutis vndiqȝ coopit al': sic pia mater cerebrū: vt. G. 8. de vtilitate ꝑticularū. 8. ⁊ 9. cap. Uel cōparat sibi vt intus in ꝯcauitates cerebri penetrat: ⁊ vt sic nō diffundit in oēm pteȝ posteriorē cerebri: qr sunt dure de se: sed ꝑuenit: ⁊ quasdā ptes dimittit: quas ab ītra nō tegit. s. ptes posterioris ventriculi circa locū quē. A. vocat infra camphaduri. Et hec est snīa Gal'. 8. de vtilitate partiū. 12. cap. vbi dicit. coriformis aūt myringa. i. pia mater quā subcingere vētriculos desuper dicebamus vsqȝ ad hāc peruenit cōcauitateȝ que est in forficiformi. i. in medio ⁊c̄. Que eniȝ sunt deinceps his corpora que circa porum duriora cōsistētia sunt vt quā egeāt attractorio. i. tali tegmēto ab intra. Et hec est snīa. A. infra illo. §. Et pāniculi.

¶ Pāniculus vͦ spissus cēbro nō adheret neqȝ subtili: ita vt in omni loco sit decēter situs sup ipm: sed est ab eo eleuatus: ⁊ iter ipsos qdē nō cōtinuant nisi vene penetrātes in spisso ⁊ ꝑuenietes ad subtilē. Spissus autē vadit ad craneum cū ligamētis pānicularibus ortis a spisso stringētibꝰ ipm ad cōmissuras: ne super cerebrū vehemēter grauet: ⁊ hec qdē ligamenta ex cōmissuris eleuant vsqȝ ad exteriora cranei: ⁊ oriunt illic ita vt ex eis texetur pāniculus craneum cooperiēs: ⁊ ꝑ illud affirmat ligamentū pāniculi spissi etiā cū craneo.

¶ Hic notificat duram matrē ⁊ dicit ꝙ pāniculus spissus vt dura mater nō adheret cerebro neqȝ pāniculo subtili ita ꝙ decēter est sup ipm qa q̄si cōinnctꝰ ⁊ est ab eo separ ꝰ: ⁊ iter pāniculos istos. s. subtilē ⁊ durū nō cōtinuāt nisi vene penetrātes ex spisso ⁊ peruenientes ad subtilē: sed spissus vadit ad craneū cū ligamētis pānicularibus ortis a pāniculo spisso ꝯiungētibus ipm ad cōmissuras ne vehemēter grauet sup cerebrū. Et hec ligamēta ex cōmissuris eleuant vsqȝ ad exteriora cranei ⁊ illic oriunt ita vt ex eis texetur pāniculus cooperiēs craneū vt est ille a quo orit tunica cōiunctiua oculi: ⁊ ex ħ affirmat ligamētū pāniculi spissi cū craneo. ¶ Considerandū ꝙ accipimus quis est situs huius pāniculi: qr nō adheret subtili. Scdo que colligātia: qr per venas ligat cū pia matre: ⁊ per ligamēta cū osse: vnde cōstituit pāniculus tegens os ab extra. Et ex hoc verificat qd dicit. A. 4. cañ. de fractura cranei ꝙ si dura mater inuenit nō suspēsa est maluȝ signū. ¶ Cōsiderādū ꝙ huiꝰ pāniculi sunt tres vtilitates ſm Halyab. tertio theorice. Prima qa piam matrē seruat ⁊ defendit ab ossis duritie. Scda vt distinguat inter duas ptes cerebri. s. proraȝ ⁊ puppim. Tertia vt sit firmamentū venarū: que sunt in eius reduplicatione.

¶ Cerebrū preterea in lōgitudine sua tres hȝ vētres: ⁊ sic vnusqsqȝ venter in sui latitudine duas hȝ partes.

¶ Supra notificauit cerebrū quātū ad partē eius medullarē ⁊ pannicularē: hic quātū ad eius vētriculos. Et primo quātū ad vnumquēqȝ diuisim. Scdo simul. Scda ibi (Qd aūt.) Pria in duas. Primo premittit. Scdo declarat. Scda ibi (Et anterior.) ¶ In prima parte dicit ꝙ cerebrū in eius lōgitudine hȝ tres ventriculos: ⁊ sil'r

vnusquisq; vēter in sua latitudine hꝫ ptes duas dextrā ⁊ sinistrā: ideo est sciēdū ꝙ Aui. notāter dixit ꝙ ī lōgitudine hꝫ cerebrū tres vētriculos: qꝛ in latitudine pñt dari q̄tuoꝛ diuidēdo p̄mū in latitudine in duos. ⁊ ideo. 9. de iuuamētis. ca. vlt. dicunt̄ quatuoꝛ.

¶ Et anterioꝛ quidem pars sensibilis est separationis in duas partes. s. dextraꝫ ⁊ sinistram. ⁊ hec pars iuuat ad odoꝛatum: ⁊ ad expulsionem superfluitatum cum sternutatione: ⁊ ad partiendū plurimū spiritus sensibilis: ⁊ ad operationes virtutū foꝛmatiuarū que sunt de virtutibus appꝛehensionis interioꝛis.

¶ Hec ps hꝫ tres sicut tres sunt isti vētres. 2ª ibi (Uēter aūt.) 3ª ibi (Medius aūt.) ¶ In p̄ª pte dicit ꝙ vēter anterioꝛ diuidit̄ sensibiliter in duas partes. s. dextrā ⁊ sinistrā: ⁊ hec p̄ncipaliter iuuat ad odoꝛamētū ⁊ ad expulsionē sup̄fluitatis grosse cū sternutatione: ⁊ ad partiēdū plurimū spūs sensibilis: ⁊ ad opōnes virtutū īfoꝛmatiuarū: qꝛ sensus cōis ⁊ phantasie que sunt de virtutibꝰ app̄hensionis interioꝛis. ¶ Cōsiderandū sensibilis separationis: qꝛ alij vētriculi sensibil'r nō sunt diuisi: vt supꝛa dictū est. ¶ Cōsiderandū ꝙ q̄tuoꝛ vtilitates īponit vētriculo anterioꝛi ad odoꝛatū: q̄uis. n. ad alios sensus exterioꝛes iuuet: tñ qꝛ odoꝛatꝰ est ꝑpingūssimus sibi: iō de eo sp̄aliter expꝛessit ⁊ distincte. Scd̄a vtilitas est expulsio sup̄fluitatū cū sternutatione: ⁊ intelligit per hoc sup̄fluitates grossas quascūq; ab vtrisq; naribꝰ expulsas a parte anterioꝛi cerebꝛi veniētes. Exp̄ssit aūt cū sternutatiōe: qꝛ in h̄ appet virtꝰ expulsiua cerebꝛi siue opō expulsiue cerebꝛi. Tertia vtilitas est ptitio spūs ad oꝛgana sensuū exterioꝝ. Quarta est qꝛ in h̄ vētriculo est sedes virtutū infoꝛmatiuarū. i. app̄hēdētiū foꝛmas: que sunt virtutes interioꝛes. s. sensus cōis ⁊ phantasia ƀm Auicē. p̄mo cañ. fen p̄ª.

¶ Uenter aūt postremus est etiā magnus: qm̄ ipse implet magni membꝛi vacuitatē: ⁊ qm̄ est pꝛincipiū magne rei. s. nuche: ⁊ ex eo partit̄ plurimū spūs motiui: ⁊ illic q̄dē sunt virtutis seruatiue operationes: sed tamen est minoꝛ anterioꝛe: īmo cuiusq; duoꝝ ventriuꝫ anterioꝛis: ⁊ cū hoc minoꝛat̄ gradatim vsq; ad nucham: ⁊ inspissatur vsq; ad duritiem.

¶ Hic notificat ƀm ventriculū ⁊ dicit ꝙ hic est magnus ēt dato ꝙ fit minoꝛ anterioꝛi: qꝛ replēs magnā vacuitatē mēbꝛi: ⁊ qꝛ est p̄ncipiū nuche ⁊ ab eo partit̄ maioꝛ q̄titas spūs motiui: ⁊ in isto vētre fit opatio virtutꝭ memoꝛatiue: sed tñ minoꝛ ēt opatio que p̄ficit̄ in hoc vētre q̄ illa que fit in vētre anterioꝛi: īmo in q̄libet pte ipsius vētris anterioꝛis. Uel possumus exponere ⁊ melius ꝙ hic vētriculus posterioꝛ est minoꝛis quātitatis anterioꝛi ⁊ nedū ex toto: sed q̄libet duarū partiū ipsiꝰ: ⁊ ꝯtinue minoꝛat̄ eiꝰ figura ḡdatī vsq; ad nuchā ⁊ inspissat̄ vsq; ad duritiē aliquā: ⁊ hoc per cōparationē ad anterioꝛē. ¶ Cōsiderandū ꝙ accipimꝰ huiꝰ vētriculi quātitateꝫ: qꝛ magnus lꝫ sit anterioꝛe minoꝛ: est aūt magnus ꝑꝑ duas causas quas Auicē. ponit. Scd̄o accipimus vtilitatē: qꝛ partitur spiritū motiuū plurimū. ⁊ hoc dicit: qꝛ etiā aliq̄d de spiritu motiuo anterioꝛi partit̄. Scd̄a vtilitas est: qꝛ est sedes virtutis ꝯseruatiue. s. memoꝛatiue. Tertio accipimus foꝛmā: qꝛ gradatim minoꝛat̄: vt quasi ad acuitatē tendat. Quarta est modus substantie: qꝛ inspissatur ⁊ induratur: cum hoc facit ad retentionem.

¶ Medius aūt vēter est sicut trāsitus a parte anterioꝛe ad partē posterioꝛē: ⁊ est sicut dcylis sitꝰ īter eas: ⁊ ipse q̄dē ꝑpter illud magnificat̄ ⁊ elongat̄: qm̄ est rediēs de magno ad magnū: ⁊ per ip̄ꝫ ꝯtinuat̄ spūs anterioꝛ cū spiritu posterioꝛe: ⁊ ꝑuenit ad amplitudinem curuitatū memoꝛaliū p̄dictarū. Et pꝛincipiū huiꝰ ventris pꝛimuꝫ cooperit̄: ita ꝙ videt̄ illud qđ est interius sicut sphericū: ⁊ per id q̄dē eleuat̄ vt sit trāsitus: ⁊ cum hoc elōgat̄ rotūditate sua a nocumētis: ⁊ fit foꝛtis ad tolerandū: qđ sup̄ eū sustentat̄ de velamine: qđ est ƀm gradus. Et illic ꝯiungunt̄ duo ventres cerebꝛi anterioꝛes: ita ꝙ separant̄ a posterioꝛe in hoc transitu. Et ille quidem locus nominat̄ coniunctio duoꝛum ventrium: ⁊ hic idem transitus est venter. Et quoniam est transitus deferens a foꝛmatione ad seruationē est melioꝛ locus cogitationi ⁊ imaginationi ƀm ꝙ sciuisti.

¶ Considerandū ꝙ Aui. ex. 6. notificat hunc ventrē. ¶ Pꝛio per simile: qꝛ est trāsitꝰ ⁊ sicut deylis. i. foꝛamē specu. i. spelunce sub terra. ¶ Scd̄o quātitate: qꝛ est satis magnus ⁊ lōgus: qđ declarat: qꝛ redit de magno anterioꝛe ad posterioꝛē magnū. ¶ Tertio vtilitate: qꝛ spūs cerebꝛi vētriculi anterioꝛis ꝯtinuat̄ cū posterioꝛi: ⁊ ꝑuenit. s. spūs anterioꝛ ad amplitudinē curuitatū memoꝛaliū. i. ad amplitudinē vētriculi posterioꝛis memoꝛatiui. Dixit aūt curuitatuꝫ: qꝛ q̄si per quādā incuruationē venit̄ ad posterioꝛē vētriculū. iacet enī incuruitas subtꝰ. ¶ Quarto figura vꝫ sicut sphericū qđ est interius. Tamē Albertus p̄mo libꝛo de aīalibꝰ tracta. 3. p̄ caplō hꝫ sic. Uidet̄ id qđ est intus esse sicut spūs. Cōsiderandū hic ƀm Gal'. s. de vtilitate particularū. 41. cap̄. Omnes vētriculi cerebꝛi sunt figure spherice. Sed īpedit̄ sphericitas ꝑꝑ quasdā apposises. i. appositiones ⁊ distractiones. vētriculus q̄dē mediꝰ q̄ñ cooperit̄ ⁊ clauditur clausione que dicet̄: tūc est recte sphericus. Sed si eleuatur illa coopertura vt fiat trāsitus a parte ante. s. a vētriculo anterioꝛi ad posterioꝛē: tūc apparet lōgus ⁊ cū sua rotūditate hꝫ vtilitatē cōem rotūdis rebꝰ: qꝛ sunt tute a nocumētis ⁊ melius pōt substinere reflexionē panniculi duri gradatim de quo supꝛa dixi illo. §. Uelamē aūt in ip̄o. ¶ Quinto notificat hūc vētriculū termino: qꝛ terminat̄ ad duos vētriculos anterioꝛē ⁊ posterioꝛē. ¶ Sexto notificat ex sui operatione siue vtilitate: qꝛ est locus ⁊c̄. Considerandum ꝙ imaginatiua sumitur pꝛo estimatiua. virtutes igitur estimatiua ⁊ cogitatiua: qꝛ sunt de intētionibus appꝛehensis vel memoꝛatis: ideo locus eius est in medio inter virtutes memoꝛales ⁊ appꝛehensiuas foꝛmarum: hoc dependet ⁊ sciuisti ex scientia p̄mi libꝛi ⁊ sexti de naturalibus. parte quarta cap̄. 2. ⁊. 3.

¶ Quoꝛ aūt vētres isti sint loca harū opōnū signat̄ ex nocumētis que accidūt eis: destruit̄ enī cū nocumēto cuiusq; partis eius operatio: aut ingredit̄ in ipsa lesio.

¶ Hic simul loquēdo de his vētribꝰ eos notificat. Et p̄ ꝓbat ꝙ sint sedes virtutū dictarū: ⁊ in hoc dici pōt ꝙ ꝓbat dicta. Scd̄o notificat eos quātū ad pāniculū qui vꝫ eis esse cōis. 2ª ibi (Et pāniculi.) ¶ In p̄ª dicit ꝙ isti vētres sunt loca harū operationū: qꝛ hoc cognoscit̄ ex nocumētis eueniētibꝰ eis: qꝛ q̄ñ aliq̄s illoꝝ vētriū ledit̄ simil'r ⁊ eius operatio ledit̄. ¶ Considerandum ꝙ iam dictū est ꝙ sensus cōmunis est in p̄mo ventriculo. ⁊ cogitatiua in secūdo. memoꝛia in tertio. hic ergo ꝓbat hoc simul. Nam medicus iudicat illic esse virtutē vbi cōpꝛehendit ꝙ temperamentū in cōplexione ⁊ alijs est causa perfectionis operationis ⁊ intemperamentum est causa lesionis. Medicus autē hoc hꝫ ponere: lꝫ nō sufficiat naturali physico: vt ꝯclaratū est a me in libello quē de coꝛde cōposui. videmus aūt ꝙ leso vētriculo p̄mo ledit̄ sensus cōmunis ⁊c̄. īfra hec patebūt. Dixit aūt destruit̄ quātū ad ablationē: ingredit̄ lesio quātum ad diminutionem ⁊ coꝛruptionem.

¶ Et panniculi subtilis pars cooperit̄ ⁊ cooperit ventres cerebꝛi vsq; ad camphaduti: vel occiput similiter qđ est tunica: durities vō eius ꝙ est post illud sufficit ipsi loco cooperture velaminis.

¶ Hic notificat istos vētres ex pte pāniculi q̄ vꝫ eis cōis. s. pia mater. Et dicit ꝙ ps pāniculi subtilis. i. pie matris cooperit̄. s. a substantia cerebꝛi penetrādo in illā: ⁊ cooperit vētres cerebꝛi ab intra: qꝛ foderat eos nō tñ oēs: sed vsq; ad occiput: ⁊ sic nō foderat cōmissuras partis posterioꝛis ⁊ illius anfractus. nec ventriculuꝫ posterioꝛē: qꝛ durities illarū partiuꝫ excusat ab hoc: ⁊ hoc est sup̄ expositū ⁊ est mens Gal'. vt supꝛa: ⁊ Aui. 12. de aīalibꝰ cap̄. 7. vnde dicit. Et membꝛana subtilis intrat in ventriculos ipsius cerebꝛi: ⁊ cooperit illos quousq; perueniat ad partem posterioꝛē: cui sufficit sua durities loco cooperimenti membꝛane.

¶ Ex hoc soluunt̄ ꝯdictiones multe: ⁊ soluit̄ qō: an pia mr̄ vndiq; cōplectat̄ cerebꝛū: qꝛ dōm ꝙ ab extra sic: sed nō ab intra. Dubᵐ iiᵐ

¶ Cōmissuratio autem que consistit in ventribus cerebꝛi est: vt spiritus animalis in substantia cerebꝛi transitum habeat: sicut in ventres eius.

¶ Hic. A. vult nobis notificare spiritū aīaleꝫ. Eius aūt notificatio est duplex. Una quantū ad sui operationē: ⁊ ista dependet ex capitulo de virtute vitali ⁊ virtute aīali. Alia est eius notificatio quātum ad locum sue generationis ⁊ repositionis: ⁊ ista pēdet ex capitulo anathomie cerebꝛi. Et ideo hic Auicē. notificat nobis partes in q̄bus iste spūs digerit̄ siue perficitur ⁊ in quibus ꝯtinetur ⁊ oꝛdinem in hoc. Pꝛimo ergo ostendit loca cerebꝛi in quibus continetur hic spiritus: ⁊ in quibus digeritur: ⁊ oꝛdinem sui incessus. Secunda ista loca adinuicem cōparat. Scd̄a ibi (Cōmissura aūt.)

⁋ Ad primi euidentiã ↄsiderandũ ꝙ in substãtia cerebri sunt q̃dã diuisiones siue q̃dã anfract⁹ quos hic.A.vocat cõmissuras ⁊ merito:q2 vna pars iacet alteri cõmissa:⁊ supra ēt sic noīauit illo.§. Hic aũt pãniculus.Vult igit̃ Aui.istarũ cõmissurarũ ponẽ vtilitates:que vtilitates sunt pro aīali spiritu.⁋ Habet igit̃ hec ps ptes duas sicut illius cõmissurationis.d.ponit vtilitates.2ª ibi(Et etiã q̃a spũs alteratio.)Prima in duas. Primo p̃mittit illã vtilitatẽ. Scd̃o ꝓbat.2ª ibi(Cũ nõ oī hora.)⁋ Dicit p̃mo ꝙ cõmissuratio.i. cõmissura siue diuisio siue anfract⁹ qui est in vẽtrib⁹ cerebri.i.sb̃a cerebri circa vẽtres:⁊ est sicut dicerem⁹ vẽtriculatio pro vẽtriculis:ita ꝙ cõmissuratio ꝓ cõmissuris est ⁊c̃.Et hec est mens.A.12. de aīalibus.cap̃.7.de cerebro.vbi dicit sic.Et in sub̃a cerebri sunt vie serose in q̃b⁹ trãsit spũs aīalis sicut in suis vẽtriculis.

¶ Cum non omni hora sit venter dilatatus ⁊ apertus.

agat in magis calidū remittēdo vel augēdo. sicut ēt querit̃ an medicina cal'a in 2° remittat calidā in tertio vel augmētet. De his tñ difficultatib⁹ de qbus fortiter. 5. coll'z. cap̃. penul. dubitabat Auerrois: nihil ad p̃sens: ⁊ al's discussimus de eis. ¶ Ad 2m dōm ꝙ ex illo nocumēto nō arguis cerebri dispōnē frigidā esse: sicut ex suo signo sigñante aliquā dispōnē quā p̃us tētabas cognoscere sic p̃existentem: sed cognoscis sicut ex cā faciēte istā dispōnē specie differētē ab ea q̃ p̃existebat. Vel dōm ꝙ ex nocumēto isto nihil potes certū arguē: si eni exñte egro ꝑ vsuz cal'oꝝ ē factū nocumentū ego remaneo in ambiguo sic p̃us erā nec possuz certificare q̃ duaꝝ ex̃mitatū nocuerit ꝑ viā sil'itudīs aut ꝑ viā ꝯ̃rietatis: nisi ego estimatiue cognoscā q̃ntitatē cōpl'onis p̃existētis in cerebro: vt Auic. innuit. ¶ Ad 3m dōm ꝙ Aui. forsan nō vult aliḋ: nisi ꝙ hoc signū non fit certū. possibile eni est ꝙ aliq̃ cerebro exñte egro nūc: ⁊ de h̃ habita certa cognitiōe. s. ꝙ sit egrū: ignorata tñ q̃ egritudo sit aut calida aut frīda: h̃ ꝯtigat ꝙ ledat̃ duob⁹ extremis. s. cal'is ⁊ frīdis: ⁊ nō poterimus scire veritatē de hoc: nisi estimatiōe sciam⁹ q̃ntitatem cōpl'onis quā hꝫ cerebrū. hoc ḡ scito lꝫ alio nō idigem⁹ ad eēntiam cognitiōis talis cōpl'onis egre nūc: tñ cōplet̃ cognitio ꝑ experimētū sumptū a iuuātib⁹ vel nocētib⁹. Vel dōm ꝙ postq̃ sciuisti ꝙ similia nocēt: tūc estimatiue ōbes iudicare q̃ntitatez cōpl'onis a sil'i ⁊ experiri ꝯ̃riū adequatū illi: ⁊ ex h̃ videbis ꝙ ꝯ̃riuz excedēs nocebit. Tertio mō pōt exponi ꝙ. A. velit decl'are qḋ dixerat de dispositiōe sana que iuuabat̃ a sil'ib⁹ ⁊ nocebat̃ a ꝯ̃rijs: ⁊ sic arguebam⁹ a iuuātibus ⁊ nocētib⁹. Nā sanitas p̃ter optimā est 2x. Vna est nō multū deficiēs ab optima ⁊ ista est de qua est sermo ꝙ iuuat̃ a similib⁹ ⁊ nocet̃ a ꝯ̃rijs. Alia est sanitas multū deficiēs ab optima q̃ est paratissima ad casuz in egritudinē: ⁊ ista currit cursu egritudinis: q̃a iuuat̃ a ꝯ̃rijs: ⁊ ex sil'ib⁹ paratissima ē labi: ⁊ iō securi⁹ est in ea cū ꝯ̃rijs mag̃ q̃ cū sil'ib⁹ ꝓcedere. ꝑ duas ḡ ex̃mitates. A. itelligit duos modos sanitat̃ subordinatos respectu optime sanitat̃: ⁊ hoc est qḋ dicit. Cōsideret̃ qḋ diuersuz sit ei. i. nocitiuū cerebro. in alia extremitate. i. in alio mō sanitat̃: q̃ est sanitas multū ab optiā recedens. sic diuersificat̃ ei. i. sic nocet ei hoc. s. qḋ nocet in hac extremitate. s. q̃ est sanitas parū deficiēs. ita vt existimatiōe ⁊c̃. quia nisi scias gradū cōpl'onis cuiuscūq̧ non poterit certe cognosci an multū an parū deficiat ab optima sanitate. due eniz ex̃mitates. i. isti duo modi sanitat̃ sunt diuersi vel oppositi in h̃: q̃a in vna iuuat̃ a simili ⁊ nocet̃ a ꝯ̃rio. alia v̾o iuuat̃ a ꝯ̃rio ⁊ nocet̃ a simili. ipediētes. i. nocētes in opōnib⁹ respectu optime sanitat̃. vel ipediētes. s. cognitionē ex iuuātib⁹ ⁊ nocētib⁹: q̃a nō dat̃ de eis canon cōis: sed canon singular̃ in vna est sic canon in sanitate optima vel ꝓpinq̄: q̃a simili iuuat̃: ꝯ̃rio nocet̃. canon autē in alia que est sanitas lapsa valde defecta est: sic canon in egritudibus nūc: ⁊ hoc est qḋ subdit Aui. ad ꝯfirmationē hui⁹: ꝙ nō est ꝯueniēs sanitas. s. ad h̃: vt simili iuuet̃ ⁊ ꝯseruet̃: ⁊ ꝯ̃rio nocet̃: nisi sanitas ex̃ equalitatē. s. optimā dū nō vehemēter supꝑfluit: q̃a si supꝑflueret vehemēter eēt ita parata ad lapsum: ꝙ iudiciū de ea ⁊ egritudie eēt vnū: q̃a ꝯ̃rio iuuaret̃ ⁊ simili noceret̃. ¶ Et neq̧. Jā apparet vnus modus introducēdi: aliter posset itroduci: ꝙ hic remouet dubiū. Innuerat enim aliquā sanitatē eē cū distēperātia respectu optime sanitat̃. crederet aliq̄s ꝙ cū q̄libet distēperātia posset eē: remouēs hūc errorez dicit ꝙ nō cū q̄cūq̧ distēperātia est sanitas ꝯueniēs: nisi dū nō vehemēter supꝑfluit. ⁊ dic̃ hoc ꝑꝑ id qḋ iā est dictū: q̃a si vehementer supꝑflueret. i. si sanitas eēt cū multa distēperātia. v̾. g. cerebrū calidissimū in latitudie sanitatis in vltimo in quo possibile est vt statim p̃cipitet̃ in egritudie tūc iuuaret̃ ꝯ̃rio ⁊ simili noceret̃. Cum ḡ dicebat̃ supra. Cōuenientia ergo eius in dispositōe ⁊c̃. dꝫ itelligi de sanitate extra equalitatē dum nō vehementer superfluit.

¶ Et cerebrū q̄dē qḋ cōpl'onis calide malitiā habꝫ iuuat̃ aere frigido: ⁊ cibis ⁊ odorib⁹ frigidis: siue sint boni sic cāphorati sandalini ⁊ nenufarini ⁊ eis sil'es: siue fetidi nō boni sicut limosi ⁊ alubiati: ⁊ iuuat̃ tranq̄llitate ⁊ q̄ete. Et qḋ hꝫ malitiā cōpl'onis fride iuuat̃ eo: qḋ est illis ꝯ̃riū. Juuat̃ ergo aer cal'o ⁊ odorib⁹ calidis ⁊ letificātib⁹ ⁊ resoluētib⁹ ⁊ calefaciētib⁹ ⁊ exercitijs ⁊ motib⁹. Et qḋ hꝫ malitiā cōplexionis sicce ledit̃ eo: qḋ ex ipso eũat̃ ⁊ minuit̃. Et qḋ hꝫ malitiā cōplexionis humide iuuatur eo qḋ ex ipso euacuat̃ ⁊ minuitur ab eo.

¶ Hic per res ꝯueniētes ⁊ diuersificantes docet cognoscere cerebri egritudinalez cōpl'onē in sp̃āli: ⁊ q̄tuor facit: sicut quatuor sunt iste distēperantie. 2a ibi (Et qḋ hꝫ.) 3a ibi (Et qḋ hꝫ.) 4a ibi (Et qḋ haber ⁊c̃.) ¶ Cōsiderādū ꝙ per malitiā cōpl'onis possumus duo itelligere, s, egritudinē cōpl'onalē nūc: ⁊ sanitatē valde superfluētez in recessu ab optima. de ambob⁹ eni istis verificant̃ que dicit vt iā appꝑuit. Que dicit sunt nota. alubiati exponit̃ in l̄ra extra. i. de herbis que nascunt̃ in aq̄s vt occa ⁊ pulmonaria ⁊c̃. ¶ Cōsiderādū circa scḋaꝫ ꝑtē ꝙ 2x reperit̃ littera. odorib⁹ letificātib⁹ vel lenificātibus. i. leue faciētib⁹ ꝑ euaporationē ⁊ calefactionē cū ꝯfortatiōe.

¶ Significationes v̾o velocitatis passionū eius sicut si velociter calefiat: aut velociter infrigidet̃ sunt iste.

¶ Jam. A. posuit signa ex iuuātib⁹ ⁊ nocētib⁹. Hic ponit signa sumpta ex velocitate vel tarditate passionū. Et p̊ p̃mittit. Secūdo declarat. ibi (Qḋ eni.) Tertio ꝯcludit. ibi (Jste ergo sunt.) ¶ Cōsiderandū ꝙ aliq̄ credūt ꝙ velocitas passionū ⁊ tarditas differūt a cōueniētia ⁊ diuersitate. per hoc qḋ velociter pati ⁊ tarde est respectu extrinsecus occurrentiū: sed iuuamentū ⁊ nocumētū est respectu eoꝝ que occurrūt ab extra vel ab intra. Jste sermo est tātū rudis ꝙ nō indiget redargutiōe: ⁊ ipsa noia que sūt velocitas ⁊ tarditas iuuamētum ⁊ nocumentū significant ꝓprias differentias.

¶ Qḋ eni calefit velociter significat caliditatē cōpl'onis s̄m ꝯditiones p̃dictas in libro vniuersali.

¶ Hic decl'at docēs ex velocitate vel tarditate passiōis cognoscere cerebri cōpl'onē. Et p̊ calidā. Scḋo frigidā. Tertio siccaz. Quarto humidaz: ⁊ hoc per velociter calefieri ⁊ velociter frigefieri ⁊c̃. 2a ibi (Et sil'r. 3a ibi (Et simil'r.) 4a ibi (Qḋ āt velociter humectat̃.) ¶ Cōsiderādū ꝙ cā eius qḋ. A. dicit est: q̃a facilitas trāsmutationis est ꝑꝑ cōuenientiā: vt p̊ libro fen 2a. cap̃. 3. doc. 3. ⁊ 2° de g̃n̄one ⁊ corruptiōe. tex. cō. 25. Si ergo cerebrū velociter calefit: sigñat calorē: tñ conditiones req̄runt̃. Vna ex parte raritatis ⁊ densitatis: q̃a in ipsis habeat equalitatem vel ꝓportionē. posset eniz cito calefieri hō raritate ⁊ nō caliditate: ⁊ posset tarde calefieri densitate ⁊ nō frigiditate: vt Gal'. dicit in thegni 2° tractatu testiculoꝝ. tex. cō. 21. Si ergo cerebrū leuiter calefit: ⁊ nō est hoc raritate: ḡ est caliditate: ⁊ sic est calidū. Scḋa cōditio est ꝙ nō fit hoc ab aliqua ꝓprietate annexa. cerebrū enim calidum posset tarde ab aliquo calido calefieri. ⁊ hoc ꝓpter aliquam proprietatem inter illa currentē. ⁊ hec omnia hñt declarari ex intētione Aui. in sermone difficili suo libro p̊ fen 2a cap̃. 3. doctrine tertie de signis cōplexionuz in. 6. genere signoꝝ. ⁊ ideo dixit hic predictas in lib. vniu'li.

¶ Et similiter qḋ velociter infrigidatur: ⁊ similiter qḋ velociter exiccatur.

¶ Primo p̃mittit. Scḋo decl'at. ibi (Jllud aūt.) ¶ Dicit p̊. ⁊ sil'r qḋ velociter exiccat̃. sup. significat siccitatē cōplexionis.

¶ Jllud enim quandoq̧ fit propter paruitatem humiditatis ipsius: ⁊ quādoq̧ fit ꝑꝑ subtilitatem humiditatis ipsius: aut propter caliditatem sue complexionis.

¶ Hic decl'at ⁊ vult oñdere ꝙ siccari velociter sigñat siccitatē: nō tñ semꝑ sꝫ q̄ñq̧: ⁊ gratia hui⁹. Pr̄io ponit causas velocis exiccationis. Scḋo ponit signa distiguētia. ibi (Verū.) ¶ Cōsiderāduz ꝙ ex mēte. A. siccari semꝑ significat siccitatē p̄ñtem: nō tñ siccitatez preexistentē: q̃a pōt hō velociter exiccari: vel q̃a siccus: vel q̃a hꝫ humiditatē nimis euaporabilē: vel q̃a excedit in calido.

¶ Verūtñ dr̄ia inter ea est: q̄m cū primo reperiunt̃ reliqua signa siccitatis cerebri sicut vigilie ⁊ reliq̄: de q̄bus rememorabimur in cap'lo signoꝝ cōpl'onuz cerebri. Et h̃ scḋz est q̄m siccitas nō accidit ei: nisi in horis que sunt apud motū laboriosuz: aut caliditatē fortem: aut ꝙ ꝓcedit cursu eius ex causis siccitat̃ p̃dictis. Amplius si nō affuerit ei in reliq̄s horis significatio siccitatis. Cū eo v̾o qḋ fit ꝑꝑ caliditatē cōpl'onis eius sunt reliqua signa caliditatis in complexione.

¶ Hic ponit signa distinctiua. Et primo ponit signa facilis exiccationis a siccitate disponēte. Secūdo ab humiditate q̃a subtilis. ibi (Et hoc scḋm est.) Tertio a caliditate. ibi (Cum eo v̾o.) Qḋ dicit. in oībus partibus. satis pꝫ in cap̃. signorum ⁊c̃. ⁊ infra de signis cerebri sicci. Et hoc scḋm. s. a subtilitate humiditatis.

¶ Qḋ autem velociter humectat̃ quādoq̧ fit ꝑꝑ caliditatē substantie eius: ⁊ quādoq̧ fit ꝓpter frigus substantie ipsius: ⁊ quādoq̧ fit quoniam cōplexio substātie ipsius radicalis fuit humida: ⁊ quādoq̧ fit q̄m cōplexio substantie eius radicalis fuit sicca.

¶ Hic. A. vult docere significare ex veloci humectatione. Et p̊ premittit eius causas. Scḋo ponit signa distincta. ibi (Qz si fuerit.)

Dubm 6m ¶ Circa primā partē dubitaṫ: qa. A. fere easdē causas pōnit ericcationis ⁊ humectationis. hoc aūt videṫ impossibile: qa idē inquātū idem nō facit nisi idem: vt 2° de gnōne ⁊ corruptione. tex. cō. 56. et ꝯrioꝝ sunt cause ꝯrie: vt. 4. metheoroꝝ. tex. cō. 36. ¶ Itē quare nō posuit tres causas facilis humectationis sicut solū tres causas posuit facilis ericcationis. ⁋ Itē quare in velocitate calefactionis ⁊ infrigidationis nō posuit alias causas. s. qualitates passiuas sicͭ in humectatione ⁊ ericcatione posuit actiuas qualitates. ⁋ Ad pͥmū dōm ꝙ tā caliditas ꝙ̃ humiditas pñt eē causa satis velocis ericcationis ⁊ humectationis: sꝫ tñ diuersimode. calidū eniꝫ velociter humectat attrahēdo: ⁊ velociter ericcat resoluēdo. humiditas āt disponēdo est cā velocis humectatiōis ⁊ sui subtilitate disponendo ad resolōnē est causa velocis ericcationis: ab vno igiṫ diuersimode ⁊ nō inquātū vnū pñt ꝯria ꝑcedere. ⁋ Ad 2m dōm ꝙ. A. posuit frigiditatē in causis humectatiōis: qa lꝫ nō multum subito: tñ satis velociter frigidū pōt humectare: sed frigidū nō pōt velociter ericcare. ¶ Sed ꝯ. frigidū exprimēdo ericcat. ⁋ Dicēduꝫ ꝙ friduꝫ ericcat maxime debilitādo digestionē ex defectu nutritionis ⁊ hͦ fit paulatim: cōprimēdo aūt vita stante in nobis nō posset cerebrū subito ericcare. Aliter possemus ad instantiam dicere: vt effugiamus difficultates. s. ꝙ in causis ericcationis. A. dedit intelligi cāꝫ que est friditas: lꝫ nō expͣsserit de ea. ⁋ Ad 3m dōꝫ ꝙ q̃litates actiue hñt vim magꝭ ꝑducēdi q̃litates passiuas ꝙ̃ eꝯ vt notū est.

¶ Oꝫ si fuerit ex caliditate erūt illic signa caliditatꝭ. Amplius erit illa humectatio nō ex eo qꝺ semꝑ est: ꝫ ipsa erit successiua caliditatis suꝑflue cadētis in cerebro et attrahētis humiditates ad ipm que ipꝫ implebūt. Deinde si remāserit cōplō calida vincēs succedet siccitas ⁊ cū diminutiōe: ⁊ si humiditates vicerint fiet cerebruꝫ frigidū ⁊ humidū: ⁊ si equabunṫ ꝓueniēt fm pluriṁuꝫ putredo ⁊ egritudines putride ⁊ apostemata: qm̄ hec humiditas nō est inata: cōuertiṫ ergo in ea caliditas inata ꝯuersione inata: verūtamē nō cōuertiṫ in ipa nisi conuersione extranea que est putredo.

¶ Hic declarat ꝑ signa distinctiua ⁊ dat modū. Primo ostēdit qūo humectaṫ: qa calidū īuens in hoc signa. Scōo qūo qa frigidum. ibi (Oꝫ si fuerit ꝑꝑ cōplōnis friditatē.) Tertio qūo qa humidū. ibi (Oꝫ si fuerit ꝑꝑ humiditatē.) Quarto qūo qa siccū. ibi (Eiꝰ auteꝫ.) ¶ Ad intellectū pͥme ꝑtis cōsiderādū ꝙ. A. tria inuit in sermone. ⁋ Primū est signa qbꝰ cognoscimus humectationē factā a calō: ⁊ sūt duo. Primū est iuētio signoꝝ calꝭi cerebri dicēdoꝝ īfra. Scōm est ꝙ illa humectatio nō semꝑ est: sꝫ aduenit occursu rerū calefaciētiū. ⁋ Scōm qꝺ īnuit est modus quo calīn humectat: qa attrahēdo humiditates ad cerebrū que humiditates iplent eū. ⁊ dicͭ hͦ: qa nō ois humiditas eū humectat: sed que replet ⁊ stat in eo: que eni trāsit in formā vaporis ⁊ ex̄ exhalat nō sic humectat. ⁋ Tertiū qꝺ īnuit est qūo cerebrū disponiṫ post attractionē illarū humiditatū. s. per tempus post. nā vel humiditates minuunṫ vincēte calido: ⁊ tunc succedit siccitas. vel crescūt ⁊ vinciṫ calidū: ⁊ tūc cerebrum fit frigidum ⁊ humidū: vel medio mō equatur ⁊ fit putredo.

Dubm 7m ¶ Dubitatur pͦ qa dicit ꝙ si calidū cerebri remāserit succedit siccitas. s. exquo viꝫ ꝙ siccū a calido inductū fit successiuū ⁊ post tp̄s: sꝫ supra dixit ꝙ calidū est causa velocis ericcatiōis. ⁋ Dōm ꝙ calīm in cerebro vel attraxit humiditates ⁊ ipletū est eis: ⁊ tūc paulatiꝫ cū tendūt ad diminutionē ꝑducit ad siccitatem saltim priuatiuam illarū humiditatū: ⁊ sic loquiṫ hic. A. Uel calidū cerebri agit soluꝫ in cerebri humiditates nō habētes mās alias aliūde trahibiles: ⁊ tūc velociter ericcat cū accidūt cāe inflāmātes ⁊ distēperātes.

Dubm 8m ¶ Dubitatur 2° qa dicit ꝙ si humiditates vincerēt fieret cerebruꝫ frigidū ⁊ humidū. ⁋ Cōtra. imo fieret putredo: cū eni humidū vincit calidū ⁊ nō gubnaṫ ab eo succedit putredo: vt sumiṫ. 4. meth. ⁊ 11. terap. 8. cap. ⁋ Itē dicit ꝙ calidū attrahendo humiditates humectat. Cōtra. qa possꝫ trahi sanguis ⁊ cholera ⁊ calefacē. ¶ Itē dicit ipse ꝙ si humiditates equabunṫ fiet putredo. ꝯ: qa eq̄tis humiditatibus cerebrū bñ hꝫ: exquo nō sunt pauce nec multe. ⁋ Itē ipse cōtradicit: qa primo dicit ꝙ calidū ꝯuertiṫ ad humiditatē cōuersione inata: ⁊ postea dicit. non ꝯuertiṫ nisi conuersione ex̄nea. ⁋ Quidā dixerūt ad hoc vltimū ꝙ calꝭitas inata dꝛ caliditas itrinseca. i. intus stans: ⁊ nō dicitur caliditas nālis. calidū aūt putredinale est calidū inatū: qa intus natū ⁊ intus stans ad dꝛiam calꝭi qꝺ est adurens qꝺ est violentuꝫ ⁊ ab extra. ⁋ Iste sermo est rudis in ꝑposito ⁊ extra mentē. A. nō eni fuit vnq̃ consuetudo sua vocare calidum putredinale calidū inatum. ¶ Ad itellectuꝫ igiṫ oium pͦdictoꝝ est ꝯsiderandū ꝙ. A. pͦ imaginaṫ aliquā caliditateꝫ in cerebro existēteꝫ: ⁊ vult ostēdere qūo possit humectare. hoc aūt declarans dicit ꝙ facit hoc qa trahit humiditates. Iste igiṫ humiditates debēt itelligi ꝙ sint flegmatice: qa cholera vel melīa attracte nō humectarēt: tūc igiṫ calidū attrahēdo ꝓprie est cā humectationis ⁊ remollitionis cerebri: qñ attrahit flegmaticas humiditates. Et imaginaṫ. A. has humiditates posse eē in triplici dispōne: qa vlꝭ oīno vincunṫ ⁊ resoluunṫ vel ꝯsumunṫ: ⁊ tūc succedit siccitas. s. ꝑ illaꝝ priuationē. Uel ipse vincūt vel suffocāt multitudīe: ⁊ tūc imediatius qꝺ ꝓuenit est īfrigidatio ⁊ humectatio ꝑ calidi remissiōeꝫ: ⁊ lꝫ ad hoc possit sequi putredo: nō tñ īmediate sequiṫ ad actionē suffocatiuā. Uel sunt in dispōne media iter illa: ⁊ hoc est qꝺ dicit. equabunṫ. tūc eni equanṫ intus ista qñ nō sunt in aliquo extremorū: qa nec vincunṫ nec annullanṫ nec vincūt. cū ḡ calidū inatuꝫ cerebri nō eēt potēs agere in illas: ⁊ non possit vincere illas nec suffocari: opꝫ ꝙ sua actio per viā calefactionis termineṫ ad putredinem. Ex parte igiṫ calidi agētis ⁊ actionis sue dꝛ ꝙ calidū est inatum ⁊ ꝯuertiṫ cōuersiōe inata. Sꝫ ex parte passiōis ⁊ receptionis illa cōuersio est extranea ⁊ putredinalis: ⁊ ideo dicit. verū nō conuertiṫ nisi ꝯuersione ex̄nea que est putredo. ¶ Sed ꝯ. diceres nōne posset fieri illius materie adustio vel icineratio. ⁋ Dōm ꝙ nō: qa iam pͥsupponiṫ ꝙ nō paulatim ꝯsumaṫ nec suffocet. Etiā lōginquū est ꝙ materie flegmatice in cerebro ad hoc aduenīat lꝫ sit possibile: ⁊ ideo dicit fm plīmū. Declaratur qꝺ dcm̄ est in exemplo de suꝑfluitatibꝰ que retinenṫ in nobis. Nam cū nā agat in mās pͥsentes suꝑ aliquas vel alias ⁊ nō pōt eas cōuertere resoluere vel expellere: opꝫ ꝙ ad actionē sequaṫ ex nā recipientis ex̄neatio: vnde retēte superfluitates corrūpūtur: vnde ēt fetet vrina ex retētiōe. Natura eni suis virtutibꝰ vtens tentat assimilare qꝺcūq; pōt fieri benignū: expellere vͦo qꝺ nō tale. Si vͦo ꝑꝑ aliquā cām nō possit vinci ⁊ expelli opꝫ vt putrefiat ⁊ corrūpaṫ: vt Galꝭ. dicit 2° de differētijs fe. 5. ca. ¶ Ex qbus soluunṫ cōtraria. Ad pͥmū dicēdū ꝙ putredo seqtur mediatius ꝙ̃ caloris īfrigidatio. ⁋ Ad 2m dōm ꝙ loquiṫ de humiditatibꝰ ex qbus sequiṫ humectatio. Tu dices potest trahi cholera. Dōm ꝙ nihil ad nos cū loquamur de calido qꝺ humectat. Tu dices pōt trahi sanguis. Dōm ꝙ etiā sanguis ꝑꝑ multam quātitatē suffocando pōt infrigidare. Uel dōꝫ ꝙ maxime est sermo de flegmate. Uel dōꝫ ꝙ qlibet humor tractus in forma humorali humectat sui corpulētia: lꝫ virtute siccet vt cholꝭa ⁊ melācholia. ⁋ Ad 3m dōm ꝙ equari sumitur hic pro priuatione duoruꝫ extremorum dictoruꝫ. s. ꝙ non sit pauca humiditas oīno vincibilis nec sit multa suffocans sed recipiens actionem caloris innati. ⁋ Ad 4m patet solutio.

¶ Oꝫ si fuerit ꝓpter cōplexionis frigiditatē nō erit euētus humiditatis subito: sed fm dies. deinde eueniet humectatio: ⁊ fiet cum velocitate ⁊ erunt signa frigiditatis cerebri reperta.

¶ Hic ponit modum ⁊ signa prouentus humiditatis a frigiditate. modum tangit: qa frigidum paulatim aggregat humiditatem: signa qa reperiuntur signa frigidi cerebri.

¶ Dubitaṫ Aui. dicͭ ꝙ humiditas ꝓueniēs a frigido nō est subito. i. non est velociter sed fm dies. ⁋ Contra. qa hic est sermo de causis velocis humectationis: qa ibi incipit cū dixit. qꝺ aūt velociter humectaṫ fit ꝓpter caliditatē: qñq; ꝓpter frigus. ⁊ sic ꝯtradicit sibi supra. ⁋ Itē ꝯtradicit sibi statim: qa dicit. ⁊ fiet cuꝫ velocitate. Dubm 9m
⁋ Dōm ad hoc duplꝭr. Primo ꝙ tp̄s humectationis a frigido ē duplex. vnū est inchoatiuū. aliud est ꝑcessiuū. Uoco inchoatiuū quousq; fit aggregata aliqua manifesta quātitas humidi a frigido incrudante: ⁊ tale tp̄s est longum. vñ talis aggregatio fit paulatine: qꝛ tale frigidū paulatiꝫ est cā ꝙ superflua generenṫ ꝑꝑ indigōnē: ⁊ etiam retineanṫ ꝓpter defectū caloris expellētis ⁊ resoluentis. Uoco aūt tp̄s ꝑcessiuū cū iam facta manifesta aggregatione suꝑfluitatum ꝑcedit ⁊ augeṫ humectatio: ⁊ talis ꝑcessus est velocior: ⁊ tp̄s breuius in quo fit. Et rō est: qa ibi addiṫ ad malitiaꝫ frigoris ꝑꝑ multas humiditates suffocantes: ⁊ ipse humiditates plus multiplicate possunt fortiter humectare. Cōcurrūt ergo due cause: et ideo dixit. A. deīde eueniet humectatio ⁊ fiet cū velocitate. Scōo mō pōt dici ꝙ humectatio facta a frido pōt comparari ad humectationē factā a calido: ⁊ ideo respectu illiꝰ fit paulatim: ⁊ de hͦ icepit cū dixit. non erit euētus ⁊c. Pōt etiam cōparari ad humectationē que fit in cerebro sicco: non per viam attractionis sed ꝑ viā alterationis ab aliqua causa extrinseca humectante: vel etiaꝫ ad humectationē que fieret in cerebro tēperato ⁊ respectu illius illa fit subito. cerebrū eni tam siccū ꝙ̃ tēperatū tardius humectareṫ a causa alterāte ꝙ̃ cerebrum frigidū a frigido incrudante.

¶ Oꝫ si illud fuerit ꝓpter humiditatem cerebri ipsiꝰ erit

velocitas

velocitas in illo ꝓpter vnā duarum rerum: aut q2 humiditas facit frigus: ⁊ frigus corrūpit virtutē digestiuam mutantē illud qꝺ peruenit ad cerebrum de nutrimēto ⁊ ꝓperat humectatio. Cum ergo ꝓuenit frigus illud subito: humectatio post ipm̄ seqtur subito: ⁊ quādo cum illo accidūt oppilationes in meatibus: accidunt vt superfluitates retineanᷣ. deinde erit hoc semꝑ ⁊ inseparabile: ⁊ non erit ex eis que sunt raro.

¶ Hic ponit modū humectationis ab humido: ⁊ dādo modū itelligit signa. ⁊ vult ꝙ habeas signa dicta īfra ca. de signis cerebri humidi. ¶ Cōsiderandu3 ēt ꝙ ex textu tria accipimus. Pꝛio quō cerebrū humidū velociter humecteᷣ: qa humidū īfrīdat ⁊ ex frīditate fit idigestio ⁊ ex īdigestione fit humectatio. Scđo accipim⁹ tp̄s apparitōis: qa cū frigidū est velociter: velociter humectat. ⁊ q̄si īnuit ꝙ si frigus illꝺ accidit nō subito: humectatio ēt accidit nō subito. Tertio accipim⁹ qd vtplm̄ sequaᷣ: ⁊ qd raro ad humectationē factā ab hūido ꝑ viā īfrīdatiōis. nā retētio supfluitatū ꝑ viā oppilationis ⁊ ꝑꝑ expulsiue debilitatē ex defectu caloris accidit.

Dum 10m ¶ Dubitaᷣ ꝑ Aui. ꝯdicit: qa hic dicit ꝙ frigidū qꝺ subito accidit subito humectat. supꝛa aūt dicit ꝙ humiditas ꝑꝑ frigiditatē nō euenit cito vel subito. ⁋ Dicemus ꝙ supꝛa Aui. dixit ꝙ humiditas ꝑꝑ frigiditatē nō euenit subito. dicem⁹ ꝙ supꝛa loquebaᷣ de frīdo solo ex cuius defectu incipit humiditas aggregari: hic loquitur de frigido ꝓueniente ab humido per viam suffocationis: vnde postea fit humectatio. hic ergo concurrunt due cause. s. humiditas que infrigidat et frigidum ab ea factum.

Dubm 11m ¶ Dubitaᷣ 2° vbi est secūda: aut siue scđm mēbrū diuisionis. ⁋ Dicēdum ꝙ humidum est causa humectationis velocis 2r. Uno mō dispositiue respectu cāru3 humectātiū sicut dicim⁹ ꝙ frīdū velocius infrigidaᷣ: qa ꝯuersio in gn̄e ꝓportionali est facilioꝛ. ⁊ h̄ Auic. sicut notū ⁊ iā itellectū ex p̄missis nō exp̄ssit. Scđo mō humidum pōt eē cā velocis humectatiōis mediāte frigido: ex quo seqᷣ ꝑ viā indigestionis humectatio: ⁊ hoc. A. exp̄ssit. Uel possem⁹ dicere ꝙ scđa aut intelligiᷣ ibi (Et qn̄ cū illo.) vt Aui. velit ꝙ humidū est velocis humectatiōis: aut ꝑꝑ frigiditatē ab humido ꝓueniētem: aut ꝓpter oppilationes: vnde humiditates retinentur.

¶ Eius aūt qꝺ fit ꝑꝑ cerebri siccitatē cā est desiccatio adueniēs subito: cum siccitas accidit vno momēto: et est cū signis siccitatis p̄dictis: ⁊ est sil'is ei que ꝓuenit a caliditate: nisi in eo in quo ambo diuersificātur ex signis caliditatis ⁊ ex signis siccitatis. Iste ergo sunt significationes assumpte ex velocitate passionum.

¶ Hic ostendit modum humectationis a sicco. ⁊ patet.

Dubm 12m ¶ Dubitaᷣ hic. vtru3 siccitas cerebri sit cā velocis humectationis. ⁋ Uᷣ ꝙ nō. qa vnū ꝯꝛiū nō disponit ad reliquū. ⁋ Dōm ꝙ 2x est humectatio. Una qualitatiua ꝑ alteratione factā ab humida qualitate: ⁊ ad hāc iducēdā velociter siccitas cerebri per se ⁊ directe non disponit. Alia est humectatio ex corꝑis humidi ībibitiōe: ⁊ ad hāc velociter faciēdā disponit: qa siccitas est cā suggēdi humidū ⁊ bibēdi illud: sicut spongia bibit ⁊ suggit aquā sicut panis ēt sicc⁹ suggit aquā ita ꝙ facit eā ascendere. ⁊ hoc inuebat. A. cū dixit. est sil'is ei que ꝓuenit a caliditate. qa sicut caliditas cerebri est causa velocis humectationis ꝓpter attractionē humidi ita siccitas. ¶ Dubiū tamē est ad quid reducitur attractio facta a sicco: qa ē difficil' inuestigatio: vt declaraui p̄mo can̄. cap̄. de virtutib⁹ ministrātib⁹.

Dubiū 13m ¶ Dubitatur. quare dixit cum siccitas accidit vno momento. ⁋ Dicēdū ꝙ siccitas subito facta est min⁹ facta cōnaturalis mēbꝛo: ⁊ iō plus incitat ad attractionē q̄ꝫ facta paulatim q̄ ē narrata. Uel dō3 ꝙ hic est s̄mo de humectatiōe facta subito cui mag̃ attestaᷣ siccitas subito facta q̄ꝫ paulatim. que enim fit subito facit subito attractionē humidi: ⁊ que fit paulati3 facit ⁊ illam paulatim. ¶ Cōsiderandū. nisi in eo. qa cū humectatiōe facta a cal'o sunt signa cal'itatis ⁊ facta a sicco sunt signa siccitatis. Iste ergo. ⁊ p3 qd dicat.

¶ Et non op3 vt velocitas passionū muteᷣ ꝑꝑ ꝺbilitatē virtutū nāliū p̄cipue ī humectatōe q̄n vel qm̄ ꝺbilitas virtutū nāliū sequitur harū vnā causarum.

¶ Hic ponit duos can̄. 2° ibi (Oīa autem.) Primus canon est circa velocitatē passionis: in quo can̄. A. remouet vnam dubitationem. ¶ Diceret aliqs tu posuisti cā3 velocitatis passiōis eē symboleitatē in calido frīdo sicco ⁊ humido nōne posset fieri ex ꝺbilitate ꝺtutū nālium mēbꝛi: que debilitas virtutū est alia a ca. fri. sic. ⁊ humi. ⁋ Videᷣ enī ꝙ sic: qa corpora multū debilia in virtute sūt apta pati a qualibet causa iprimēte tā simili q̄ꝫ ꝯꝛia: vt sumiᷣ ꝑ can̄. fen 2a illo cap̄ 4c doc. Omne tp̄s. ⁋ Respōdet. A. ꝙ nō op3 ꝙ muteᷣ velocitas passionum ꝓpter debilitatem virtutis. s. sicut ꝓpter cām distincte existentem preter causas cōplexionales: ⁊ precipue in cā velocis passionis que est humectatio: qa debilitas virtutū sequiᷣ vnam harū causarum. s. modoꝝ complexionis ca. fri. hu. ⁊ sic.

¶ Dubitaᷣ. vtrū debilitas virtutꝫ mēbri vt cerebri sit cā facilis passionis ꝓpꝛia p̄ter ca. fri. sic. ⁊ hu. ⁋ Et vꝫ ꝙ sic: qa ꝺbilitas virtutū pōt fieri ab alia cā q̄ꝫ a cōpl'onali vt a mala cōpōne ⁊ soluta continuitate: vt Aui. 1. can̄. fen. 2. ca. 7. de cōplēdis dispōnib⁹. ⁋ Ampli⁹ qꝺ disponit corp⁹ pati velociter a cal'o ⁊ frīdo ē causa distīcta ab vtroqꝫ: s3 defect⁹ virtutꝫ hoc facit: vt dcm̄. hoi enī defecto sil'e ⁊ ꝯꝛiū nocet: vt. A. 1. can̄. fen. 2. illo cap̄. Omne tp̄s. ¶ In ꝯꝛiū. A. ⁋ Dicēdum subtil'r speculādo ꝙ debilitas virtutū est distincta cā. Nā medici dicūt debilitatē mēbri dispōnem quāda3 in sb̄a ⁊ cōpl'one qua mēbrū in opōnibus deficit p̄ter manifestū excessum in ca. fri. sic. ⁊ hu. sicut appꝫ de stōcho ⁊ epate: vt fen. 13. ⁊. 14. hec tn̄ debilitas necio sequiᷣ aliquā malā cōpl'one3 cui⁹ male cōpl'onis vestigiū aliqꝺ semꝑ est cū illa debilitate: ⁊ ideo veloci⁹ patieᷣ a re sil'i ei que fecit virtutis debilitatem q̄ꝫ a re ꝯꝛia: l3 ab vtraqꝫ velociter patiaᷣ. ꝟ. g. virt⁹ cerebri alicui⁹ deficᷣ a mala cōpl'one cal'a: vel virt⁹ stōchi. vn̄ dꝛ stōchus iste facil'r patiᷣ tā a calido q̄ꝫ a frīdo: tn̄ facilius a cal'o calefit q̄ꝫ a frīdo īfrigideᷣ: qd tn̄ mag̃ noceat nō est hic ingrendū. qa igiᷣ he debilitates sequunᷣ aliquā malarū cōpl'onū: ⁊ vestigiū aliqꝺ eaꝝ cōcomitaᷣ eas debilitates: ideo. A. nō vult ꝙ iudiciū de facili vel difficili passione muteᷣ ꝑꝑ debilitatē virtutū: qa sequiᷣ vnā haꝝ cārū. s. malaꝝ cōpl'onū. ꝓpꝛie aūt nō mutaᷣ in humido: qa cū sit qualitas valde passiua min⁹ iducit ꝺbilitatē virtutū que debilitas sit distīcta dispō ab ipa humiditate. Gradus. n. debilitatis virtutꝫ ab humiditate est scđ3 gradu3 humiditatis: qꝺ nō sic ꝯtigit in calido: qa cū pauco gradu caloris vel frīditatꝫ stat multus defect⁹ virtutis. ⁊ hoc multū accidit: qa calidum est valde actiuū ⁊ ēt frigidū. ꝓpꝛietas ēt in hoc posset eē magna causa: ⁊ in hoc caderet ꝓfunda speculatio. ¶ Ad ꝯꝛiū primū dōm ꝙ sicᷣ virt⁹ radical'r operaᷣ ⁊ fundaᷣ cu3 cōpl'one: ita radical'r ⁊ principal'r ex cōpl'onis alteratione deficit. sol'one autem cōtinui ⁊ mala cōpōne non sic. ¶ Ad 2m dicendum ꝙ l3 debile a simili ⁊ a contrario patiatur: tamen facilius simile imprimit q̄ꝫ contrarium.

¶ Oīa aūt cōuenientia ⁊ diuersificātia nō sumuntur ex qualitatib⁹ imo sumunᷣ ex formis ⁊ motibus: queadmodū videmus hn̄tē egritudinē que noiaᷣ ouū eligere resupinationē de reliquis sitib⁹ dormitationis sue.

¶ In hoc 2° can̄. A. vult ostēdere ꝙ iuuamētū ⁊ nocumētū nō solū est ex reb⁹ ꝯueniētibus vel cōtrarijs in qualitatib⁹ in qb⁹ cōicant: sed ēt ex reb⁹ cōuenientib⁹ ⁊ discōueniētibus in formis. i. sitibus et motib⁹. s. ad sitū: vt hn̄s ouu3. i. dolorē totius capitis: iuuaᷣ supino decubitu: ⁊ in hoc nō est similitudo nec ꝯꝛietas in qualitatibus: s3 solo situ. mag̃ enī quiescit supine cū totum caput dolet q̄ꝫ si in aliq latere iaceat: qa vniformi⁹ quiescit caput vt sensus ōndit. ¶ Cōsiderādū aūt ꝙ. A. nō vult aliud nisi ꝙ non oīs cōuenientia ⁊ diuersitas est ex qualitatib⁹ existentib⁹ in re que occurrit: qa pōt eē ex qualitatibus quas hn̄t res inducere sicut cōuenientia ad somnū ⁊ vigiliā ⁊ motū ⁊ quietem inanitione3 ⁊ repletionē: nec semper est conuenientia ⁊ diuersitas ex qualitatibus aliquib⁹ que possunt induci. s. calido frigido sicco ⁊ humido: sed solo situ vel motu ad sitū sicut dolentes in tali parte eligunt talem situm: vt habentes lapidem in vesica querūt situm cū partibus inferioꝛibus altum.

¶ De significationibus sumptis ex parte mensure capitis. Cap. 10m.

Cognitio ꝟo facta s̄m paruitatē capitis ⁊ magnitudinē ei⁹ est ꝙ op3 te scire qm̄ cā paruitatis capitis in creatura est paucitas materiei: sicut cā magnitudīs eius est materie multitudo. s. materiei spmatꝫ partite in ꝑtitiōe q̄ capiti ē naturalis. Ampli⁹ si fuerit materiei paucitas cū foꝛtitudine virtutꝫ formatiue p̄me erit bone forme: ⁊ erit minus malū eo qꝺ ꝑuitati capitis adiūgit figure malitiam in creatura. Qꝺ sign̄at debilitatē virtutis s̄m ꝙ ip3 non est expers malitie in foꝛma cerebri ⁊ ꝺbilitatē virtutꝫ ⁊ ꝯstrictiōe meat⁹ virtutꝫ moꝛalis ⁊ nālis vel aīalis.

Dum 14m

¶ Supius Aui. determinauit de significationib⁹ qb⁹ cognoscimus dispōnē cerebri sumptis ex opōnibus ⁊ conuenientia ⁊ diuersitate ⁊c̃. Hic determinat de signis sumptis ex partib⁹ dispōnis capitis ⁊ agnatoꝝ siue ꝓpinquoꝝ sibi. Et p̊ ex parte eius soli⁹. Secūdo agnatoꝝ. ibi (Sigñatio aūt oculi.) ⸿ Prima in tres. Prīo determinat de significationib⁹ sumptis ex pte quātitatis. Scđo ex pte figure. ibi (Sigñationes v̊o.) Tertio ex grauitate ⁊ leuitate ⁊ tactu. ibi (Sigñationes.) ⸿ Prima in q̃tuor. Primo docet significare ex paruitate capitis. Scđo ex magnitudīe. ibi (Et qđ magnum.) Tertio cōcludit. ibi (Jam ergo.) Quarto ponit vnum cañ. ibi (Et ex signis.) ⸿ Prima in tres. Prīo ponit causas diuersitatꝭ puitatis capitis ⁊ ēt magnitudīs. Scđo ponit signa distinctiua inter modos causarū puitatis. ibi (Ampli⁹.) Tertio infert qd sigñat capitꝭ puitas. ibi (Quapp.) ¶ Cōsiderandū circa primā ptez ꝙ. A. inuit p̄ter diuisionē quā ponit aliā que est ꝙ cū mā multa ⁊ pauca vñ fit puitas cerebri vel magnitudo: aut est fortꝭ virt⁹ informatiua aut đbilis. ⁊ iō subdit. Ampli⁹ si fuerit ⁊c̃. Ubi cōsidera ꝙ virt⁹ vincēs fac̃ figurā capitis bonā. si aūt est debilis sequiẽ figura mala. Ex quo apparet ꝙ caput puū ex pauca mā ⁊ debili virtute est cū mala figura: sed cū forti virtute est cū figura bona. Et sequiẽ ex hoc ꝙ illud caput sigñat malitiā in forma cerebri ⁊ debilitatē virtutis. Nā cerebri forma est talis qualis repñtatur forma capitis: ⁊ sil'r significatur virtutis debilitas. s. informatiue vel virtutꝭ eius: ⁊ iō subdit ad declarandū ꝙ sit male forme: qa hꝫ meat⁹ strictos. s. vētriculos ⁊ vias: ex quo virtutes morales male disponunẽ ⁊ ēt nāles: qa loca nutrimēti sunt ēt stricta: ⁊ loca expulsionis superfluitatum.

¶ Quapropter physionomici dicunt ꝙ hic homo est perfidus timidus velocis ire hesitans in rebus.

¶ Hic infert qd significet puitas capitis. Prīo auctoritate Phoꝝ. Scđo. G. ibi (Et Galenus.) ¶ Diceret qs de quo capite est sermo. ⸿ Dōm ꝙ de paruo male figurato ⁊ ēt bene figurato: lꝫ ista praua signa sint plus in paruo capite male figurato qa est peius.

Dub^m p̄^m ¶ Dubitaẽ quā cōpl'onē significet paruū caput. ⸿ Dōm cōiter ꝙ significat cōpl'onē siccam: qa mām significat paucā ⁊ nō extēsibilez. sed paruū bone figure significat caliditatē cum illa siccitate: qa significat fortitudinem virtutis. sꝫ paruū male figure significat frigiditatē ⁊ siccitatē: qa defectuꝫ virtutis informatiue. Ista tñ sunt dicta indigentia discussione qđ fecimus super libro thegni.

Dub^m z^m ¶ Dubitaẽ qa iste est ꝑfidus velocis ire ⁊c̃. non enī vꝫ posse sil' stare velocitas ire qa sig̃t calorē ⁊ timor q sigñat friditatē. ⸿ Dōꝫ ꝙ qñ caput ē puū hō ē praui iudicꝗ ⁊ erronei ꝑꝑ duo. Prīo qa spirit⁹ in cerebro nō hꝫ bonā cōuersionem de vētriculo ad vētriculū ꝑꝑ vētriculoꝝ defectū ⁊ spirituū: vt Haly. inuit trac. z. 35. cō. Secundo qa cerebrū paruum nō pōt temperare cordis caliditatē. spūs eniꝫ vitales venientes ad cerebrū remanēt calidi ⁊ turbidi: ⁊ iō erraẽ in iudicio. Et qa istius cōpl'o in cerebro est plus sicca tꝫ spēs iudicꝗ erroneas: ⁊ ideo est perfidus. videẽ enī ꝙ ille sit ꝑfidus: quia in errore iudicꝗ perseuerat. Ex qb⁹ apparet ꝙ lꝫ spūs cerebri sui sint pauci tñ sunt calidi: ⁊ iō est velocis ire sicut appet in qbusdā ꝯualescētibus ex tertianis vel alꝗs febrib⁹ in quibus spūs ⁊ si sint pauci sunt tñ calidi: ⁊ iō sunt velocis ire ⁊ citissime a q̃libet re irātur. sunt tñ timidi ꝑꝑ paucitatē spūs: ⁊ iō hesitant in reb⁹ qa calidū est motiuū: vel quasi semꝑ est in bello inter timorē ꝓpter paucitatez spirituum: ⁊ quandam audaciam siue incitationeꝫ ꝓpter spirituū calorem. Ex quibus soluuntur contraria.

¶ Et. G. quidem dicit ꝙ caput paruum oīno non vacat a significatione malitie forme cerebri.

¶ Hic ostendit qd significat paruitas capitis auctoritate. G. ⁊ dic̃. Gal'. dicit. s. in. z. thegni tex. cōmē. 35. ꝙ caput paruum nō vacat a significationib⁹ oīno malitie forme. i. cōpositionis: vnde. G. ibidē. Paruum v̊o caput praue compositionis signuꝫ est. Et ratio est: qꝛ compositio cerebri correspondet compositioni capitis.

¶ Et ꝙ magnū caput nō hꝫ assiduā sigñationē bonitatis dispōnis cerebri dū non sunt ei cōpares bonitas figure ⁊ grossitudo colli ⁊ amplitudo pectoris. Ipse. n. cōsequunẽ magnitudinē dorsi ⁊ costaꝝ sequētiuꝫ magnitudinē nuche ⁊ eius fortitudinē que cōsequunẽ fortitudinē cerebri. Cum enim multitudini materiei compar existit fortitudo virtutꝭ formatiue: caput est ꝭꝫ hāc formam. Ex eis autem que illud significant est vt illic sit ꝓportionalitas reliquoꝝ mēbroꝝ: ꝙ si cū eis compar fuerit ipsorū debilitas erit male figure debilis colli parui dorsi: aut erunt lesa ⁊ que eo. continentur.

¶ Primo oñdit qd sigñat caput magnum. Scđo addit qđdā. ibi (Et qñꝗ accidit.) ¶ Cōsiderādū circa p̄mā partē qa. A. inuit hāc diuisionē ꝙ cū capite magno: ⁊ ꝑ ꝯñs cū multitudīe materie: vel ē cōpar multitudini īformatiua virt⁹: ⁊ tūc correspōdet bona figura ⁊ anneroꝝ bonitas: ⁊ subitat. i. qa subitū facit ferri iudiciuꝫ. vel isti multitudini nō est cōpar fortitudo: imo ipsaruꝫ virtutum īformātium est compar debilitas: qa sunt debiles: ⁊ tunc erit mala figura: debilis colli ⁊c̃. aut lesa: qa erūt egra actu recipiētia malas materias: ⁊ que eo ꝯtinenẽ. i. ⁊ que simul cū eo situantur vt ptes gule vel ossiū capitis: vel que cōtinenẽ. i. super que dñatur cerebrum: lꝫ nō sint sua orta: vt matrix: stomachus: manus: vesica: pes ⁊c̃.

¶ Et ab eo oriuntur ꝭm ꝙ qñꝗ accidit ex augmento capitis in magnitudine que non est ꝭm nām: sicut fit in pueris qbus accidit apertio capitis ⁊ magnitudo eius que nō sunt in natura: imo ꝭm semitā egritudinis: ⁊ cā in ipso est multitudo materiei ascendentis: ⁊ simil'r accidit adultis ex doloribus capitis prauis.

¶ Hic declarat in duobus exemplis in quibus ostēdit ꝙ caput potest magnificari magnitudine praua cum lesione non solum in ortis ⁊ adiacentibus partibus sed etiam in ipso cerebro. Et vnū exēplum est magnitudo capitis pueroruꝫ innaturalis sicut accidit in aqua in capitib⁹ eoꝝ vt īfra diceẽ. Aliđ exēplū est in iam adultis in qb⁹ īflaẽ caput p̄ter nām ex dolore multā attrahēte mām.

¶ Dubitaẽ an caput paruum sit peius magno. ⸿ Uidetur ꝙ sit melius vt Aristo. in problema. 30. particula tertio proble. vbi dicit. ꝓpter quid animalium homo prudentissimuꝫ. Respondet quia est parui capitis. ⸿ Amplius si cum caput est paruum homines sunt prudentiores: si cum est magnum sunt minus prudentes: videtur ꝙ caput paruum sit melius: sed sic est: nam in pueritia homines sunt magni capitis respectu suorum membrorum: ⁊ ideo sunt nanodei idest ad terram repentes non recte ambulantes: vt Aristo. 4° de partibus animaliuꝫ. ca. zz. al's cap̊. 9. ⸿ Amplius cor paruū cōmendatur: ergo ⁊ cerebrum paruum. ⸿ In contrarium est Gal'. ⁊ Auicē. ⁊ omnes. ⸿ Dixerūt quidam vt scribit Concil'. dr̃ia. 79. ꝙ caput paruuꝫ est melius quo ad morales actus q̃ꝫ magnū: sed quo ad intellectuales magnum est melius. ¶ Sed contra. ad act⁹ morales requiritur multum exercitium in actu virtutum intrinsecarum cum cōiunctione earum adinuicem: vt homo omnia contingentia circūspiciat: hoc autem fit cum multo spiritu: ergo caput magnum ad hoc magis est conueniens q̃ꝫ paruum. ⸿ Amplius dictum eoruꝫ non est conforme dicto Arist. 4° de partibus animalium. cap̄. zz. al's cap̄. 9. qui dicit ꝙ qa homo est animal diuinuꝫ ⁊ intellectiuum: ⁊ ideo est parui capitis: ergo ad actū intellectus caput paruum est melius. ⸿ Dicēdum igitur vt omnes concordant ꝙ caput magnum ⁊ paruum potest esse dupliciter. Uno modo ex contento: qa cerebrum contentum paruū sit: ⁊ vt sic caput paruū est peius. Ratio est. quia cum hac paruitate capitis est strictura ventriculorum: etiam orta a cerebro oportet ꝙ sint parua ⁊ debilia: ⁊ quia non potest fieri bona contemperātia caliditatis cordis: ⁊ de hac paruitate loquitur Gal'. Alio modo caput est paruuꝫ propter paucitatem eorum que cerebro circūponuntur vt carniū ⁊ ossium: ⁊ magnum est illud cui multa circūponuntur: ⁊ isto modo paruum est melius magno. Et ratio huius est: quia multitudo istorum aggrauat caput. ⸿ Et declaratur in exemplo de alꝗs animalibus quadrupedib⁹. naꝫ circa cerebra eorū circūponunẽ multa: ideo sunt grauitate nanodea ⁊ caput inclinantia: vt apparet in asino ⁊ equo. Quia v̊o hō est expeditus ab istis: ideo caput sic alleuiatū ab onere sursuꝫ est eleuatū. Declaraẽ hoc ēt in īfantibus q hñt multam circa caput appositionē carniū ⁊ humiditatuꝫ: ⁊ ideo capite pōderante incipiunt ambulare in forma quadrupedum: et hāc paruitatē Arist. laudat. 4. de ꝑtibus aīalium. que paruitas in hoīe laudatur. ⁊ cū hoc tamē Aristo. sensit ꝙ hō sit maioris capitꝭ quantum ad contentuꝫ. s. cerebrū q̃ꝫ sit aliqđ animal sibi ꝓportionabile: vnde. 10. ꝓble. 1. ꝓble. dicit. homo cerebrum hꝫ plurimum. ¶ Ex quibus cessant contraria. ⸿ Ad z^m dicendū ꝙ pueri hñt magnum caput circūappositis rebus: ⁊ sunt confusi in multa humiditate. ⸿ Ad 3^m dicēduꝫ ꝙ non est simile de corde ⁊ de cerebro. cor enim debet eē fornax caloris quo calore recluso fit maior inflāmatio q̃ꝫ si in disperso loco tenereẽ. equalis enim ignis minus calefacit in magno habitaculo q̃ꝫ in paruo: vt Arist. 3. de partibus aīaliū cap̄. de corde. ca. 10. al's ca. 4. cor igitur ex hoc fuit paruum. cerebrum autem respectu sui: qa debebat eē ꝓpaginatiuū multoruꝫ ⁊ habere cauernas. s. ventriculos magnos ⁊ contēperare cor oportuit eē magnū. Alꝗ etiam sunt modi soluēdi vsitati ⁊ noti.

Dub^m 3^m

¶ Dubitaẽ

Dub. 4m ¶ Dubitatur scđo an caput equale sit melius. Et quia notum est ꝙ equale est melius: magnum aūt extra equalitatē est peius: ⁊ quia questio est concorditer pertractata ideo omitto.

Dub. 5m ¶ Dubitaṫ etiā quā cōplexionē significat caput magnū. ⁋ Et dōm ſm sermonē cōmunē ꝙ significat cōplōnē humidā. ꝙ si sit cū bona figura significat ēt cōplōnē calidā: q2 fortitudinē informatiue. sed si sit cū mala figura significat cōplōnē frigidā: q2 defectū caloris vnde iformatiua deficit. Et ſmones isti forsan sunt veri vtplurimū. virtus enim iformatiua nō soluʒ ex frigido pōt deficere: sed ex imoderātia cuiuslibet qualitatis: lʒ plus a frigido potest deficere sicut calor est sue actioni conformior.

¶ Et qnādoqʒ accidit vt sinciput minoreṫ: ⁊ tēpus planum fiat: cū eleuaṫ herisipila super cerebrum.

¶ Hic addit qđdā. ⁊ pʒ. Cōsiderādū ꝙ qn̄ aliqua mā calida cholerica ꝓprie vel nō ꝓprie apostemās ascēdit ad supiora capitꝭ est possibile ꝙ sui caliditate ⁊ siccitate exiccet sinciput. i. partē anteriorē capitis in loco q dr̄ iafet. i. in loco cōmissure vbi fit coctura que sic noiaṫ ꝑꝑ quādā venā ibi existentē que sic noiaṫ: vt Rasis p° cōtinētis. ca. 9. ⁊ ex hac exiccatione minoraṫ ꝓprie in etate in qua illa pars ē tenera. ⁊ ꝑꝑ hāc exiccationē timpora ēt applananṫ. ⁊ h̄ dixit. A. vt nō crederes ꝙ semꝑ ex mā ascēdēte ad caput: vl' ēt ex doloribꝰ prauis caput addaṫ vel iflecṫ sʒ qn̄qʒ exiccaṫ ⁊ puificaṫ.

¶ Jam ergo scias significationes paruitatis capitis ⁊ magnitudines eius. Et ex signis bonitatis quidē cerebri est: vt nō patiatur ex vaporibus vini: ⁊ que cuʒ eis narrabimus ⁊ que patiṫ ex subtilitate ⁊ caliditate eiꝰ: etiam vt addatur mens eius vel ꝑturbatio sensus.

¶ Hic ꝯcludit ⁊ pʒ. (¶ Et ex signis.) Cōsiderādū ꝙ iste can̄. ē hic positꝰ: q2. A. docuerat cogscē cerebrū magnū bonū ex bonitate figuṙ ⁊ natoꝝ. Uult hic ꝑ expiētiā docē cognoscē. v. g. q2 nō patiṫ a vaporibꝰ vini. i. q2 tolerat mltū potū vini ⁊ ēt vini vaporosi. ¶ Cōsiderādū ꝙ iste canō pōt 2r exponi. Primo totū referēdo ad vinū ⁊ sibi silia: ⁊ est sensus ꝙ de signis bonis cerebri est vt nō patiaṫ a vaporibꝰ vini. cā ē: q2 signāt fortitudinē digestiue ⁊ expulsiue. ex quo possumus arguere fortitudinē aliaꝝ virtutū nāliuʒ ⁊ aialiū. ⁊ sup. ex signis bonitatis cerebri est vt nō patiaṫ ab istis. s. vaporibꝰ que narrabimus cū eis. s. vaporibꝰ vini. i. nō patiaṫ a rebus vaporosis qbuscūqʒ sic̄ est ceruisia vel legumina vel cepe vel allia ⁊ aromatica que noiabunṫ i causis sode. ⁊ supple nō patiaṫ que patereṫ. i. que pati posset vel patiṫ. s. aliqđ cerebꝝ ex subtilitate. s. vini. ⁊ debilitate quā facit. s. vinū. ⁊ caliditate. s. vini. Uinū enim vapore suo subtilitate substātie debilitate quā facit ⁊ calore pōt nocere: nullo illoꝝ modoꝝ lediṫ cerebrū forte: ⁊ ideo bonū signū suꝑ bonitate cerebri est nō ledi a vino. ⁊ vt addaṫ mens eius. s. sensus iteriores ⁊ exteriores. s. a potu vini. Scđo mō pōt exponi: q2 ipse velit ponere plura signa boni cerebri. Et p̄mū ē ꝙ nō patiaṫ ⁊c̄. Et ꝙ habeat oīa signa boni cerebri que narrabimus cū eis. s. signis cerebri boni. Et ꝙ nō patiaṫ ex laxitate substantie sue: nec ex debilitate sua: nec ex suo calore: q2 nō sit turbidoꝝ sensuū: imo sit bone mentis ⁊ addite siue vigorose. ⁊ hoc est qđ dicit. ⁊ non patiatur que patiṫ scʒ aliud cerebrum ex subtilitate. i. laxitate. vel subtilitate. i. multa acuitate sensus ⁊ debilitate ⁊c̄.

¶ De figura capitis. Cap. 11m.

Significationes v̄o figure eius sunt iste. Jam eniʒ docui te i caplō ossis capitis: que sit nālis figura capitis: ⁊ q̄ sit mala: ⁊ ꝙ figure malitia cū accidit alicui partiū capitis leduṅ ꝓculdubio ꝓprietates opationuʒ illius ꝑtis cerebri: de qua dixit. G. ꝙ almusafata ⁊ quadrata sūt vituꝑabiles semꝑ: ⁊ eminētia extremitatū est vituꝑabilis: nisi cā sit in ipso fortitudo virtutis formatiue. s. si sit suꝑabūdās in opationibꝰ suis: ⁊ significant etiā fortitudinē huius virtutis forma colli ⁊ ipsius quātitas ⁊ pectus.

¶ Circa hoc caplīn cōsiderāduʒ ꝙ Auic. inuit p̄ma diuisione duas figuras cerebri. s. naturalē que est vt imaginemur spherā ceream a lateribus parū cōpressam: vt Gal'. in. 2. thegni tex. cōmē. 36. Alia est inaturalis nō tamē semꝑ: q2 nō tm̄ inaturalis ēt sicut eminentia extremitatuʒ: cui si sit coiuncta bonitas informatiue per signa supius dicta pōt habere bonitatē. i. minorē malitiam.

Dub. p̄m ¶ Sed tu. d. quō eē pōt fortitudo iformatiue vbi est defectꝰ forme. ⁋ Dicēdū ꝙ ista mala forma capitis nō est mala nisi ex mlta ꝓminentia occipitis ⁊ sincipitis: ⁊ quasi est ideʒ ꝙ capitis magnitudo maxime in lōguʒ. si igiṫ cū hoc sit bona figura sincipitis ⁊ occipitis signū est fortitudinis virtutis ⁊ hoc declaraṫ ꝑ bonitatē natorū: a posteriori quidē ꝑ collum ⁊ pectus: ab anteriori v̄o ꝑ oculos ⁊ totam faciē cum suis sensiterijs. Et considera ꝙ iste homo eēt tardus in iudicando ꝓpter distantiam ventriculorum.

Dub. 2m ¶ Dubitaṫ quot sint figure capitis. ⁋ Uideṫ ꝙ q̄tuor auctē Hippo. quā iducit Aui. 1. can̄. fen. 1. ca. 2. de anathomia ossium capitis. hic ēt. A. ponit q̄tuor. vnā nālez ⁊ tres ināles. ⁋ Uideṫ ꝙ sint plures: q2 reperiṫ figura in qua sursuʒ est caput eleuatū. s. lōgū in sursum: sicut apꝑet imago in ense polito. ⁋ Itē iueniṫ figura in qua caput ꝓpressum vt in dimēsione ab aure ad aurē: ⁊ breue a ꝑte anteriori versus ꝑtē posteriorē. ¶ In hac qdē dubōne ē qdā modus Mundini forliui. in qbusdā scriptꝭ suꝑ anathomia sibi attributis ꝙ figure capitis ināles nō mōstruose sunt tres: vt Gal'. ponit. 10. de iuuamētis mēbroꝝ in fine. Figure aūt mōstruose pn̄t eē plēs: vt ꝙ maior sit distātia ſm latera capitis q̄ʒ ſm lōgū: ⁊ ꝙ caput sit lōgum in sursum. ⁊ huic positioni vr̄ assentire Cōciliator. 79. dr̄ia. ⁋ Hic tn̄ modus dicēdi nō tollit difficultatē. Nā est repire figurā inālez nō mōstruosaʒ p̄ter istas sicut est figura oblōga multū ab an̄ ad post ⁊ lōga in supius que frequēter eueniūt ⁊ nō raro vt sensus ostēdit. ⁋ Aliter igiṫ dōm ꝙ male figure capitis pn̄t distingui duplr̄. Uno mō ꝙ remouent debitā formā ⁊ numerū cōmissuraꝝ: ⁊ vt sic sunt tres male figure capitis ⁊ vna bona. Nā caput i figura nāli hʒ longitudinē quādā: vnde vna cōmissura ꝑ longū diuidit aliā: ⁊ alia est in ꝓminentia anteriori que diciṫ coronalis: alia in posteriori que diciṫ cōmissura laude. si eni nā nō sic fecisset fuisset iniusta: vt Gal'. ostēdit. 9. de vtilitate ꝑticularū. penul. ca. Huic aūt bone suturarū formationi tres opponunṫ figure. Una ē spherica q̄ remouet eminentiā anteriorē ⁊ posteriorē ⁊ totū caput est rotundū: ⁊ tūc debita positio suturaꝝ in h̄ capite erit ꝙ vna ꝓcedat ab ante ad post: ⁊ alia a dextris ad sinistraʒ: ⁊ vt sic ꝑditur vna sutura. Alia figura est que ꝑdit eminētiā anteriorē ⁊ ꝑdiṫ ꝑ eā sutura anterior. s. coronalis. Tertia est q̄ ꝑdit eminētiā posteriorē ⁊ perdiṫ ꝑ eā cōmissura posterior laude. Et has tres malas figuras capitis. A. iuestigat supra. 1. can̄. fen. 1. ca. de anathomia ossium capitis. ⁊ Gal'. 10. de iuuamētis noue ⁊ antique trāslationis. vn̄ dicit. Tres sunt oīuʒ figure. s. ināles. ea que opponiṫ totaliter ei q̄ ſm nām se hʒ qn̄ ambas qdē ꝑdiderit eminētias: capit eā que ſm occipitiū ⁊ que ſm frontez. eq̄le aūt vndecūqʒ fuerit ⁊ velut cerea sphera. due v̄o alie hec qdē est que ſm frōtē solū. hec qdē ea que ſm occipitiū nō hn̄s eminentiā. ⁋ Subsequēter Gal'. ostēdit quō vnaqueqʒ istaꝝ malaꝝ figurarū tollit debitā suturā. ⁊ has tres ināles figuras capitis quas ibi Gal'. vituperat: credo ꝙ hic. A. vituperare velit. per hoc enim qđ dicit. almusafata. exponemus. i. rotūdā. ⁊ q̄drata. i. ꝑdēs solum vnā eminētiā. ⁊ hoc duplr̄ vel solū anteriorē vel solū posteriorez. Littera tn̄ Gerardi ⁊ synonyma nō exponūt almusafata ſm ꝙ dictū est. Sed si Aui. loqṫ ſm sn̄iaʒ Gal'. 9. de vtilitate ꝑticulaꝝ. cap. 17. littera dʒ exponi vt diximus. Figura aūt que ꝑdit vnā eminentiā vocaṫ quadrata: q2 remota vna lōgitudine ꝑ remotionē vnius eminētie nō est caput vere rotūdū: ⁊ iō vocaṫ q̄drata. ⁋ Ex qbꝰ apparet ꝙ figure capitis sunt q̄tuor. s. nālis vna ⁊ tres male. quartaʒ eniʒ Gal'. negat q2 nō staret vita. s. si eminētia a dextris ad sinistrā eēt lōgior q̄ʒ ab ante ⁊ retro. Alio mō pn̄t distingui male figure capitis ſʒ ꝙ opponunṫ bone figure capitis absolute: siue remoueaṫ aliqua cōmissura siue nō: ⁊ vt sic pn̄t eē plures male figure: q2 oīs figura que ipedit bonā erit mala ⁊ inālis. hoc aūt pōt eē: q2 caput sit sursum lōguʒ: vt figura que in speculāte i ense apparet vel sicut ante ⁊ post longū sicut tectū domus: ⁊ hāc Aui. noiauit cū dixit. ⁊ eminētia extremitatū. ⁊ iō littera exterior credo ꝙ debet hic esse vel sit solū ante nimis ꝓminēs: vel retro nimis ꝓminēs. ⁊ ille sunt quatuor male figure a qbus nō ipediṫ forma cōmissuraꝝ. s. quātū ad numerū eaꝝ que cū predictis tribus faciunt septē ⁊ possunt inueniri alie male figure particulares: vt cū vnū cornu frontis preeminet alio depresso. ⁋ Et cōsidera ꝙ figura oblōga nō est multuʒ mala: q2 saluat suturas: ⁊ cū bonis annatis nō vituperaṫ. oēs autē que abijciunt aliquā eminētiā sunt magis vituperabiles vt rotunda ⁊ due quadrate. Ex qbus multa cōtraria cessant.

¶ De significationibꝰ sumptis a grauitate ⁊ leuitate capitis caliditate friditate ⁊ ex doloribꝰ. Cap. 12m.

Significationes autē sumpte ex grauitate capitis ⁊ leuitate eius sunt: quoniā grauitas capitis semꝑ significat materiaʒ in ipso: sed mā cholerica facit grauitatē minorē ⁊ adustionē vehemētiorē: ⁊ melancholica materia facit grauitatē

maiorem illa ⁊ siccitatē magnā: ⁊ sanguinea materia facit grauitatē fortiorem q̄ȝ ille materie: ⁊ pulsationeȝ ⁊ dolorē in radicibus oculi ꝓpter penetrationē chimi calidi: ⁊ rubedinē ⁊ inflāmationeȝ in venis vehementiorem: ⁊ flegmatica facit grauitatē maiorē q̄ȝ omnes alie: ⁊ dolorem minorē q̄ȝ sanguinea ⁊ cholerica: ⁊ somnum maiorē q̄ȝ melancholica: ⁊ tarditatē ad cognitionē ⁊ pigritiam ⁊ paucitatem agilitatis.

¶ Superius Aui. docuit significare de dispōnib⁹ cerebri per signa sumpta ⁊ ex quātitate ⁊ figura: hic docet significare ꝑ signa sumpta ex grauitate ⁊ leuitate. Et pmo ex grauitate ⁊ leuitate. Scđo ex tactu caliditatis frigidi ⁊ sicci ⁊ hu. ibi (Et signōnes.) Tertio ex dolorib⁹. ibi (Et dolores.) ¶ Cōsiderādū circa pmā ꝑteȝ ꝙ omnis materia humoralis sua presentia aliquā grauitatē īducit: ⁊ iō grauitas semꝑ significat mām. ¶ Ex quo īsurgeret dubitatio an mā ventosa faciat aliquā grauitatē de qua infra dicet. ¶ Dubiū etiā erit īfra: an melancholia faciat maiorē grauitatē q̄ȝ flegma. ¶ Cōsiderādum etiā ꝙ per se melancholia facit maiorē siccitatē q̄ est humor magis siccus: sed cholera ꝑ accidēs facit maiorē siccitatē: ⁊ hoc ꝑꝑ caliditatē ⁊ subtilitatē qua penetrat. ¶ Cōsiderādum ꝙ sanguis facit grauitatē fortiorē. i. cū plurib⁹ accidētib⁹. vel fortiorem. i. q̄ toti capiti cōmuniorē. vel fortiorē. i. maioreȝ: ⁊ hoc eēt ꝑ accidēs ꝓpter multā eius quātitatē: q̄ plus est aptus multiplicari: sicut ēt flegma ꝑ accidēs plus grauat vt declaratū est fen. 3. ⁊ dicetur īfra. ⁊ ꝑꝑ sanguinis multiplicationē cuȝ sit nutrimēti mā fit eius penetratio ꝑ venas. ⁊ hoc est q̄d dicit. propter penetrationē chimi. i. humoris vel nutrimēti: ⁊ sup. facit rubedinē ⁊c̄. ⁊ flegmatica facit grauitatē. ⁊ hoc nō q̄a sit grauior sed multiplicat̄ plus q̄ȝ melācholia: ⁊ q̄ mollificat: vñ tollit agilitatē idest leuitatē.

¶ Significationes v̄o assumpte ex caliditate ⁊ frigiditate. s. ꝙ ex eis tangūt caput in seipso: ⁊ q̄d tangit aliud exterius nō occultant̄ tibi: calidū quidē significat caliditatē si ꝑseuerauerit cōplexionalē: ⁊ si accidit ⁊ nocet accidentalē. Et simil'r est iudiciū frigidi ꝯm eius ꝯsiderationē. Et simil'r est iudiciuȝ aridi ⁊ sicci ꝯm suā cōsiderationē: si nō venerit exteri⁹ exasperās ⁊ arefaciēs. Et sil'r est humidū si nō fuerit calor īterius separās.

¶ Cōsiderādū ꝙ. A. vult ꝙ si alicuius caput a se vel alio extrinseco tangēte sentiat̄ calidū vel frigidū: iudicari dȝ calide vel frigide cōplexionis: vel nālis si nō nocet: vl' accidētalis ⁊ īnaturalis si nocet operationi. Et eodē mō est de tactu arido sicco: q̄ significat siccitatem nisi decipiamur q̄a talis siccitas ⁊ asꝑitas fit ꝑꝑ aliquaȝ rem īfrigidantē extra exasperātē ⁊ exiccantē cutim: vel ēt rem siccā ⁊ tñ cerebrū eēt humidū. Sil'r de tactu humido molli q̄ signāt humiditatē: si nō fuerit calor separās. i. dissoluēs īterius. s. humiditates q̄b⁹ dissolutis fiat quedā madefactio vnde caput apꝑet humidum cū tñ sit siccū. calidū. n. in p̄° occursu ad corpora dissoluit humidū: vñ panis siccus cū p̄° ponit̄ ad ignē mollescit: vt Ari. 21. ꝑticula de ꝓblematib⁹ ꝓble. 24. ⁊ iō iudicia suꝑ duro ⁊ leui ⁊ molli ⁊ sicco sunt vera nisi fiant a calido ⁊ frido. s. duruȝ a frigido ⁊ lene a calido: vt Gal'. 2. de cōpl'onib⁹. 3. ca. ⁊. A. supra lib. 1. fen. 2. doctri. 3. cap̄. 3. de signis cōplexionū: ⁊ huius voluit hic recordari.

ℭHic ponit signa a pulsu cōparādo ad charabitū ꝛ ēt lythargiā:ꝛ dicit ꝙ pulsus sirsemati respectu pulsus charabiti est latus ꝛ breuis.i.curtus.Et cā latitudinis est ꝑꝑ flegma ꝛ apā flegmaticuꝫ:qa mollificat ꝛ vt sic dicā latificat arteriā. Hoc aūt apā sirsemati est flegmaticuꝫ respectu charabiti.Et posset dici ꝙ cā latitudinis est flegma:q2 eiꝰ calor nō pōt in longū extendi sicut calor cholere. Lā vo eius breuitatis est latitudo:sicut q2 sufficit latitudo:ideo nō fit longus.Uel q2 latitudo facit apparere reꝫ magis breuē sicut subtilitas vel strictura facit apparere rem magis longaꝫ. Amplius est fortior.i.durior pulsu lythargie ꝛ debilior.i.mollior pulsu charabiti.Lausa est:q2 est in medio harū passionū:vt Gal.in cōmēto pulsuum.4.lib.Et posset aliter exponi ꝙ est fortior sicut vocabulum sonat.ꝛ Gal.sic profert preallegato capitulo.

ℭEt fit pulsus nō extensus rarus valde spasmosus sicut fit in prefocatione matricis.

ℭHic ponit signa a pulsu cōparando ad suffocationem matricis. ℭLōsiderādū aūt ꝙ in suffocatiōe siue ꝓfocatiōe matricū pulsus est extēsus spasmatice:q2 matrix est neruosuꝫ mēbrū. Silr̄ ēt est rarꝰ valde ꝑꝑ īfrigidationē calidi cordis:nisi suffocatio matricis sit ꝑiculosa ꝛ ꝓpe mortē:tūc eni fit pulsus frequēs:vt īfra fen.21.in hoc cap.Et hec sūt vba Gal.in cōmēto pulsuū.lib.4.cōmē.20.de pulsu matricis.sꝫ in sirsemati pulsus nō ē extēsus spasmatice:q2 est passio mēbri mollis vel cū fit in medulla:ꝛ ēt de mā ꝑm ꝑteꝫ flegmatica molli:nec ēt pulsus ē valde rarꝰ cū ibi sit febris:nec calor cordis fit ita īfrigidatꝰ.ꝛ hoc est qꝺ dicit.ꝛ supple in sirsemati fit pulsus nō extēsus spasmosus:ita opꝫ cōstruere.Uñ Gal.ꝓalle.cōmēto ꝛ textu volēs ponere pulsuꝫ suffocatiōis mr̄icis quē pulsum ille negat a sirsemati dicit. Matricalis aūt suffocationis extēsus spasmatice ꝛ est rarus.ergo dꝫ exponi ꝛ fit pulsus sirsemati nō extensus spasmosus sup.ꝛ fit pulsus nō rarus valde sicut in ꝓfocatiōe. ℭLōsiderādū tñ ꝙ lr̄a posset exponi extēsus.i.lōgus: q2 sicut apparet pulsus sirsemati erat curtus:ergo opꝫ ꝙ negatiua nō sic repetat fit pulsus nō extēsus.i.nō lōgus sꝫ curtus nō rarus nec spasmosus.Et simili modo loquēdi Auic.vtitur.4.lib.fen.1.cap.de signis febriū putridarū.vbi vnū nō vult pluries repeti.

ℭSed virtus in ipsa nō remanet neqꝫ egreditur ab ordine omni illo egressu sicut fit in ꝓfocatione matricis:īmo virtus cadit ꝛ pulsus fit frequens.

ℭIsta lr̄a est difficilis ꝛ pōt sic exponi. Propter qꝺ sciēdū ꝙ Auic. vult ꝙ pulsus sirsemati nō est cadēs in medio sicut pōt ꝯtingere in ꝓfocatiōe matricis.Nā in ꝓfocatione ꝑꝑ multū nocumētū cordis pōt ꝯtingere casus in pulsu ꝛ magna ītercidētia qñ vꝛtus cordis qsi desistit ab opatione.Silr̄ in ꝓfocatiōe pōt ꝯtingere multa inordinatio pulsus:sꝫ in sirsemati nō fiunt hmōi ītercidētia ꝛ īordinationes pulsus que fiunt in soffocatiōe mr̄icis sꝫ fit pulsus frequēs:q2 virtꝰ cadit.i.debilitat nō potēs magnificare pulsuꝫ salteꝫ in longū:ꝛ iō fit frequēs:ꝛ hoc est qꝺ dicit.virtus in ipsa sirsemati nō remanet.i.nō desistit ab actu dilatādo arteriā:ꝛ iō nō fit pulsus cadēs in medio siue in ītrinsecuꝫ:neqꝫ egredit ab ordine omni cū illo egressu matricis.s.quo egredit in suffocatiōe mr̄icis:ꝛ hoc est qꝺ dicit.sicut fit in ꝓfocatiōe.ꝛ iō pulsus nō est sic inordinatus ꝛ īmo virtus cadit.i.debilitat a motu arterie in sirsemati ꝛ sic nō facit pulsuꝫ cadētē:lꝫ faciat eū debilē ꝛ pulsus fit frequēs.s.in sirsemati. Scđo mō littera pōt exponi ꝙ.A.velit ponere cām gñalē diuersitatis pulsus ꝓfocationis a pulsu sirsemati. Lā enim quare istoꝝ pulsus nō sunt similes est:q2 virtus vitalis in vtrisqꝫ nō stat eodē mō disposita:ꝛ hoc est qꝺ dicit.virtus.s.vitalis in ipsa.s.sirsemati nō remāet.i.nō stat disposita neqꝫ egredit ab ordine.s.virtus vel pulsus cū illo egressu sicut ꝛc̄.tunc.A.ꝓbat ꝙ virtus vitalis nō disponat in vtrisqꝫ.Similr̄ ꝛ ꝙ pulsus nō exit ab illo ordine naturali in vna passione sicut in alia:q2 in prefocatiōe matricis si pulsus debet exire ad īnaturalē sequētiā:opꝫ ꝙ virtus cadat.Nō enim fit pulsus frequēs in prefocatione matricum nisi cadat virtus ꝛ appropinquet morti:siue cum est parua suffocatio:vt Auic. infra fen.21.ꝛ Gal.lib.4.cōmenti pulsuum tex.ꝛ cōmento.20.sed in sirsemati pulsus fit frequēs ꝛ dimittit ordinem nālis frequen-

tie quãuis virtus nõ cadat.s.casu multo: ⁊ hoc est qd̃ dicit.imo cadit.s.in ꝑfocatione matricis.qñq; ⁊ pulsus fit freqũẽs.s.qñ cadit. sed in sirsemati fit freqũẽs qñ nõ cadit virt⁹. ¶ Tertio mõ põt exponi ꝙ.A.velit cõparare nocumẽtũ aĩalis ṽtutis ĩtrinsece in sirsemati ⁊ suffocatiõe matricis: ⁊ est ꝙ plus ledunt ṽtutes sensitiue ĩteriores in sirsemati ꝙ̃ in suffocatiõe: lз eniз suffocata nõ possit loq ĩpedimẽto anhelitus: tñ ĩtelligit ⁊ narrat que sibi facta sũt sibi cũ surgit: ꝙ̃ aĩales virtutes lз sint ĩpedite: nõ tñ est eaꝝ opatio corrupta: sз hñs sirsemati hз actus virtutũ ĩtrinsecaꝝ corruptos: vñ alienat ⁊ falsa dat iudicia quãuis posset illa exprimere: sз suffocata nõ sic false iudicat: lз non possit exprimere: ⁊ h̔ est qd̃ dicit.in ipso sirsemati nõ remanet virt⁹.s.aĩalis. Dico ꝙ nõ remanet ĩ bonitate iudicij vel cognitionis vel memorie ad quãcũq; ptẽ attigat sirsemati saltẽ ꝑfectio virtutꝭ ƀm illã ptẽ nõ remanet sed corrũpit opatio neq; egredit virtus aĩalis ab ordine cũ illo egressu.s.simili egressu quo egredit ĩ suffocatiõe mr̃icis: imo ṽtus.s.aĩalis cadit.i. ledit fortiter ĩ h̔ apate sirsemati: ⁊ fit pulsus freqũẽs.s.ĩ sirsemati.

¶ De cura. Cap.13m.

Cura autẽ cõmunis est flobothomia sic̃ scis: deinde clysteria in quoꝝ attractione ⁊ lenitate addis ƀm quãtitatẽ in qua ĩuenis materiaз ƀm signa ꝑdicta ita vt cognoscas an vincat cholera vel flegma. Et cib⁹ ẽt ꝓhibeat ƀm ꝙ fit ĩ charabito ⁊ proprie si eius cã fuerit multitudo cibi. Quapropter cũ cã fuerit multitudo cibi fac egrum vomere ⁊ purga stomachuз ipsius. Si aũt cã eius fuerit ebrietas nõ curabit oĩno donec abscindat ebrietas. Deinde sit cõtentus humectãtibus caput ipsius: deinde ad vltimũ curet eo quo curatur finis ebrietatis.

¶ Hic ponit curã ⁊ melius ĩtelligeret totũ caplm legendo simul ꝙ̃ diuidẽdo.est enim assũmatio cure. Dicemus tñ ꝙ p̃mo in gñali siue gñalem ponit curã. Scd̃o in spãli.ibi (Et opз vt ponas.) ¶ Prima in tres. Primo ponit curã gñalez ꝑ euacuationẽ. Scd̃o ꝑ dietam.ibi (Et cibus.) Tertio ꝑ alia remedia.ibi (Et ipsius.) ¶ Considerandũ circa primã partẽ ꝙ cura cõmunis est que omni speciei põt cõpetere: siue vincat cholera siue flegma siue equent. Hec ãt cura est ꝑ euacuationẽ materie. Et hoc dupl'r.s.ꝑ flobothomiaз si materia peccat in sanguine: ⁊ ꝑ clysteria. Flobothomia aũt est sicut scis: ⁊ hoc scis in generalib⁹ canonib⁹ p̃mi libri ⁊ ex canonibus generalib⁹ in hac fen.s.an debeat fieri vel nõ ⁊ de qua vena. Clysteria autẽ si mã est magis flegmatica opз ꝙ sint fortiora ⁊ acuta attractiua. Si aũt est cholerica a predominio opз ꝙ sint magis lenitiua: vt Halyab.5.practice in hoc caplo: cap̃.17. Et hoc Auic.ponit hic. Cura que cõis est etiaз est rectificatio regiminis: ⁊ hoc est qd̃ docet cũ dicit.cibus etiã ⁊c̃. ¶ Cõsiderãduз aũt ꝙ Auic.statim a p̃ncipio declinat ad regiminis subtiliationẽ sicut fit in charabito. Et cã huius est que ibi dicit. Proprie aũt debet regimen subtiliari quãdo est multa repletio volens ad illius cõsumptionẽ intendere. Et ideo tunc cũ cã est repletio quã generat gulositas siue voracitas: opз ad purgationẽ stomachi ꝓuocare vomitũ. Et si cã est repletio ex vino.s.ebrietas: opз ꝙ ipsa ebrietas abscindat vt dictum est supra cap̃.de soda ab ebrietate. Vocat aũt Aui.abscisionẽ ebrietatis: eductionẽ vinose materie a stomacho. Deinde post hoc opз ꝙ simus ꝯtenti humectãtib⁹.i.embrocis resoluẽtibus vapores vini: deinde fiat cura que fit in fine ebrietatis.s.cũ exercitio ⁊ regimine debito posita supra.c.de cura sode ab ebrietate.

Dubium. ¶ Dubitat aũt circa predicta quare nõ posuit curã ꝑ pharmaciam sicut fecit per flobothomiã ⁊ clysteria. ¶ Dicẽdũ ꝙ ex canonibus generalib⁹ dedit ĩtelligi ⁊ statim dicet de eis. Expressit aũt de flebothomia q2 forsan minus de ea visuз fuisset: ⁊ de clysterijs dixit: q2 indigebãt distinctione in hac egritudine ƀm suas species.

¶ Et ipsius quidem species cõmunicant in embrocis ⁊ emplastris ⁊ sternutatorijs ꝑdictis ⁊ eũonibus subtilibus cũ eo qd̃ bibitur ⁊ clysterizat sicut scis.

¶ Possemus dicere ꝙ hic ponit curã magis spãlem: tamẽ ƀm formam diuidẽdi superius positã dicemus ꝙ ponit curã cõem quantum ad multa. Et p̃mo premittit illud cõmune in quo cõmunicat spẽs sirsemati. Scd̃o ponit cañ.in hoc.ibi (Et iste quidẽ.) ¶ Dicit primo ꝙ species sirsemati cõmunicãt pro cura in embrocis.s.cõpositis ex embrocis charabitus ⁊ lythargie predictis.s.in canonibus generalib⁹. Euacuationibus subtilibus.i.leuibus. Cum eo qd̃ bibitur.i.cũ medicinis. Et clysterizatur sicut scis.s.in canonibus ⁊ caplo de frenesi ⁊ lythargia ⁊ capitulis de soda. Expressit autẽ de euacuationibus leuibus: quia est in eis maior securitas.

¶ Et iste qdẽ medicine in ipsa nõ sint in termino frigiditatis que ꝑcipit in charabito neq; in termino calefactionis qui ꝑcipit in lythargia: sed sint cõposita ex eis ⁊ vincat in eis illud qd̃ opз ƀm ꝙ apparet ꝙ aliquis duoꝝ humoꝝ sit magis abundãs. Et tibi qdẽ iaз premissum est in canone totũ qd̃ opз facere in hmõi.

¶ Hic ponit circa hoc cañ.dixerat enim ꝙ iste spẽs sirsemati cõmunicãt in embrocis: q2 hñt embrocas cões ⁊ emplastra. Et h̔ est dicere.ꝙ in eis vti possumus embrocis: emplastris sternutatorijs ⁊ hmõi. Vult ergo Aui.hic declarare ꝙ embroce ⁊ emplastra clysteria ⁊ medicine nõ debẽt eẽ eiusdẽ qualitatis in omni specie sirsemati nec debẽt eẽ sicut ille que ꝑcipiunt in frenesi; nec sicut ille que ꝑcipiunt in lythargia sз cõposite. Et in hac cõpõne opз ꝙ vincant medicine calide vel frigide ƀm victoriã vnius duoꝝ humoꝝ. Et hoc est p̃missum in canone.s.in canonibus generalibus.

¶ Et opз vt ponas in embrocis eius si fuerit chol'a superabundans folia salicis ⁊ violas ⁊ radices lilij ⁊ ordeuз cũ camomilla ⁊ corona regia ⁊ anheto. Et qñq; das in potu syrupũ de papauere si nõ timet ꝙ supueniat ei dominiũ flegmatis: ⁊ intẽtio quidem quare ei in potu tribuitur est vt dormiat. Qz si vtreq; materie sint equales adde ĩ his hasce ⁊ amaracũ. Et si flegma est supabundãs adde in eis folia lauri ⁊ ruthaз ⁊ mentastrum ⁊ hyssopuз ⁊ castoreuз ⁊ origanum.

¶ Hic ponit curã magis in speciali: hoc est ƀm vnãquãq; speciem ĩnuendo ƀm tẽpus. Et p̃mo ponit curã ƀm vnãquãq; mãm ĩnuendo curã ƀm totum tẽpus: qd̃ est a p̃ncipio vsq; ad finem. Scd̃o ponit curã quãdo est in fine.ibi (In fine.) ¶ Prima in duas ad cuius euidentiã sciendũ ꝙ hec cura specialis est declaratio eius qd̃ premiserat de eis in qbus cõmunicant spẽs. ¶ Primo ergo declarat curã ⁊ ponit eam specialez quãtũ ad id qd̃ premisit de embrocis. Scd̃o quãtũ ad id qd̃ dixit de emplastris ⁊ clysterijs.ibi (Et similiter.) ¶ Prima in tres sicut tres sunt spẽs sirsemati: quarũ curaз ponit ꝑ embrocas. Primo ponit curã quãdo vincit cholera. Secundo quãdo equant.ibi (Qz si.) Tertio quando vincit flegma.ibi (Et si flegma.) ¶ Prima in duas. Primo ponit curã ꝑ embrocas. Scd̃o addit per medicinas potatas.ibi (Et quãdoq;.) ¶ Cõsiderãdum ꝙ Aui.gradatiз enumerat medicinas quãdo vincit cholera. In p̃ncipio enim ad repercutiẽdũ vtimur frigidiorib⁹ vt sunt folia salicis ⁊ viola ⁊ gradatim ꝓcedẽdo magis resoluimus. ¶ Cõsiderãduз etiã ꝙ timet syrupũ de papauere in materia flegmatica. ¶ Circa scd̃am ptem ꝯsidera ꝙ quãdo due materie sunt equales calidioribus vtimur ꝙ̃ quando cholera vincit: ⁊ ideo addit predictis medicinis hasce.i.thimuз vel hyssopũ.⁊ amaracũ.i.sansucuз vel matricariã: ⁊ iõ in tertia ꝑte vincẽte flegmate addit calidiora. ¶ Considerãdum autẽ ꝙ Auic.ĩnuit in hoc curã ƀm tẽpora: lз explicet curaз ƀm species: sicut enim in hoc apostemate cum vincit cholera indigemus frigidioribus medicinis: ⁊ cum vincit flegma calidioribus: ita in p̃ncipio quãdo vincit cholera indigemus frigidioribus: in augmẽto autẽ minus frigidis ⁊ sic gradatim. Et totuз hoc Aui.vult esse notum ex cañ.generalibus.

¶ Et similiter est dispositio in emplastris ⁊ enematib⁹ ƀm hunc canonem: ⁊ tibi quidem est possibile colligere ea ex antidotario.

¶ Hic ponit specialem curã vel declarat qd̃ dixit de emplastris ⁊ alijs.⁊ dicit ꝙ eodeз modo se habet de emplastris ⁊c̃.q2 si vincit cholera oportet ꝙ sint vnius modi.⁊ si vincit flegma sint alterius modi. ¶ Et tibi quidẽ. Possibile est colligere ex antidotario ea.i. has medicinas.s.quãtũ ad modum exponẽdi eas.

¶ In fine autem egritudinis ⁊ postꝙ̃ declinauerit infirmitas: tunc aliena ab eo embrocas frigidas ⁊ sis cõtentus subtiliatiuis que scis: deinde balnea ipsuз ⁊ rege cum regimine conualescentium.

¶ Hic ponit curã in declinatione.s.cum valde processerit declinatio: ⁊ ideo dicit.postꝙ̃ ⁊c̃. Cura autẽ fit cũ resolutione exclusis frigidis: quia oĩs cessauit timor de fluxu: ⁊ intẽdimus ad cõsumptionem materierũ: ⁊ dubium esset ne frigida lederẽt ptes cerebri debilitatas: ⁊ ideo oз vti subtiliatiuis resolutiuis que scis in canoni-

bus. vt amaraco hyſſopo origano ⁊c. deinde balnea ad reſolutionem reſidui ⁊ cõfortationem mẽbrorum per attractionem nutrimenti: ⁊ rege regimine cõualeſcentium. 4. cañ. fen. ſcda.

¶ De plaga ⁊ iciſione cutis capitꝭ ⁊ curatiõe. Ca. 14m.

S Eparatio eueniens in capite aut eſt in cute ⁊ carne.

¶ Superius determinauit Aui. de apoſtematib⁹: hic determinat de ſolõne ꝯtinuitatis cutis ⁊ oſſis ⁊ pãniculoꝝ ⁊ etiã cerebri. Unde Rubrica caplm de inciſione ⁊c. Et pmo notificat eam. Scdo ponit curã. ibi (Et pnm.) ⁋ Prima in quatuor ſicut q̃tuor ſunt ſolões ille ꝯtinuitatis. Nã pmo ponit eã que fit in cute ⁊ carne. Scdo que fit in oſſe. ibi (Aut in oſſe.) Tertio in pãniculis. ibi (Et ex eis.) Quarto in ſuba cerebri. ibi (Cũ vo inciſio.) ¶ Circa primum cõſidera ꝙ per carnẽ etiã intelligas pãniculum extra craneum qui eſt groſſus: ⁊ poteſt dici carnoſus.

¶ Aut in oſſe aut mãifeſta aut in ſcimati aut ita ꝙ oſſa inde extrahenda ſunt aut ſimach.

¶ Hic notificat ſeparationẽ eueniẽtẽ in oſſe q ꝓprie vocatꝛ fractura. Et qꝛ ſm Paulum de fractura cranei ⁊ Halyab. nono practice caplo. 84. ſpecies fracturarũ cranei ſunt quedã ſimplices: ⁊ q̃daꝫ cõpoſite cũ apoſtemate: ideo primo ponit ſpecies ſimplices. Secundo cõpoſitas cum apoſtemate. ibi (Eſt alfutarati.)

Dubm pm ¶ Ad primi euidentiã dubitatꝛ: qꝛ. A. videtꝛ iſufficiẽs. Ponit eñi ſpecies ſiue modos tres fracture cranei: qꝛ aut eſt manifeſta aſcimati. i. cõtuſio aut ſimach. Sed Paulus ⁊ Halya. 9. prac. cap. 84. ponunt plures. ſ. fixurã capillarẽ ⁊ depreſſionẽ oſſis ⁊ alias ſpecies. ⁋ Dõm ꝙ Aui. ponẽdo tres dedit alias ĩtelligere. Per pmã enim ſpẽm dat ĩtelligere tres ſpẽs. Primo duas quas ĩcludit. Naꝫ fractura oſſis manifeſta dicitꝛ duob⁹ modis. Uno mõ: qꝛ manifeſtum fruſtuꝫ oſſis ſit eiectum ſicut eycitꝛ a ligno cũ aſcia. ⁊ dr̃ aſcialis ab Albucaſi. ⁊ nõ penetrat vſqꝫ ad pãniculũ ſed fundamẽtũ vulneris ⁊ terminus eſt os. Scdo mõ dicitꝛ fractura manifeſta in qua ẽ manifeſta ſepatio partiũ oſſis ⁊ nõ penetrat ita ꝙ fundus vulneris ⁊ terminus eſt ẽt os. Et iſte ambe fracture dicuntꝛ manifeſte: qꝛ apparet os. ſ. in fundo vulneris: vt dicit gloſa. Scdo. A. dat ĩtelligere tertiã ſpẽꝫ fracture ex oppoſito. ſ. fracturã capillarẽ occultã que nõ manifeſtatur niſi cũ aliquo liquore nigro. ⁋ Et ꝯſidera ꝙ oẽs ille tres vocari pñt manifeſte. i. cũ oſſis detectiõe. Et ſic ſonat ſupficies gloſe. i. ꝙ appet os. ⁋ Per ſcdam aũt ſpẽm quã vocat ſcimati. i. ꝯtritio ſiue cũ cõtritione. ſm vnã litteram dat ĩtelligere duas ſpẽs. Nã ꝯtritio oſſis aut eſt vera ⁊ multa: ita ꝙ oſſa extrahenda ſunt inde: ⁊ hãc ſpẽm. A. ponit. Aut non eſt vera ꝯtritio nec multa ſicut ſi eẽt fixuꝫ ad crucẽ vel ad multiplices cruciatiões ⁊ nõ oporteat trahere os. ⁊ hãc ſpẽm Auicẽ. dat ĩtelligere ex oppoſito eius qd dicit. aut ita ꝙ oſſa inde extrahẽda ſunt. Si aũt littera Aui. ſic ſtaret aut ſcimati: ita ꝙ oſſa inde extrahenda ſunt eẽt littera clarior. ⁋ Tertia aũt ſpẽs quã Auic. ponit eſt qñ os rumpitꝛ ⁊ caro ⁊ cutis nõ rumpitꝛ: imo tenetꝛ ſup oſſe fracto: de qua. A. loquitur. 4. cañ. fen. 5. ca. de fractura cranei. Et h̃ eſt qd dicit lr̃a exterior. aut ſimach. i. cũ caro ſup os tenetꝛ ſm partẽ. ſ. in quo eſt fractura.

¶ Et ex ſimach eſt alfuturati ⁊ eſt vt exuberet velamẽ ad exteriora ⁊ apetur ⁊ ĩpinguetꝛ ⁊ fiat ſicut futurati.

¶ Littera eẽt clarior ſi diceret. aut eſt alfuturati. Hic ponit ſpẽm fracture cõpoſitũ cũ apate pãniculoꝝ ⁊ dicit eſt ſupple ẽt alia ſpecies fracture dicta alfuturati. i. fungalis: ⁊ eſt vt exuberet velamẽ ideſt pãniculus. dura mr̃ ad exteriora. i. qꝛ apoſtemetꝛ ⁊ ĩpiguetꝛ. i. inñetꝛ ⁊ fiat ſicut futurati. i. ſicut fungus in ſui forma. ¶ Cõſiderãdum ꝙ ꝑ hãc ſpẽm cõpoſitã dat ĩtelligere quãdã aliam ſpẽm fracture ſimplicẽ in qua frãgitꝛ os manifeſte vſqꝫ ad pãniculum: ⁊ tñ pãniculus nõ apoſtematꝛ. Lꝫ etiã iſta ſpẽs poſſet dari ĩtelligi ꝑ primã que dicit aut manifeſta. Ex qb⁹ cõprehẽditꝛ ruditas quorũqꝫ q ſup pmo de iterioꝛib⁹. 1. cap. dicunt ꝙ in fractura cranei naſcitur qddã ſicut fungus ex ſupfluitatib⁹ illuc currentib⁹ que colliguntꝛ circa partes oſſis ⁊ cõponuntꝛ ad formã fungi. Ex qbus apparet ꝙ fracture oſſis capitis ſunt octo modoꝝ. ſ. capillaris occulta. Secunda eſt aſcialis. Tertia eſt fractura nõ penetrãs. Quarta eſt penetrãs. Quinta eſt cõtuſio vnde oſſa educi opꝫ. Sexta eſt cõtuſio nõ ſic ꝓprie. Septima eſt fractura oſſis ſine ſolutiõe cõtinuitatis in carne ⁊ cute. Octaua eſt fractura fungalis. Et has ẽ poſe reducere ad minorẽ numerũ ſm Paulũ ⁊ Halya. ⁊ poſſibile eſt in iſtis diuerſos modos imaginari: ⁊ ideo littere. A. pñt dari diuerſi intellectus alij a predicto. Sed qꝛ ſermo eẽt ꝓlixus omitto. Ex qb⁹ ceſſat inſtantia in ꝯriuꝫ: qꝛ oẽs ſpẽs fracture ab Aui. cõprehẽduntur. Fractura vo in qua os premitꝛ intus improprie dicitꝛ fractura: ſed potius plicatura ⁊ depreſſio ſicut accidit vaſi argenteo ⁊ plumbeo quãdo a corpore duro ꝑcutiuntꝛ: vt Halya. 9. prac. 84. cap.

¶ Et ex eis eſt que fit in matre ⁊ in ſeruatiua ⁊ in eis eſt timor: ⁊ in vulneribus quidẽ peruenientibus ad panniculum cerebri accidit laxitas in latere vulnerum ⁊ ſpaſmus in oppoſito eius.

¶ Hic notificat ſolutionẽ ꝯtinuitatis in pãniculis. ſ. matre dura ⁊ ſeruata. i. pia matre: qꝛ ſuat ſituꝫ venaꝝ: vt ſupra. 2. cap. ⁊ h̃ eſt qd dicit. ex eis. ſ. ſolutionib⁹ ꝯtinuitatis ⁊c. ¶ Cõſiderãdũ aũt ꝙ duo dicit de hac ſolõne ꝯtinuitatis. Unuꝫ eſt ꝙ eſt timor in eis ⁊ h̃ eſt certũ. Aliud eſt ꝙ ĩ latere vulneꝝ accidit ꝑalyſis ſiue mollificatio: ⁊ in oppoſito accidit ſpaſm⁹. Et addit Aui. ꝙ qñ ĩciſio nõ venit ad vẽtres. i. ad ſbam cerebri vbi ſunt vẽtres. ſ. veri vẽtres ⁊ ventres nõ veri q ſunt cõmiſſure: ſꝫ ad terminuꝫ velaminis. i. ſꝫ terminantꝛ ad velamẽ ſubtile. i. piaꝫ matrẽ: eſt magis incolumis. Et h̃ ĩnuit ꝙ ex ſolõne ꝯtinuitatis rumpẽte durã matrẽ ſit poſſibilis liberatio. Hoc aũt nõ intẽdo diſputare: nec ẽt vtrũ ſi incidatur ſuba cerebri poſſit hõ liberari. In his enim qñqꝫ mirabilia viſa ſunt: vt in cõmẽto afor. ſexte ꝑtic. afor. 18. Ueſicã ĩciſam. 7. 8. de vtilitate ꝑticularũ. ca. de vẽtriculis cerebri. ca. 10. vbi narrat de adoleſcẽte ꝑcuſſo vſqꝫ ad vẽtriculuꝫ cerebri qui iuſſu dei liberari eſt viſus.

¶ Sed dubitatꝛ an lat⁹ ꝑtis ꝑcuſſe ꝑalyticũ fiat ⁊ oppoſitũ ſpaſmetur: vel ecõtra. ⁋ Uidetꝛ ꝙ ecõtra. ſ. ꝙ pars ꝑcuſſa ſpaſmetꝛ ⁊ oppoſita fiat ꝑalytica. ꝑ Guil. 2. lib. 1. cap. vbi dicit. Qñ fuerit leſio in parte dextra ꝑalyſis fit in ſiniſtra ⁊ ecõuerſo. Et ꝑ hoc ſcitꝛ ꝙ nerui q veniũt ad ꝑtẽ dextrã radicalr̃ ſunt ĩ ſiniſtra ⁊ ecõuerſo. ⁊ hoc vult. 3. lib. c. de ĩciſione capitꝭ. Ampli⁹ ꝑcuſſus in timpore vno ꝑdidit viſum de oculo oppoſito: vt ponit Alber. de ſenſu ⁊ ſenſato. & eadẽ rõne ꝑcuſſione facta in vno latere capitis magis leduntꝛ nerui partis oppoſite: ſed maior leſio eſt ꝑalyſis ꝙ̃ ſpaſmus: ergo ⁊c. ⁋ In ꝯ̃rim eſt Aui. ⁋ Dõm ꝙ ſiue in capite ſiue in nucha fiat ꝑcuſſio pars ꝑcuſſa paralyticatꝛ ſiue mollificatꝛ ſiue relaxatꝛ: ſꝫ pars oppoſita ſpaſmatꝛ ſiue ꝯ̃hitur. Et h̃ dico cũ accidẽtia mala apparẽt. In hoc aſſignantꝛ tres cauſe. Prima qꝛ ꝑtes ꝓpinque parti ꝑcuſſe ſunt magis debilitate. ſed ꝑtes lõginque ſunt minus debilitate. pars aũt magis debilitata nõ põt ꝯtrahi ſuper materiã: ſed ſub illa relaxatꝛ: ⁊ ſic fit paralyſis ⁊ mollificatio. pars aũt oppoſita ꝯ̃hi põt: ⁊ ſic ſpaſmatꝛ. Scda cã eſt: qꝛ ad partẽ ꝑcuſſaꝫ ⁊ ꝑtes ſibi propinquas fluit multa mã que vincit ⁊ ꝑfecte oppilat vias ſpirituũ: ⁊ iõ fit paralyſis ſiue mollificatio ⁊ ꝑditio ſenſus ⁊ mot⁹: ſꝫ ad partem oppoſitã nõ currit tanta mã: ⁊ ideo nõ ſic ꝑfecte oppilat: ⁊ iõ fit ſpaſmus ſicut mã epilepſie: qꝛ impfecte oppilatꝛ ⁊ facit ꝯ̃ctionẽ ideſt ſpaſmũ: vt apparebit in ca. de epilepſia. Tertia cã eſt: qꝛ verſus ꝑtẽ ꝑcuſſaꝫ mouentꝛ mãe groſſe ⁊ mãe ſubtiles: ſed mãe ſubtiles veniũt vſqꝫ ad partẽ ꝑcuſſaꝫ ⁊ ĩbibuntꝛ in ea: nec ab ea pñt expelli: ⁊ ideo ꝑalyticãt ⁊ mollificãt eã: ſed materie groſſe nõ veniũt ita ꝓpe: ſed retinentꝛ in ꝑtib⁹ remotis ⁊ oppoſitꝭ: ⁊ ille mãe groſſe que veniũt nõ ĩbibuntꝛ ⁊ pñt pelli ad loca oppoſita vñ ſpaſmãt illa. Sciẽdum tñ ꝙ ꝯtingẽs eſt qñqꝫ ꝯ̃rium eius qd. A. dicit ꝙ pars ꝑcuſſa ſpaſmatꝛ ⁊ oppoſita ꝑalyticatꝛ: ⁊ hoc eſt: qꝛ ꝯtigit materias ſpaſmãtes venire ad partẽ ꝑcuſſaꝫ: ⁊ paralyticãtes ad ꝑtẽ oppoſitam. ⁊ hec ꝯtingẽtia eſt poſſibilis: lꝫ raro. Silr̃ ẽt qñqꝫ ꝯtingit fieri ſolã ꝑalyſim ſiue ſpaſmũ: ⁊ qñqꝫ ſolũ ſpaſmuꝫ ſine ꝑalyſi. ⁋ Ad Guil. dõm ꝙ miror de illo textu ⁊ ſuſpicor ꝙ textus ſit corruptus ⁊ nõ ſit ſuus. ⁋ Ad aliud dõm ꝙ illud fuit ꝑ accñs. Nam ꝑcuſſio a ꝑte oppoſita fecit ſinuꝫ ⁊ nõ potuit purgari: ⁊ iõ oculus oppoſitus fuit leſus. Et alij modi dicẽdi ſũt quos dixim⁹ ſup. 3. fen. hui⁹. 1. ca.

Dubm 2m

¶ Et cum inciſio nõ peruenit ad ventres ſed ad terminum velaminis ſubtilis eſt magis incolumis. Cum vo peruenit ad cerebrũ apparet febris ⁊ vomitus cholere ⁊ nõ eſt ex eis que ſanatur niſi raro.

¶ Hic determinat de ſolutiõe ꝯtinuitatis eueniẽte in ſubſtãtia cerebri. Et pmo ponit accidẽtia. Scdo cõparat ĩciſiones ꝑtiuꝫ cerebri adinuicẽ. ibi (Et ꝓpinquior.) ¶ Cõſiderãdum ꝙ tria ponit accidentia ſequẽtia inciſionẽ. Primũ eſt febris. Ratio eſt: qꝛ ſtatim ad talẽ ĩciſionẽ ſeqtꝛ apoſtema ⁊ fit febris: vt in cõmẽto afor. ſexte particule. afor. 50. Quibuſcũqꝫ ſurſum ⁊c. Scdum accidẽs eſt vomitus cholere. Ratio eſt: qꝛ ſtatim ſtomachus cõpatitꝛ ꝓpter neruos magnos a cerebro ad ſtomachum veniẽtes: quare humores fluunt ad ſtomachũ: ⁊ illi ꝓprie qui ſunt apti ad curſum vt cholera ⁊ ſubtiles humiditates que leuigate ⁊ aſcendẽtes ad os ſtomachi qd eſt valde debilitatũ: qꝛ neruoſum faciunt vomitũ: vt ẽt ſumitur in cõmẽto afor. ꝑallegati. Tertiũ qd ſequitꝛ eſt mors ꝓpter nobilitatẽ mẽbri niſi raro. Põt enim ꝯtingere forſan: vt Hal. narrat in duobus locis predictis: ⁊ ſatis dicitur cõmuniter.

¶ Et ꝓpinquior ad icolumitatē qdē incisio est que cadit ad futurati duoꝝ ventriū anterioꝝ. Cuz enim cito succurris ei cōtinuat. Ille vō que in duob⁹ ventribus posteriorib⁹ fuerint sunt prauiores Et ea que fit i medio prauior ea que fit in posteriore ⁊ remotior vt redeat ad dispōnez naturalez nisi sit valde parua.

¶ Hic cōsidera ꝙ littera pōt tripl'r exponi. Primo incisio que cadit ad futurati.i.ad pāniculuz:ita ꝙ non incidat:sed appareat sua sup̄ficies que est sicut fungus. Alio mō ad futurati.i.ad pāniculuz ita ꝙ incidat:tñ raro cōtingit ad hac liberari:⁊ solū cū est parua vt medulla non exeat:vt dicit Brunus. Tertio mō pōt exponi ꝙ hic cōparet adinuicē fracturas que sunt cū a p̄ate pāniculi:vñ apparet sicut futurati.i.sicut fungus.⁊ sic itelligit cōparationē manifestā. ¶ Cōsiderādū scd̄o ꝙ accipimus cōparationē iter icisiones partiū cerebri:q2 icolumior est cadēs i p̄te anteriori vbi sunt duo vētriculi:q2 anterior vētriculus diuidit in duos:⁊ nocito vno pōt ꝑ aliuz vētriculū fieri qd̄ opz:vt Gal'.inuit p̄alleg.loco.8.de vtilitate p̄tiuz.ca.10.⁊ hoc nō ꝯtingit in alijs vētriculis. Sed in vētriculis posteriorib⁹.s.medio ⁊ postremo sūt prauiores. Rō est:q2 duo anteriores sunt ignobiliores q̄ medius ⁊ forsan q̄ posterius:medius tñ iter oēs est nobilior:vt.3.de iteriorib⁹.7.ca. Posterior aūt est maioris suspicationis q̄ anterior:pp duo. Primo q2 forsan est nobilior eo. Scd̄o q2 hz substātiā minus ꝓfundam:vnde nocumentum statim appropinquat ad vacuitatē ventriculi.

¶ Et principiū quidē consistit in emplastris ⁊ erit eius rectificatio velociter. In cura vō cōsistit principiū ad ꝓhibēduz apostema cū eo qd̄ tolerat dispositio.

¶ Hic ponit curā. Et p̄mo in sermone gñali. Scd̄o magis in sp̄āli. ibi(Distinctionē.) Prima littera pōt tripl'r exponi. Primo particulariter ꝙ referat ad id qd̄ dixit.cuz cito succurris rupture futurati ⁊ alijs minus malis:ꝯtinuatur.i.liberat hō. Hic aūt succursus est ad ꝓhibēdum apostema. Hoc aūt fit cū duob⁹.s.cū emplastris rep̄cussiuis ⁊ cū cura alia ꝓhibitiua apostematis ꝑ flōmiā ⁊ clysteria ⁊ similia. Et hoc est qd̄ dicit.p̄ncipiū qdē.s.quātuz ad localia:consistit in emplastris.s.rep̄cussiuis ⁊c. In cura vō.s.alia localia.a localibus p̄ncipiū cōsistit ad prohibēdū apostema cū eo qd̄ tolerat flobothomiā vel vētosas ⁊ alia. Scd̄o modo pōt exponi generaliter.ꝓpter qd̄ sciēduz ꝙ duplex cura intēdit in fractura. Una magis directa que est ad cōsolidāduz ⁊ icarnandū cū emplastris capitalib⁹:⁊ hoc est cū cessauit timor de apostemate ⁊ cō fluxus humoꝝ:⁊ p̄ncipiū huius cure fit cuz emplastris.s.capitalibus:⁊ erit eius.s.fracture rectificatio velociter:q2 cito postea sanatur:vt notū est. Alia cura est magis indirecta ⁊ illa est ad prohibēdum apostema ⁊ fit cū eo qd̄ tolerat ifirmus:⁊ hoc est qd̄ dicit. in cura vō.s.cū est intētio cōsolidatio ⁊c. Tertio modo pōt exponi:ꝓpter qd̄ sciēdū ꝙ fractura cranei aliquādo curatur sine ossis eleuatione ⁊ tūc omne principiū cure est in emplastris.s.capitalibus sicut cōmuniter fit hodie.aliquādo curatur cū ossis eleuatione:⁊ in cura tali p̄ncipiū consistit ad ꝓhibēdum apostema:q2 osse eleuato anteq̄ eleuetur dūmodo iudicatio sit ꝙ percussio fuerit tam praua ꝙ debet os eleuari principium est ꝓhibere apostema. Et hoc satis videtur consonum littere.

¶ Distinctionem vō medicaminis vulneris plagatiui qd̄ est in cute ⁊ carne dicemus vbi vlcerū rememorabimur in libro quarto:⁊ dicemus curam fracture que est ex eis in capitulo fracture ⁊ restaurationis.

¶ Hic magis in sp̄āli ponit curā. Et p̄mo inuit diuersitatē medicinaꝝ vulneꝝ ⁊ fracturaꝝ capitis. Scd̄o circa curā fracture cranei ponit diuersas curas ⁊ sñias.ibi(Et medici.) In prima p̄te vult ꝙ medicamē solōnis ꝯtinuitat̄ in cute ⁊ carne q̄ dr̄ vulnus plagatiuū scit.4.cañ.fen.4.sz medicamē fracture cranei dicet fen.5.

¶ Et medici in fractura cranei in qua extrahenda sunt ossa cū extracta sunt ossa hñt duas intētiones. Intentio eniz quorūdā est vt declinēt ad medicinas sedatiuas que dolorē vehemēter q̄escere faciūt. Et intētionē alioꝝ qb⁹ videt ꝙ administrāde sunt medicine vehemētis desiccationis ⁊ administrāt post icisionē fracti ⁊ eradicationē secti ⁊ extractionē fracture eius medicinas attractiuas i vnguētis:⁊ alij supra locū supra ip̄m exterius existēte epithimate ex aceto ⁊ melle.

¶ Hic p̄mo ponit has diuersas sñias.s.intētiones siue opationes. Scd̄o cōparat eas adinuicē.ibi(Et hoc modo.) In p̄ma p̄te ponit id qd̄ Gal'.ponit.6.de ingenio sanitatis.in fi.⁊ est ꝙ in cura fracture cranei post ossium eleuatiōe:si expedit medici sunt bip̄titi. Quidā eniz ponūt medicinas sedatiuas doloris ⁊ ꝓhibitiuas apostematis:⁊ hoc facit oleū ro. Et qdā ponūt vnguēta vel empl'a capitalia exiccatiua ⁊ attractiua materierū malaꝝ:⁊ cū hoc sup̄ hec emplastra ponūt epithima ex aceto ⁊ melle:⁊ hoc ad refrenāduz ne ꝑ attractionē fieret a p̄atio:⁊ hoc facit acetū:sed mel remouet aceti mordicationē. ¶ Cōsiderādum ꝙ in fractura ossis cōcurrit quādoq3 incisio cutis:⁊ quantū ad hoc dixit incisionē fracti. Concurrit etiā eductio ossis incisi:q2 primo incisionē ⁊ trapanationez facimus ⁊ post incidimus ⁊ eradicamus illud frustum:⁊ quātū ad hoc dixit.⁊ eradicationē secti. Cōcurrit etiā quādoq3 in cōtusionibus extractio ossis fracti absq3 hoc ꝙ medicus aliquā incisionem ossis faciat:⁊ quantū ad hoc dixit extractionē fracture ossis.

¶ Et hoc modo per manus hoꝝ posteriozuz peruenit maior incolumitas q̄ per manus priorum.

¶ Hic cōparat has opatiōes adinuicē. Et p̄mo facit hoc. Scd̄o qd̄ dixit ꝓbat auctoritate Gal'.ibi(Et illud.) ¶ Dicit primo ꝙ plures sanati sunt per manus eoꝝ qui post ossis attractionē sunt vsi emplastris capitalibus.s.exiccatiuis ⁊ attractiuis q̄ per manus eoꝝ qui sunt vsi medicinis doloris sedatiuis.

¶ Et illud quidē nō est mirum. Gal'.eniz dixit ꝙ complexio ossis ⁊ pāniculi est sicca.

¶ Probat qd̄ dixit. Et arguit sic.cōplexio pāniculi detecti osse eleuato ⁊ cōplexio ossis est sicca:ergo incolumius est vti medicinis siccis. Ista ratio est.G.6.de igenio sanitatis in fine:⁊ hoc est quod dicit.G.enim dixit.s.loco preallegato.

¶ Dubitat vtruz vulnera capitis cum fractura ossis possint curari absq3 icisione ⁊ ossis eleuatiōe vel abrasione. Et vr̄ ꝙ nō ꝑ Gal'. sexto de igenio trac.3.ca.1.⁊ Auic.4.cañ.fen.5.⁊ per Albucasim ⁊ Auer.7.coll'z.cap̄.27.⁊ ꝑ Pauluz cap̄.de fractura ossiuz.3.cap̄.⁊ ꝑ Halya.9.prac.84.cap̄. Probat rōne:q2 si curatur absq3 ossis eleuatione:hoc fieret cū medicina:sed medicina nō poterit penetrare in fixuris capitalib⁹ ⁊ ꝑuenire ad sup̄ficiē dure matris vbi materie corrupte tenent. Amplius hec medicina vl' est rep̄cussiua:⁊ illa nō cōpetit saltem cū mā est in parte:vt inter superficiē fracti ossis ⁊ iter os ⁊ duraz matrē. Uel est attractiua:⁊ illa attrahet apostema si statim ponat:sed si ponit post aliquos dies ēt nō poterit per strictas partes ossis attrahere:⁊ si attrahet erit cuz violentia:⁊ sic ēt erit suspitio de a p̄ate. Uel talis medicina est icarnatiua ⁊ illa etiā non cōpetit nisi vulnere mundificato. Mundificari aūt nō pōt nisi os eleuetur. In ꝯ̄rium vr̄ vna auctoritas Serap̄. p̄mo sue prac.ca.de cura sode ex ꝑcussione.c.12. Item experiētia cōis est in ꝯ̄rium. Itē si reperit medicamē qd̄ de fundo corpis trahit spinas ⁊ materias difficilis eductionis:eadē rōne poterit reperiri medicina que ꝑ rimulas fracti ossis poterit trahere materias saniatas ⁊ nō saniatas indigētes expurgatiōe absq3 hoc ꝙ os eleuetur. Sed rep̄itur talis medicina vt oēs scribūt ⁊ scribit.4.cañ. fen.4. ¶ Hec questio nō querit an si os sit fractū ⁊ cutis super eo nō sit fracta:oporteat facere cutis sectionē. Quia dicēdū eēt ꝙ sic nedū si cutis nō sit rupta:sed si quātitas fracture ossis non correspōdeat quātitati rupture cutis. Quāuis viderim presumptuosos chirugicos qui intm̄ cōfidunt in quodā capitali empl'o:ꝙ credunt eis eē secretū vt fracto osse ⁊ nō fissa cuti aliquo mō aut non fissa b̄m ꝓportionē ad rupturā qui sunt cōtenti vsu illi⁹ emplastri: nec querūt an si est aliqd̄ ossis frustū in ꝯtusione separatum oporteat illud eleuare q2 de hoc nō est dubiū. ¶ Sed querit an existente fractura in osse possit curari sine ossis eleuatiōe. Et dicēdū ꝙ in fractura vel partes distant sicut quādo ꝯtingit in fracturis cranei factis cū securi:⁊ tūc nō est opus eleuare os:q2 exquo partes distant libere pōt materia expurgari. Uel partes nō distāt:sed est fissura capillaris. Et de hac est dubitatio an sine p̄ticule ossis eleuatione quocūq3 modo eleuetur possit curari. Et dicēduz b̄m Cōciliatorē ꝙ sic.qd̄ probatur. Primo q̄a reperit medicamē:qd̄ cerebrū cōfortat ⁊ defendit ab exterioris aeris impressione ⁊ materiā que est inter partes ossis:⁊ illam que est sub osse super dura matre expurgat absq3 hoc ꝙ ossis pars eleuet. Talis aūt medicina est hec. ℞.gūmi elemi.ʒ.ij.rasine pini purissime.ʒ.iiij.cere.ʒ. vj.al'.ʒ.iiij.olei rosacei.ʒ.ij.⁊.s.armoniaci.ʒ.ij.terbētine.ʒ.ij.⁊.ʒ. v.fiat vnguētū. Et aliā ponit etiā Cōciliator ibi. Et quidā addūt in hoc farinā siliginis. Quidā farinā fabarū nigrarū. Quidaz semen plantaginis. Et quidā cōponunt cū vino absq3 oleo ⁊ cera. Secūdo ꝓbatur:q2 illa cura est fienda que est cū accidētib⁹ minus prauis:sed illa que fit absq3 ossis eleuatiōe ⁊ hmōi. Nā in ossis eleuatione est

Dub^{m} 3^{m}

Du

tione est timor: q꞉ propter cōmotionem attrahit apostema quā-
doq꞉: similiter q꞉ pāniculus detegitur ⁊ occurrit acri leditur ex h:
vnde ex ossis eleuatione videmus quādoq꞉ spasmū ⁊ febres ⁊ mul
ta mala accidētia sequi. Cum ergo medicina aliqua reperiat̃ que
materiā stantem inter partes ossis ⁊ sub oē mūdificet: q̄uis fixu-
ra sit capillaris nō videtur cōueniens ꝙ elaboretur in ossis eleua-
tione. ¶ Cōsiderandū tamē ꝙ ſm Cōciliatorem hoc medicamen
dꝫ apponi post q̄ sanguis a loco fluxerit: ⁊ nō debet apponi cū iaꝫ
apparent accidentia timorosa: nec etiam si ꝓpter percussionē hu
mores ad intra cōcurrerent supra duram matrē. s. apostemātes:
nec etiam quādo fractura nō penetrat ⁊ humores etiam sunt sup
dura matre. imaginat̃ eni Cōciliator ꝙ nisi fixura penetret nō po
test materia existens sub osse extra educi. quibus sic cōditionatis
reducit in vsum hāc curam. ⁊ suadet ꝙ sic ꝓcedat̃ absq꞉ ossis ele-
uatione. Dynus vō in suo scripto super cap. de fractura cranei ar
ctius conditionat ⁊ bene dicēs ꝙ in vulnere capitis qḋ est cū fra-
ctura cranei tota intētio in principio est: vt humiditas nō aggre-
getur in partibus ossis scissi: neq꞉ etiā aggregetur sub osse sup pā-
niculum: ⁊ detineat̃ ⁊ putrefiat. Cuꝫ ergo est possibile talem humi
ditatē bene ⁊ perfecte educi extra absq꞉ alia scissione ⁊ detectiōe
ossis deber hoc fieri: ⁊ tale vulnus sic debet curari. Est autem hoc
possibile stantibus his cōditionibus. Prima ꝙ corpus sit bonoruꝫ
humoꝝ in quanto ⁊ quali: ex qua bona dispōne nō est timor de flu
xu humorum ad locum vulneris: ⁊ si est: est ista parū: ꝙ non est cu
randum. ⁊ in hoc īnuit Dynus ⁊ etiaꝫ Cōciliator ꝙ sint facte flebo
thomie ⁊ vētosationes ⁊ reliqua diuertētia: si indicationes cōsen-
tiunt. Secūda cōditio est: ꝙ orificiū factum in carne ⁊ cute sit be-
ne amplum: ita ꝙ tota fractura ossis bene appareat. Tertia cōdi-
tio est ꝙ etiam ipsa fractura ossis sit ampla: vel nō valde stricta.
Quarta conditio est ꝙ fractura sit absq꞉ attritione facta in parti-
b^m 3^m bus ossis. Quinta ꝙ sit absq꞉ attractione facta in pāniculo. Nam
attractio est causa cōculcationis humiditatis in parte. s. inter os
⁊ pāniculum. Stātibus ergo cōditionibus predictis ſm Dynum ⁊
posito emplastro predicto attractiuo poterit absq꞉ eleuatiōe os-
sis curatio fieri. ¶ Moderni tamē quos vidi, de quibus etiam est
Dynus credūt ꝙ securior via sit discooperire ⁊ radere os nō cōfi-
dentes: ꝙ per scissurā capillarem possit mundificatio fieri. Q̄uis
enim nā per medium ossis saniem quādoq꞉ educat vt 7ª particu.
afor. super illo afor. afor. 55. Quib⁹ inter renes. Et q̄uis reperiant̃
medicine ex ꝓfundo materias attrahētes: tamē medicine que h
faciunt nō vidētur facere nisi cū multa violentia: ⁊ ideo nō stanti-
bus cōditionibus predictis timēdū est de apostemate: ⁊ de tali cu
ra. Et ideo oēs auctores secuti sunt viam istā. ¶ Sermo vō Sera.
vel est in fractura aperta: vel totus sermo suus dꝫ referri ad cu-
ram vulneris sine ossis fractura: q̄uis eni ibi mētionem faciat de
vulnere cū fractura ossis dicemus ꝙ eius curā non ponit. ¶ Illud
tamē qḋ decipit ignorātes ⁊ vulgares est ꝙ in magnis ꝑcussioni-
bus capitis multum aperto osse: ita ꝙ qlibet videat pāniculum: ⁊
post multū sanguinis cursum appositio huius emplastri curauit ⁊
liberauit hoīem. Et hoc rationabilr: q꞉ ibi suus effectus est cōue-
nientior: vt apparet. Et ex alia parte viderūt ꝙ aliquis de paruis-
sima percussiōe capitis vbi fractura erat capillaris facta ossis ele
uatione ⁊ rōnabiliter: tamē ifirmus mortuus est: q꞉ percussio pra-
ua fuit. Dicūt igitur ignorātes talis liberatus est de maxima ꝑcus-
sione cū emplastro: ⁊ talis est mortuus de parua cū ossis eleuatio-
ne: qui si cum emplastris curatus fuisset: nō esset mortuus: ⁊ tamē
ipsi falsum dicunt. hoc reduxit multam infamiā qbusdā in pericli-
tationib⁹ vsus istoꝝ emplastroꝝ. ¶ Contraria auteꝫ hincinde ces-
sant: quācūq꞉ enim partem defendere potes.
Dub^m 4^m ¶ Dubitat̃ secūdo vtrum eleuato osse siue cum perforatiōe ⁊ abra-
sione vel incisione vel secatione vel quocūq꞉ debeamus statiꝫ po-
nere medicinas sedatiuas. s. oleū ros. an debeamus ponere medi-
camē capitale exiccatiuū ⁊ mūdificatiuū siue attractiuuꝫ. ¶ Videt̃
ꝙ debeamus ponere oleū ros. per Paulum in hoc caplo ⁊ ꝑ Aui.
in quarto cañ. fen. 5. ⁊ per Albucasiꝫ ⁊ Halyab. ⁊ est vsus cōis. Itē
qḋ ꝓhibet euentum apostematis dꝫ osse eleuato superponi: sꝫ im
positio olei ros. est huius. Maior est nota q꞉ in ossis eleuatiōe ma-
xime de euentu apostematū timetur. Minor est nota. ¶ In cōtra
rium videt̃ Aui. hic auctoritate Gal. 6. de ingenio sanitatis in fine.
Et ꝓbat̃ ꝙ illud medicamē dꝫ medicus ponere osse eleuato: ꝑ cui⁹
positionem maior sequit̃ incolumitas: sed per positioneꝫ medica-
minis capitalis hoc euenit vt ponit Aui. vnde plures liberati sunt
per manus illius medici: qui vtebat̃ hoc medicamine q̄ per man⁹
eorum qui ponebant oleuꝫ ros. vt Gal. dicit ibidem. ¶ Amplius in
curatione vulneris sicci mēbri dꝫ poni siccuꝫ medicamē: sed os ca
pitis ⁊ panniculi sunt mēbra sicca: ergo cōpetit eis sicca medicina
s. capitalis. Et hanc etiam rōnem Auic. vt Gal. inuit. Item res fri-
gida non debet poni super dura matre cum sit mēbrum neruosuꝫ:
sed oleū ros. est frigiduꝫ: nec valet si tu diceres ponā illud actu ca-
lidū: q꞉ nihilominus reducet̃ de sua frigiditate potētiali ad actua-
lem. ¶ Amplius simile videt̃ de punctura nerui ⁊ lesione dure ma
tris: sed super nerui pūctura non ponimus oleum sed in partibus
circunstantibus: vt quarto cañ. fen. 4. cap. 1. ergo supra dura ma-
tre discooperta non ponemus etiam oleum.
¶ Respōdet Dynus ad hanc dubitationē ꝙ osse eleuato primū qḋ
debemus ponere est oleum ros. ratio est q꞉ medicus quando due
passiones cōiūguntur debet intēdere ad magis suspectam: vt. 3. c.
9. ⁊ quarto cap. 2. ⁊ septimo theo. ca. 12. Eleuato auteꝫ osse maior
est suspitio de apate q̄ de vulnere: sicut etiam in vulneribus ⁊ pū-
cturis neruoꝝ non intēdimus ad medicinas incarnatiuas: īmo ad
prohibitiuas spasmi: etiaꝫ eleuato osse ⁊ detecto pāniculo non de-
bemus intēdere ad cōsolidationem vulneris cū medicamine capi
tali fortiter sicco: sed ad ꝓhibendū apa ⁊ sedationem doloris. Nā
in eleuatione ossis ꝓpter duram matrē que est neruosum mēbrū:
fit dolor fortis. Similr ꝓpter cōmotioneꝫ in humorib⁹ attrahūtur
humores ⁊ iflāmātur: ⁊ maxime humores calidi: ⁊ ideo est timor
de apostemate calido: ergo opꝫ ponere medicamē qḋ mitigat do
lorem ⁊ repercutiat ⁊ temperet calorē. Et ex hoc prohibetur apo-
stema. Tale autē est oleum ros. ipm eniꝫ ꝯuenit maxime īter oia.
Primo q꞉ temperate frigidū. Secūdo q꞉ stipticuꝫ ⁊ ꝓhibitiuum ⁊
cōfortatiuū: ⁊ ideo magis cōuenit q̄ oleū viol. Tertio q꞉ in virtu-
te est aliqualr siccum ꝓpter rosas. Quarto q꞉ cerebruꝫ a ꝓprieta-
te confortat: vt secūdo cañ. cap. de oleo. Q̄uis tamē oleuꝫ ro. sit il
lud a quo debemus incipere post ossis remotionē: non tamē mul-
tum debemus eo vti: sed vt ad plus vsq꞉ ad tres dies. Si enim ni-
mis cū eo staremus eēt causa putrefactionis ꝓpter suam mollifi
cationē: ⁊ hoc vult Gal. ⁊ Aui. hic ꝙ q꞉ medici indiscrete ⁊ super-
flue: q꞉ per longius tempus q̄ debēt vtebātur oleo ros. ideo plu-
res moriebātur per manus eoꝝ q̄ per manus illius senis qui ele-
uato osse vtebatur medicinis capitalibus. s. siccis multum. non ta
men vult Gal. ꝙ a principio tu non debeas vti oleo ros. ⁊ stare cū
eo tempore conuenienti: non superfluo.
¶ Hāc opinionem Dyni credo esse falsaꝫ in sua cōclusione genera-
liter accepta: q̄uis extra eaꝫ multa bona inserat. Probo igitur ꝙ
quādoq꞉ osse eleuato nō debemus statim ponere oleū ros. sed po-
tius medicinā capitalem exiccatiuā ⁊ attractiuaꝫ: q꞉ eleuato osse
potest eē dispositio oīno ꝓhibens appōnem olei ro. vel alteri⁹ re-
percussiui: ergo ipsuꝫ non debet poni: sed sic est q꞉ pōt aliqua ma-
teria mala eē in loco. s. super dura matre ⁊ circa partes ossis que
per sui moram putrefacit pāniculum: ergo opꝫ vti abstersiuo siue
mūdificatiuo siue attractiuo: nō autem oleo ro. vel aliquo detinen
te mām illaꝫ in loco. ¶ Dico igit̃ ꝙ ossis eleuatio vel sit cito: ⁊ hoc
vsq꞉ ad dies septē vel decē: ⁊ cum adhuc timet̃ de cursu materie-
rū vel tardat̃ post prefinitū tps ab auctoribus: ⁊ cuꝫ iam mā est in
parte ⁊ fluxus cessauit: siqdem fiat cito vel quocūq꞉ tēpore fiat: et
adhuc de cursu materierū est timor osse eleuato dꝫ apponi oleum
ros. Ratio est duplex: q꞉ quādo os cito eleuat̃ ⁊ materia est in flu-
xu est magnus timor de apate. Et hoc ꝓpter tria. Primo q꞉ mate
ria adhuc fluit. Secūdo ꝓpter doloreꝫ qui adhuc inest. Tertio q꞉
dura mater satis est ossi applicata: vnde in ossis eleuatiōe fit cir-
ca eaꝫ magna cōmotio. Secūda causa est q꞉ quādo os cito eleuat̃
non est in parte mala materia de cuius retētione timeat̃ siue de
cuius repercussione. Et hoc mō Auic. ⁊ Paulus ⁊ alij eleuato osse
precipiunt apponi oleum ros. Loquūtur enim ad medicū rōnaleꝫ
qui cito ⁊ in sua hora os eleuauit: nō tñ dico cito: q꞉ in p̄ma die: sꝫ
cito q꞉ non transiuit terminum cōuenientē vt permiserit mām in
parte congregari ⁊ corrumpi: sed vel mā nō est aggregata aliqua
notabilis quātitatis: vel si est ibi aliqua nō est corrupta mala: ⁊ iō
de eius repercussione non timetur. Et huius signum est quia post
hanc repercussionem precipiunt medici incarnationem.
¶ Sed tu diceres quō illud oleum ro. dꝫ poni. ¶ Dōm ꝙ debet ac-
cipi pecia tante latitudinis quāte est distantia partiū ossis ⁊ ifun-
di in oleo ros. tēperate calido ⁊ apponi: ⁊ postea bōbyx infusus in
eodem oleo: ⁊ super hoc alia pecia infusa in oleo ros. misto cuꝫ vi-
no. Et hic modus mihi placet qui a Paulo sumit̃. Si aūt eleuatio
ossis sit tāta: ⁊ iā materia est in parte mala corrupta sicut frequē-
ter contingit chirugicis pigritātibus: dico ꝙ non debet poni oleū
ros. sed magis tūc laudo medicamē capitale mūdificatiuuꝫ ⁊ exic-
catiuū. Ratio est. q꞉ est timor de remanentia materiei corrupte ⁊
ꝓprie cū est cōmota. Secūdo q꞉ non sic timet̃ de apate vt suppo-
nitur etiā quādo os eleuat̃ ⁊ materia est iā quiescēs inter os ⁊ pā-
niculū nō est tantus dolor in eleuatione. Tertio q꞉ si est aliquis ti-
mor d̄ apate ꝑ ōcursuꝫ noue materiei: pōt ille timor remoueri ef-
fundēdo oleū ro. in ꝑtib⁹ circūstātib⁹ ⁊ circa collū ⁊ rectificādo re-
gimen. ¶ Sed diceret aliquis. Primo si mā est corrupta in parte:
tūc infirmus est moriturus ⁊ sic est dimittēdus. Scōo si mā est in

parte corrupta: tunc eleuato osse ipsa statim extra fluet apta sibi
via. Tertio diceret aliqs adhuc est maior timor de apostemate ꝙ̃
de alia re. ¶ Ad primū dōm ꝙ vtplurimū cū tardatur eleuatio os-
sis intātū ꝙ materia est in loco ⁊ corrūpitur homo morit̃. Quan-
doq̧ tamē aliquis liberatur cum mā nō apat nec est multe corru-
ptionis. ¶ Ad scōm dōm duplr. Primo ꝙ quādoq̧ in prima ope-
ratione nō perforamus totū os: ita ꝙ nō statim attingimus ad sa-
niem. ¶ Vel dōm ꝙ lꝫ qñq̧ hoc ꝙ vsq̧ ad saniē siue corruptā ma
teriā attingamus perforato vel eleuato osse: nō tñ totū qđ est ibi
emanat. ¶ Ad tertiū negat̃ ꝙ sit maior timor de apostemate: tūc
ꝓpter duas causas dictas: ⁊ sic soluitur ratio Dyni. Verificatur ꝫ
sermo Dyni vtplurimum. ¶ Ad contraria dōm: vt ipse dicit. ¶ Ad
rōnem primaꝫ ⁊ scđam dōm ꝙ lꝫ in curatione mēbri sicci debea-
mus vti siccis volendo incarnare: tñ ad ꝓhibendum accñs qđ est
apa possumus vti eis que ad hoc iuuāt: lꝫ non debeamus perseue-
rare. Medicus ergo qui vtebat̃ capitali emplastro plures cura-
bat ꝙ̃ illi: q2 illi alij superflue insistebāt cū oleo ro. ¶ Ad tertiā di-
cēdū ꝙ oleū ro. est pauce friditatis: imo dr̃ de eo qđ calefactos i-
frigidat: ⁊ infrigidatos calefacit. Vel dōm ꝙ dꝫ poni calidū. Et cū
dr̃ ꝙ reducit̃ ad frigiditatē. Respōdet Dynus ꝙ nō dꝫ intelligi ꝙ
reducat̃ ad frigiditatē actualem: sed ad quēdā actū: per quem pōt
agere. Iste sermo est cōfusus: sed nō tractandus ad p̄sens. Posset
tamē leuius pertrāsiri: dicēdo ꝙ frigida possunt conferre mēbris
neruosis infirmis ifirmitatibꝰ egentibꝰ infrigidatione: de qbus est
apa calidū. ¶ Ad quartam dōm ſm Dy. ꝙ nō est simile de vulnere
nerui ⁊ de dura matre discooperta osse eleuato ꝑꝑ duo. Prio qa
in dura matre timet̃ apa ꝑꝑ cōmotionē ⁊ ebullitionē: ⁊ ideo opor
tet ponere medicamē sedatiuū super ea: sed in neruo discoopto ti
met̃ maxime ꝑꝑ dolorem ⁊ cōtractionē in neruo: ⁊ ideo sufficit su
per toto membro infundere oleū rosatum. Scđo q2 cuꝫ caro ⁊ cu
tis sint rara possunt ab oleo penetrari: ⁊ virtus olei venire ad ner
uos: ꝙ̃uis non īmediate super neruo ponatur: sed si ponat̃ circū-
circa os capitis non ꝑꝑ hoc penetraret ad duram matrem ⁊c̃.

¶ Tractatus Quartus de egritudinibus capitis ⁊ plurimo nocumēto ipsius in oꝑationibꝰ sensus ⁊ moribꝰ.

¶ De subeth ⁊ somno. Cap. pᵐ.

Dicitur subeth somnꝰ supfluus ⁊ grauis.

¶ Omissa forma diuisionis ⁊ introductionis eo-
rum qui male itelligunt: dicemus ꝙ in p̄cedenti
tractatu. A. determinauit de apatibus capitꝭ ⁊ so
lutione cōtinuitatis. Hic determinat de egritu-
dinibus capitis: quarū plurimū nocumētuꝫ est in
operationibus virtutū sensus ⁊ moꝝ. Et hoc dic̃
rubrica: dixit autē plurimo: vt distingueret hunc
tractatum a tractatu sequēti in quo determinat de egritudinibꝰ:
quarū nocumētum est in operibꝰ virtutū motiuarū ⁊ etiaꝫ sensus
⁊ neruoꝝ al's moꝝ. Sed in hoc tractatu determinat de egritudibꝰ
que maxime nocēt virtutibus sensibilibꝰ ⁊ moralibus: non tamen
ita ledunt virtutes motiuas. Et si in aliqua ledatur virtus motiua
s. in subeth: non tamē ita principaliter sicut ledit̃ sensus: ⁊ ideo di-
xit plurimo. ¶ Cōsiderādū etiam circa rubricā ꝙ per operatiōes
sensus possumus intelligere operationes sensuū interioꝝ. i. sensuꝫ
cōis imagiatiue cogitatiue ⁊ memoratiue: qbus insunt nobis mo-
res: vnde dicūtur virtutes intrinsece virtutes morales: vt sup̄ de-
claratum fuit. Et ſm hāc expōnem Aui. distinguit hūc tractatuꝫ a
sequēti: q2 in hoc tractatu determinat de egritudinibꝰ quaꝝ nocu
mētum plurimū est in operationibꝰ virtutū sensitiuaꝝ intrinseca-
rum que dicūtur morales: lꝫ cōtingat in aliqua ledi etiā virtutem
motiuā: vt in subeth. Sꝫ in sequēti tractatu determinat de egritu
dinibus quaꝝ nocumētū plurimū est in virtutibꝰ motiuis: ⁊ etiaꝫ
sensitiuis moralibꝰ. Possumus scđo intelligere ꝑ opōnes sensus:
operationes sensuū exterioꝝ. Et ſm hāc expōnē Auicē. inuit ea de
quibus determinat in hoc tractatu. Quia p̄mo determiat de his
egritudinibꝰ qbus fit lesio in oꝑationibꝰ sensus. Scđo determinat
de his egritudinibꝰ qbus fit lesio in opōnibꝰ moralibus. i. virtutum
intrinsecarū. ibi (Spēs nocumēti.) Quocūq̧ tamē modo cōtinuet̃
dicemus ꝙ primo determinat de accñtibꝰ siue egritudinibus que
sunt somnus ⁊ vigilia que sunt accidētia circa sensum cōem: quia
somnus ⁊ vigilia circa eū fiunt: vt sumit̃ ab Ari. in de somno ⁊ vi-
gilia ⁊ ab Auer. z. collꝫ. ca. zo. Scđo determinat de accñtibꝰ siue
egritudinibꝰ que sunt circa alios sensus itrinsecos. ibi (Spēs nocu
mēti.) Cōsiderādū aūt ꝙ notanter dico de accñtibus vel egritudi
nibus: q2 ea de qbus in hoc tractatu determinat̃ sunt in se accidē
tia: vt somnus ⁊ vigilia: ꝑmistio sensus amētia stoliditas ⁊c̃. melā-
cholia ⁊ mania: sed radicalr̃ sunt egritudines: q2 fiūt a malis com
plexionibꝰ vel apatibus vel oppilationibus: vt apparebit. Et ideo

etiā rubrica dicit de egritudinibus capitis ⁊ plurimo nocumento.
¶ Prima in duas. Primo determinat de somno supfluo. Secūdo
de vigilia supflua. ibi (Vigilia.) ¶ Prima in tres. Prio determiat
de subeth: qui est somnus supfluus quātuꝫ ad sui eē modos ⁊ cau-
sas. Secūdo quātuꝫ ad signa. ibi (Si autē.) Tertio ponit curaꝫ. ibi
(Subeth qdem.) ¶ Prima in quatuor. Primo determinat de su-
beth quātū ad sui diffōnē ⁊ causas. Scđo quātū ad partē sui nocu
menti ⁊ modū. ibi (Et quādoq̧.) Tertio quātū ad ordinē causarū.
ibi (Oēs autē subeth.) Quarto addit cañ. ibi (Amplius.) ¶ Pria in
duas. Prio p̄mittit diffōnē. Scđo declarat. ibi (Nō tamen.)
¶ Dubitat hic qdā ⁊ ruditer: vtrū subeth sit res ꝯ nāꝫ. Et arguit ꝙ Dubᵐ pᵐ
nō: q2 cōfortat. Probat̃ q2 est somnus: sed somnus cōfortat. Item
res nō nālis nō est ꝯ nām: subeth est res nō nālis: q2 est somnꝰ: sed
somnus ⁊ vigilia sunt res nō nāles. ¶ In ꝯrium q2 Auicē. dicit ꝙ
est superfluus. ¶ Dōm vt dicit ꝙ est res contra nām. Ratio est: q2
sequit̃ morbum: vt apparebit. ¶ Ad primā rōneꝫ dōm ꝙ somnus
tēperatus est qui cōfortat: ⁊ non superfluus. ¶ Ad scđam dōm ꝙ
res nō nālis cū excedit fit p̄ter naturā. ¶ Cōsiderandum ꝙ Auic.
dicit duo: superfluus quantuꝫ ad tempus perdurationis: ⁊ grauis
quantum ad modum: quia fit profundus.

¶ Non tamen omnis superfluus ⁊ grauis sed ille cuius grauitas est in materia ⁊ qualitate simul: ita vt ipsius spatium sit prolixius ⁊ eius eleuatio fortior ⁊ debilitetur excitatio ipsius ab eo.

¶ Hic declarat diffōnem. Et primo differentias in ea positas. Se
cūdo genus. ibi (Somnus aūt.) ¶ Prima in duas. Primo fac̃ hoc.
Secūdo infert diffōnem quādā. ibi (Et eius.) ¶ Cōsiderandū circa
primā partē ꝙ per māꝫ ⁊ qualitatē possumus duo itelligere. Pri-
mo ꝑ mām ſbam materie: q2 sit grossa: ⁊ per qualitatē q2 sit frida
⁊ humida: que duo. s. grossities ⁊ q̄litas frida ⁊ humida cōueniunt
flegmati. Sicut igit̃ in somno subeth sūt duo. s. ꝓlixitas ⁊ profun-
ditas: ita depēdent a duobꝰ. Nam ꝓlixitas maxime fit a grossitie
materie que ꝑdurat in oppil'one: sed ꝓfunditas fit a qualitate fri-
gida ⁊ humida intēsis que vehemēter obtūdūt sensus: ꝙ̃uis subti
liter speculādo vtrūq̧ possit fieri ab vtroq̧. Vult igit̃ Aui. ꝙ quā-
do dicit̃ subeth est somnus supfluus. i. prolixus grauis. i. ꝓfundus.
dꝫ intelligi quando ista fuerint a mā grossa ⁊ frigida ⁊ humida: vñ
spatiū est prolixū: ⁊ eleuatio. i. excitatio fortior. i. debilior. ⁊ hoc est
qđ subdit. ⁊ pro. i. debilitet̃ ⁊c̃. q2 excitatio nō iprimit in eo: ⁊ ideo
dicit. debilitet̃. Quādo enī ista simul cōueniunt in vna mā: tunc iu
uāt se ad faciēdū somnū grauē ⁊ ꝓlixū. Et ideo dꝫ exponi. cuiꝰ gra-
uitas. i. cuius excessus ab eo qđ ſm nām est in mā. s. grossa. ⁊ qua-
litate. s. frida ⁊ humida. Ex quo statim Aui. inuit ꝙ sit qdā somnꝰ
supfluus grauis cuius excessus non est sil' in q̄litate ⁊ mā. ¶ Que-
rit̃ ergo qs est iste somnus. ¶ Dōm ꝙ est q̄dā ipotētia vigilādi ꝑꝑ
multū casuꝫ virtutis. ¶ Vel dōm ꝙ mā quādoq̧ est grossa sed nō
frigida humida: imo frigida sicca vt mel'a. vel calida humida vt
sanguis. Somnus ꝫ p̄ter nām siue excedens factus ab istis mate-
riebꝰ: lꝫ posset dici aliqualr̃ superfluus ⁊ grauis: nō tñ ꝓprie sic ille
cuius excessus est sil' in q̄litate ⁊ mā: ⁊ ideo nō dꝫ dici ꝓprie subeth
¶ Et qñq; fit. q. d. cã ledens memoriã nõ solũ põt ee͂ in altera trium partiũ p̃dictarũ: sed e͂t in ꝑtibus timpoꝝ: q2 materie ibi stantes ⁊ nocume͂ta ibi facta pñt cõicari parti posteriori. Dixit aũt plus de locis timporis q2 sunt loca sensitiua ꝓpter musculos ⁊ capacia in receptione materierũ ⁊ craneũ est ibi tenue. Quidã antiquorũ. aliqualiter põt sumi ab Halya. 9. theo. cap. de cura obliuionis. cap. 5. Et obliuio ⁊ corruptio. i. nocume͂tũ ſm plurimũ ⁊c. q2 iste qualitates magis sunt parate ledere memoriã: vt supra apparuit. Quandoq; tñ. in hoc ergo ĩnuit ꝙ cause horũ nocume͂torũ sunt male cõplexiones vel cũ materia vel sine. ⁊ si cum materia vel apostemãte vel nõ apostemãte: ⁊ in hoc cõpletur causarum narratio.

¶ Et scias ꝙ obliuio quando accidit cũ sanitate nuntiat egritudines cerebri propinquas sicut apoplexiam epilepsiam ⁊ lythargiam.

¶ Hic cañ. est dictũ Ruffi vt apparet p̃mo cõtine͂tis. cap. de nocumento memorie. Cũ sanitate. s. reliqui corporis vel cũ sanitate scz appare͂ti. Nã ex hoc significamus in cerebro materiã flegmaticã ex qua põt fieri epilepsia apoplexia ⁊ lythargia: vt notum est.

¶ De signis. Cap. 13m.

Oportet vt cognoscas illud ex canonibus predictis: ⁊ non iteres eos in omni hora.

¶ Hic excusat se a signis causaꝝ ⁊ specieꝝ. Cãrũ vt an sit mala cõplexio cũ mã vel sine. ⁊ si cũ mã aut apostemante vel nõ. Specierũ vt an sit flegmatica an melancholica. Ex cañ. p̃dictis. s. hac fen generalibus ⁊ spãlibus: vt apparet.

¶ De cura. Cap. 14m.

Illa autem que separata est a caliditate ⁊ siccitate est facilioris cure. Et huiusmodi quide͂ cura est cũ eo qđ dictũ est multotiens.

¶ Hic ponit curã nocume͂ti memorie. Et p̃mo ei⁹ qđ fit a mala cõplexione. Scd̃o ei⁹ qđ fit ab aꝑate. ibi (Facta v̾o.) ⁋ Prima in. d. Primo ponit curã qñ fit a mala cõplexione sine materia. Scd̃o cũ materia. ibi (Qz si fuerit.) ⁋ Prima in duas. Primo ponit curã qñ fit a frigiditate: vel etiã si cũ hoc sit humiditas. Scd̃o quando fit a siccitate. ibi (In ea v̾o.) ¶ Dicit p̃mo illa. s. corruptio. i. nocume͂tũ memorie que seꝑata est ⁊c. ⁊ per ꝯñs que est a frigiditate: vel que est ab humiditate: vel ambo simul. s. a frigiditate ⁊ humiditate facilioris: q2 facile est calefacere ⁊ exiccare dictũ est multotiens: q2 vbicũq; supra docuit curã passionũ frigidaꝝ ⁊ humidaꝝ cerebri.

¶ In ea v̾o que facta est a siccitate nuda opz egrum nutriri ex cibis humectãtib⁹ te͂peratis ⁊ vt ad ministres exercitiũ ꝑtiũ capitis cũ fricatione ⁊ cõpressione facta cũ pãnis asperis ⁊ motione͂ manuũ ⁊ pedũ: ⁊ vniuersaliter exercitiũ qđ nõ sit forte sed sit ſm quãtitate͂ qua fiat fames: ⁊ ꝓueniat augme͂tũ cibi ⁊ quiete͂ ⁊ somnũ ⁊ balneũ ⁊ calefactione͂ cũ emplastris calefacientibus notis quoꝝ rememoratione͂ nõ iteramus: ⁊ cum ve͂tosis suꝑ caput absq; scarificatione ⁊ cũ medicinis rubificãtib⁹: ⁊ fortasse necesse erit vtplurimũ sit posterius vbi collũ iungit̃ craneo: ⁊ administrent̃ aque in qb⁹ cocta sint camomilla ⁊ mellilotũ ⁊ pedes capraꝝ: ⁊ ex oleis oleum de lilio ⁊ narcisco ⁊ cheiri.

¶ Notandum pura. i. sine mã vel pura. i. nõ cõiuncta frigiditati vel siccitati. ¶ Cõsiderãdũ tñ ꝙ ista cura confert e͂t si ibi sit frigiditas cũ siccitate: vt Serap̃. ponit p̃mo trac. in hoc cap. cap. 26. Omnia eniz que hic ponunt̃ sunt ad calefaciendũ ⁊ humectãdũ: ⁊ sup. administras qete͂ ⁊ somnũ. j. te͂perate ⁊ debite. ¶ Sed tu diceres ad qd ponunt̃ medicine rubificãtes: ad qd e͂t oleum de lilio ⁊ de cepe narcisci. ⁋ Dĩm ꝙ ista calefaciũt: ⁊ e͂t attrahe͂do pñt humectare.

¶ Qz si fuerit a mã habe͂te frigiditate͂ ⁊ humiditate͂ euacua ip̃m post digestione͂ cũ eo qđ scis. Et habitet ĩ domo multi luminis. Et incipiat̃ primũ ab euacuãtibus que sunt faciliora sicut hiera ⁊ pulpa collo͂qntide ⁊ castoreũ. Deinde gradatim ꝓcedas ad hieras magnas: postea administres si cõfidis ꝙ nõ est malitia cõpl'onis calide cõfectione͂ anacardinã qm̃ est fortior in cõfortatione sensus sufficie͂ter facie͂te acqrere seruatiõe͂ iuuatissima seruationis: ⁊ administrent̃ reliqua digestiua ex rubificãtib⁹ ⁊ gargarismis ⁊ odorame͂tis e͂t que scis: ⁊ nõ festines in desiccatiõe ei⁹ sed gradatim ꝓcede. Et caue ne desiccatio tua ꝯsequat̃ fine͂ humiditatũ principaliũ: ⁊ sequat̃ eã frigiditas cõplexionis. Illud eniz est ex eis que in obliuione augme͂tũ prebent.

¶ Hic ponit curã quãdo est a mala cõplexione cũ materia. s. frigida ⁊ humida: q2 vtplurimũ fit ab ea. Et p̃mo facit hoc pone͂do canones in nominãdo quasdã medicinas. Scd̃o ponit appropriatas medicinas. ibi (Et eis quide͂.) ⁋ Prima in tres. Primo ponit curã per medicinas. Scd̃o dat in eis ordine͂ ⁊ modũ vsus. ibi (Et non festines.) Tertio ponit regime͂ quãtũ ad res nõ nãles. ibi (Et opz vt.) ¶ In p̃ma parte vult ꝙ p̃mo digeras ⁊ postea euacues. Et primo incipias a leuib⁹ euacuatiuis: postea vadas ad fortia. Et omnia ista sunt nota ex canonib⁹ generalibus. Scd̃o vult ꝙ alteres complexione͂ cũ anacardina que est famosa cõfectio sed multum calida: ⁊ ideo dicit si confidis ꝙ nõ sit malitia ⁊c. q2 possent medicine induxisse alique͂ excessum caloris: vel posset homo ex nã habere epatis distemperãtiã calidam: est fortior in faciente vel faciens acqrere seruatione͂. i. potentiã seruãdi. seruationis. i. memorie. ⁋ Causa aũt q̃re oz habitare in domo multi luminis est: q2 isti istant sic̃ stupidi ⁊ subethici: ⁊ iõ debe͂t euigilari: ⁊ spũs piger excitari. Et nõ. pz.

¶ Et oportet vt aliene͂t a se ebrietate͂ ⁊ sufflatione͂ ventorum ⁊ repletione͂ ⁊ alienent̃ ab ablutione cum aqua penitus calida qdem ꝓpter illud qđ est in ea de mollificatione: ⁊ a frigida qde͂ ꝓpterea ꝙ stupefacit ⁊ nocet spiritui sensus. ꝙ si eis accidit repletio subtilient regimen post ipsã. opz ergo vt alienent̃ a cibis rete͂tiuis

⁊ grauatiuis ⁊ vaporosis. Repletio vero ex vino facta nocet valde: sed parũ dilatat animã ⁊ cõfortat spiritũ ⁊ facit ipm bonũ ⁊ excusat a multiplicatiõe aque. Eius enim multiplicatio est res magis nocens eis ⁊ dormitio multa in meridie. Et vniuersaliter somnus multus nocet multũ ⁊ ꝓprie super repletionẽ plurimã. Superfluitas quoqȝ vigiliarũ resoluit spiritũ ⁊ debilitat eũ: ⁊ cũ hoc replet cerebrũ vaporibus. Et ex eis quidẽ experta sunt acorus nutritus ⁊ piper lõgũ nutritũ ⁊ inuẽta sunt manifeste addẽtia in seruatiõe. Et medicamẽ hoc expertũ ⁊ eius qdẽ ꝯfectio. ℞. olibani cyperi piperis croci myrre ptes equales cõmisceant᷑. Sumatur omni die põdus. ʒ. vnius: ⁊ hoc ẽt iam expertũ est piperis ptes. ij. cymini tãtũdẽ: zuccHari albi ptes. iij. ⁊ expertũ ẽt omni die in ieiuno potare in ipsa olibani. iij. quartas aur᷑. ⁊ piperis quartã: ⁊ iterũ cymini ptes. v. piperis. j. acori. ij. cyperi. ij. myrabol᷑. ni. ij. mellis anacardi. j. mellis duplũ omniũ. Et oportet vt redeas ad medicinas singulares scriptas in libro secundo: ⁊ earum locus est in tabulis egritudinum capitis. Et oportet vt sit hospitium huius domus in qua sit lumẽ plurimum. Facta vero ab apostematibus cerebri curatur cum eo quod dictũ est in chabrabito ⁊ in lythargia ⁊ subeth asahari.

¶ Quod primo dicit patet. ¶ Sed dubitat᷑ cum quo isti debẽt lauari. Dicẽdũ ꝙ manus ⁊ etiã totũ corpus pñt lauari cũ aquis calidis actu ⁊ potẽtia: vt sulphuris aut decoctionis rerũ calidarũ. Etiam possunt lauari manus cũ vino: ⁊ iõ exponatur calida quidẽ. s. aqua pura ꝓpter illud qđ est in ea de mollificatiõe: vt appet in cõmẽ. ⁊ afo᷑. 5. ptic. afo᷑. 23. Calidũ ⁊c̃. Alienent᷑ a cibis retẽtis. i. moram facientibus in stomacho vt caseus legumina: ⁊ oĩa ẽt tarde digõnis: ex qbus ẽt multus vapor surgit ad caput. Repletio ex vini ⁊c̃. quia multũ vinũ per viam suffocationis ⁊ idigestionis ⁊ portationis ad mẽbra generat egritudines frigidas: quãuis sit calidum: vt scđo de accidẽti ⁊ morbo. cap. 3. ⁊ 3. de cõplexionibus. cap. 2. Paucũ ⁊c̃. qa est res que a tota substãtia cõuertit᷑ in spũm: ⁊ ꝯfortat. Et excusat ⁊c̃. quia est cã bone digõnis in mẽbris ⁊ trãsportationis nutrimẽti ad mẽbra: vnde mẽbra humectat: ⁊ ideo Aristo. 27. particula de problematib᷒. 4. ꝓble. dicit ꝙ vinum quietat sitim magis aqua. Superfluitas vigiliarũ ⁊c̃. debilitat: ⁊ pro qr resoluit. Replet cerebrũ vaporib᷒ qr multi vapores ascẽdunt ad caput: qui resolui nõ possunt ꝓpter debilitatẽ calidi: ex vigilijs etiã qa cerebrũ inflãmatũ mouet multos vapores. Et ex eis qdẽ. acorus nutritus docet᷑ a Mes. i. antidotario. Piper longũ potest nutriri sicut zinziber. Et expertum est. s. a Rasi primo cõtinentis cap. 4. vt patet.

¶ De corruptiõe imaginationis. Ca. 15m.

Ipsa eadem cognoscitur in signis narratis in alijs capitulis: verũtamẽ est in anteriore parte cerebri.

¶ Superius Aui. determinauit de nocumẽtis virtutũ cogitatiue q̄ in medio vẽtriculo ⁊ memoratiue que est in posteriori ventriculo: hic determinat de nocumẽtis imaginatiue que est in vẽtriculo anteriori. Et primo ponit diuersitates ⁊ causas horũ nocumẽtorũ. Secũdo ponit signa. ibi (Qđ aũt.) Tertio curã. ibi (Cure aũt.) Prima in duas. Primo facit qđ dictũ ẽ. Scđo remouet dubiũ. ibi (Verũtamen plurimũ.) ¶ Cõsiderãdũ ꝙ corruptio sumit᷑ hic pro nocumẽto siue sit ablatio siue diminutio siue permutatio que di᷑ corruptio ꝓprio noĩe ẜm Gal᷑. ⁊ iõ exponat᷑ de corruptiõe. i. nocumẽto. ¶ Cõsiderandũ scđo ꝙ nocumẽtũ imaginatiue cognoscit᷑. s. in se qa possumus dicere iste hȝ lesionẽ imaginationis ex signis narratis. s. supra illo cap. has opationes ĩgredit᷑ lesio. ⁊ illo cap. statim supra. species nocumẽti ⁊c̃. ¶ Cõsiderãdum tertio ꝙ Auic. inuit tres modos nocumẽti virtutis imaginatiue que est virtus in parte anteriori: ⁊ ẜm diuersitatẽ nocumentorum ponit diuersas causas.

¶ Et eius corruptio aut est vt imaginetur quod nõ est: ⁊ videat res quibus non est inuentio: ⁊ illud est ꝓpter dominiũ cholere in anteriore parte cerebri: aut ꝓpter dominiũ malitie cõplexionis calide absqȝ materia.

¶ Primũ nocumentũ est ꝑmutatio: vt cũ hõ imaginat᷑: quod nõ est extra: sicut accidit illi medico de quo narrat Gal᷑. 3. de accidenti ⁊ morbo. ca. 3. ⁊ Aui. supra ꝑalleg. cap. Et huius nocumẽti cã est mala cõplexio calida cũ mã: vt apparet in hñtibus supfluã choleram in parte anteriori cerebri: vt in freneticis: vel sine mã qr calor pauc᷒ põt hoc facere nimis mouẽdo spũm: ⁊ hoc est qđ Aui. dicit ꝓpter dominiũ cholerũ. s. rubee: aut ꝓpter ⁊c̃. Et fortasse dixit cholerum pro vtraqȝ cholera. s. cholera rubea ⁊ nigra. Cholera. n. nigra põt permutationẽ opationis facere in virtute imaginatiua: lȝ nõ fit cũ motu ⁊ agitatione: si nõ cõiungat᷑ calor: vel nõ fit cũ tanto motu.

¶ Aut vt minuatur imaginatio ⁊ debilitetur ab imaginãdo res imaginabiles ⁊ neqȝ videt visiones ⁊ somnia nisi parum ⁊ obliuiscatur eorum ⁊ obliuiscatur formarum sensatarum qualiter sunt.

¶ Scđm nocumẽtũ est diminutio imaginationis: ⁊ qr virt᷒ imaginatiua est cognoscitiua formarũ: ⁊ est ẽt retẽtiua: ⁊ dicit᷑ phantastica vt p̊ lib. fen. 1. cap. de virtutib᷒ aĩalib᷒. iõ Aui. tãgit duos modos diminute actionis. s. diminute cognitiõis cũ dicit debilitet᷑ ab imaginãdo res imaginabiles. Et neqȝ ⁊c̃. tangit ẽt modũ diminute seruationis cũ dicit. ⁊ obliuiscat᷑. Et cã huius nocumẽti est frigiditas ⁊ humiditas: ⁊ hoc est qđ dixit. ⁊ eius quidem ⁊c̃.

¶ Et neqȝ imaginet᷑ eas. Et eius quidem cã est eadem causa que est diminutionis memorie.

¶ Tertiũ nocumẽtũ est imaginationis ablatio: qñ hõ nihil imaginatur: ⁊ fit etiã a frigiditate ⁊ humiditate: qr cã diminuẽs actionem addita priuat actionẽ. Et hũc modũ nocumẽti Auic. dedit intelligi vel forsan expressit de eo cũ dixit. ⁊ neqȝ imaginetur eas.

¶ Verũtamẽ plurimũ corruptionis memorie nõ fit nisi a frigiditate ⁊ humiditate ⁊ paucitas ipsius fit a siccitate: ⁊ res hec est econuerso.

¶ Hic remouet dubiũ. dixerat enim ꝙ nocumẽtũ imaginatiue ẽ cum obliuione: ⁊ sic ẽt dixerat de nocumẽto memorie. Et iõ diceret aliquis in quo differt nocumẽtũ imaginatiue ⁊ memoratiue cũ vtrobiqȝ fit obliuio: ⁊ iõ assignat dr̃iam. Et primo vnã. Scđo aliam. ibi (Et corruptio qdem.) Prima in duas. Primo ponit dr̃iam illam. Scđo qđ dixit ꝓbat. ibi (Verũtamẽ hoc.) ¶ Dicit primo sic ꝙ plurimum corruptionis. i. nocumẽti memorie nõ fit nisi a frigiditate ⁊ humiditate. ¶ Et paucitas ⁊c̃. Cõsiderandũ ꝙ plurimũ põt dupl᷑r itelligi. Primo plurimũ nocumẽti. s. in euẽtu: ⁊ tũc est sensus: ꝙ vtpl᷑m in nobis expimur ꝙ memoria ledit᷑ a frigido ⁊ humido: sed imaginatiua vtpl᷑m ledit᷑ a sicco. s. ⁊ calido: ⁊ p ꝯñs plurimũ nocumenti memorie est diminutio ⁊ ablatio. Unde hos duos modos lesionis memorie explicauit supra. Sed pl᷑m nocumẽti imaginatiue est corruptio. i. ꝑmutatio: ⁊ in nobis expimur ꝙ vtpl᷑m sic ledit᷑. ¶ Sed cõtra primũ diceret aliqs: qr instr̃m memorie est creatũ siccũ: ergo vt plurimũ sibi eueniet nocumẽtum a sicco. ¶ Cõtra scđm qr instr̃m imaginatiue est creatũ lene ⁊ humidũ: ergo frequẽtius ledit᷑ ab humido. Dicẽdum ꝙ pluralitas horũ euentuũ est magis a cã p accidens: ⁊ nõ a cã p se. Locus enim cerebri posterior est siccus in cõplexione: ⁊ ex hoc frequẽtius egrotaret a sicca cõplexione: tñ ꝓpter debilitatẽ digõnis ⁊ qr nõ hȝ locũ manifestũ expurgationis supfluitatum frequẽtius egrotat ab humiditate flegmatica frigida humida: sicut senes frequẽtius egrotãt a flegmate. Pars autẽ cerebri anterioris est recipiẽs frequẽtius a corpore vapores calidos ⁊ siccos: ⁊ iõ frequẽti᷒ nocumẽtũ imaginatiue est corruptio: sicut a corpore frequẽti᷒ preter nãm ascẽdunt hui᷒ vapores: ⁊ pars anterior est magis apta recipere has euaporatiões q̃ posterior. ¶ Scđo mõ põt exponi plurimũ corruptionis: qr ĩtensiue vt sit sensus ꝙ memoria ledit᷑ plurimũ. i. vehemẽtius a frigiditate ⁊ humiditate. Et res hec. i. in imaginatiua res est cõtrario: qr parum ledit᷑ ab humiditate: ita ꝙ ly ecõtrario: referat᷑ ad id qđ expressit de siccitate: qr ecõtrario eius qđ dictũ est de siccitate: ⁊ ideo ecõtrario eius qđ dictũ est de frigiditate: qr ẽt pars cerebri anterioris plurimũ intẽsiue ledit᷑ a siccitate: sed posterior ab humiditate leditur plurimum extensiue.

¶ Verũtamen hoc instrumentũ lene creatũ est vt velociter fiat impressio eius qđ imaginat᷑: ⁊ illud durũ vt solutio ipsius difficilis fiat ab eo qđ in ipso est impressum ꝓpter res cadentes in ipso econtrario.

¶ Hic ꝓbat secundã expõnem: ⁊ arguit sic. cui᷒ organũ ex nã est magis humidũ: magis ledit᷑ a sicco: ⁊ cuius ex nã magis est siccũ magis ledit᷑ ab humido: sed organũ imaginatiue est humidum lene: vt velociter fiat in eo impressio: ⁊ illud. s. organũ memorie est siccum durũ vt bene retineat siue vt solo. i. sepatio ⁊c̃. ergo ⁊c̃. Notãdum

ꝙ econtrario

ꝙ ecõtrario põt exponi dupl'r. Uno modo sic. illud. s. organuȝ memoratiue ecõtrario. s. imaginatiue est durũ ⁊c̃. Alio mõ eõtrio. i. ꝑꝑ cãm õriã. Nã ꝑma ĩpressio imaginatiue est ad cognoscẽdũ siue est cognitiua: ita ꝙ retẽtio ibi est sic scd̃o intentũ. Sed ꝑa ĩpressio siue opatio in memoria est eõ. s. retẽtiue: ⁊ iõ dȝ eẽ siccũ eius organũ.

¶ Et corruptio quidem memorie cadit in duabus dictionibus sensatorum ⁊ in corruptione compositionis eoꝝ: ⁊ corruptio imaginationis cadit sicut i sensatis ⁊ formis ipsoꝝ. Et hoc qdem scitur ex arte alia.

¶ Hic ponit aliã dr̃iam nocumẽti memorie ⁊ nocumẽti imaginatiue: que imaginatiua vr̃ q̃daȝ memoria: ⁊ dicit ꝙ corruptio. i. nocumẽtũ memorie fit in duab⁹ dictionib⁹. i. in duob⁹ modis sensatoꝝ. ¶ Cõsiderãdũ ꝙ sicut scit ab arte alia. s. ex. 6. de nãlib⁹ scd̃a. cap̃. 2. ⁊. 4. ꝑticula. ca. 1. sensata sunt duplicia. s. sensata ꝑcepta a sensibus exteriorib⁹ ⁊ iterioꝛib⁹: vt sunt sensibilia cõia ⁊ ꝓpria: alia sũt sensata que dñr intẽtiones que appropriant estimatiue. Uult igit Aui. dicere ꝙ nocumẽtũ memorie est in duob⁹ modis sensatoꝝ. s. idoloꝝ ⁊ intẽtionũ: qꝛ vtraqꝫ sensata cõseruat: ⁊ iõ fit nocumẽtum in eoꝝ cõpositione ⁊ ẽt diuisione: sed nocumẽtũ imaginationis fit in vno genere sensatoꝝ. s. idoloꝝ ⁊ nõ intẽtionũ: ⁊ iõ dixit in sensatis ⁊ formis. i. sensatis que sunt forme siue idola. Et ex hac lr̃a comprehẽdit mens Aui. s. ꝙ memoria est thesaurus nõ solũ intẽtionũ sed ẽt idoloꝝ: lȝ sit idolorum ꝓpter intentiones: vt declarauimus primo cañ. fen. ꝑma. cap̃. de virtute animali.

¶ Qd̃ aũt magis significatiuũ est ꝙ egritudo est ex humiditate aut siccitate est dispositio somni ⁊ vigiliarũ ⁊ dispositio siccitatis oculoꝝ ⁊ nariũ ⁊ humiditatis eoꝝ. Et dispositio coloris lingue ⁊ humiditatis ei⁹ aut siccitate ipsius. Et qñ est egritudo corruptionis imaginationis nõ ipsius diminutio tu es sufficiẽs ad cognoscẽdum eã ẽt qñ est a melãcholia aut cholera aut cõpl'one calida singulari ꝑꝑ illud qd̃ dictũ est ⁊ scitur.

¶ Hic ponit signa: ⁊ dicit ꝙ tu cognoscis ꝙ passio sit ab humiditate ex somno: qꝛ sigñat humiditatẽ. ⁊ vigilijs: qꝛ sigñat siccitatem. ⁊ siccitate oculoꝝ qꝛ significat siccitatẽ ⁊c̃. Et hec oĩa sũt nota ex capitulis generalib⁹ supra. Dicit ẽt ꝙ si nocumẽtũ imaginationis qd̃ dicit corruptionis. i. ꝑmutatiõis õdistinctũ nocumẽto diminutõis ⁊ ablationis: tu potes cognoscere ꝙ est a cholera aut melãcholia. Ex his. n. humoꝛib⁹ corrũpit imaginatio aut cõpl'one calida sola: qꝛ ẽt mouet spũs ⁊ facit imaginari qd̃ nõ est. Et hec oĩa sunt dicta ⁊ scita supra hac fen in plurib⁹ capi. Et disputauimus nos supra in capitulis generalib⁹ illo cap̃. Et significatio quidẽ assumpta.

¶ Cure aũt illius sunt ꝑm curas que sunt in egritudinibus preteritis: verũtamen opȝ vt materia sit in partib⁹ principioꝝ sensus: ⁊ si necessaria est fricatio aut ventosarũ appositio fiat in anterioꝛe parte cerebri.

¶ Hic ponit curã: ⁊ dicit ꝙ est ꝑȝ curas in cap'lis ꝑterit̃. s. vbi sunt cure male cõpl'onis cerebri frigide ⁊ humide: ⁊ ẽt calide ⁊ sicce cuȝ mã ⁊ sine: ⁊ totũ hoc est scitũ. Addit tñ canonẽ ꝙ locus remedioꝝ sit pars anterioꝛ capitis vbi est locus imaginatiue ⁊ ꝑn^m sensuuȝ.

¶ De mania canina. Cap. 15^m.

Expositio manie est demoniũ lupinũ. Canina ṽo est spẽs eius existens cũ ira ꝑmista tripudio ⁊ inquisitione corrupta permista petitioni queẽadmodũ est ex naturis canum.

¶ Jam determinauit de nocumẽtis cuiusqꝫ virtutis sensitiue itrinsece: hic determinat de nocumẽtis virtutũ pluriũ siue de passionibus qbusdã in qbus plures virtutes ledunt: ⁊ sunt mania ⁊ mel'ia. Primo ꝑ determinat de mania. Scd̃o de mel'ia. ibi (Dr̃ melancholia.) ⁋ Prima in tres. Primo determinat de mania quãtũ ad spẽs diuersitates ⁊ cãs. Scd̃o ponit signa. ibi (Signa.) Tertio curã. ibi (Si repletionẽ.) ⁋ Prima in. d. Primo ponit spẽs ⁊ cãs. Scd̃o diuersitates terminationis. ibi (Et hãc qdeȝ egritudineȝ.) ⁋ Prima in duas. Primo ponit spẽs ⁊ causas itrĩsecas. Scd̃o extrinsecas. ibi (Hec auteȝ egritudo.) ⁋ Prima in. d. Primo in gñali notificat spẽs manie. Scd̃o in spãli. ibi (Et scias.) ¶ Cõsiderandũ ꝙ est ista expositio qd noĩs vel iterpretatio ⁊ ostendit qd sigñat hoc nomen mania. ¶ Notãdũ circa ꝑmaȝ partẽ ꝙ in mania est nocumẽtũ plurium virtutũ: qꝛ est nocumẽtũ estimatiue: qꝛ nõ distinguũt amicũ ab inimico ⁊ fedũ a pulchro. Est ẽt ibi nocumẽtũ imaginatiue: qꝛ iudicat qñqꝫ res eẽ extra que nõ sũt ⁊ appet qñqꝫ nocumẽtũ memorie: vt est notũ. ¶ Cõsiderãdũ ẽt ꝙ mania lupina sumit dupl'r. Uno mõ pro noĩe generis: ⁊ tunc ꝑdicat ẽt de canina: vñ Aui. canina ṽo est spẽs eius. Alio modo pro noĩe speciei: ⁊ tunc distinguit a mania canina sicut spẽs vna ab alia: ⁊ ambe sunt spẽs manie absolute: que ẽt dr̃ canina. Et differũt sic canis ⁊ lupus. Lupus. n. hȝ rapacitatẽ ⁊ demoniacã prauitatẽ sine õuersatiõe aliq̃: sed canis hȝ rapacitatẽ cũ aliq̃ domesticitate ⁊ aliquo tripudio. vnde canis mõ mordet ⁊ latrat ⁊ insidiat ⁊ mõ tripudiat cũ eodẽ ⁊ alludit sibi depressis aurib⁹ ⁊ quatiente cauda. Et ex his apparet textus Aui.

¶ Et scias ꝙ mã faciens demoniũ lupinũ est in substãtia materie facientis melancholiã: quoniã vtreqꝫ sunt melancholice. Uerũtamẽ cã faciens demoniũ est melãcholia adusta facta aut a cholera aut melancholia que est deterioꝛ: ⁊ faciẽs melancholiã est melancholia nãlis multa aut adusta. Sed ẽ facta a flegmate aut sanguine dulci: tñ parũ fit a flegmate adusto. Si autẽ fiat ab ipsa melãcholia tũc plurimũ cũ fit melãcholia non est nisi mania cũ sua applicatione in anterioꝛe ꝑte cerebri ⁊ substantia eius: quoniã ipsius applicatio ad cerebrum est sicut applicatio materiei charabiti.

¶ Hic in speciali notificat spẽs manie. Et ꝑmo notificat maniã lupinã: que est spẽs. Scd̃o maniã caninaȝ. ibi (Canina.) ⁋ Prima in duas. nã notificat maniã cõparãdo ad melãcholiaȝ. Et ꝑmo penes cãm. Scd̃o penes signa. ibi (Et melãcholia qdem.) ⁋ Prima in. d. Primo facit ꝙ dictum est. Scd̃o remouet dubium. ibi (Sed est.) ¶ Ad primi euidentiã cõsidera ꝙ inter maniã siue demoniũ lupinum ⁊ melancholiã: de qua dicet in sequẽti cap̃. est cõuenientia in genere cause: qꝛ vtraqꝫ passio fit ab humoꝛe: qui põt poni in genere melãcholici humoris: ⁊ hoc est qd̃ dicit subã. i. genus materie: qñ vtraqꝫ sunt melancholie: sȝ est dr̃ia in specie causaꝝ: qꝛ mania siue demoniũ fit a cholera adusta. i. a mel'ia facta ꝑ adustionẽ cholere: fit ẽt a melãcholia deterioꝛi ⁊ multum adusta: vel qꝛ facta ex adustiõe ꝑtis subtilis mel'ie: ⁊ est illa ex qua fugiũt musce: ⁊ bullit sup terrã. Sed passio mel'ica distincta õ maniã siue demoniuȝ fit a melãcholia nãli. s. fecali que peccat multitudine: vel ẽt que est adusta. s. nõ multũ. ¶ Cõsiderãdũ etiã ꝙ quedã littera reperit que dicit. qñqꝫ vtreqꝫ sunt melancholice. ⁊ forsan per hãc litterã vult ꝙ mania aliqñ nõ fiat a cholera adusta que trãsiuerit in nãm melancholici humoris. Sed chol'a que ꝑ adustionẽ adhuc stat in genere cholerici humoris põt facere maniã. ¶ Sed est facta. Quia diceret aliqs tu dicis ꝙ mel'ia fit a melancholia nãli vel adusta: põt ne fieri ab alio humoꝛe adusto. ⁋ Rñdet ꝙ sic: ⁊ dicit. sed est. s. mel'ia facta a flegmate. s. adusto vel a sanguie dulci. s. vero adusto. Uel sȝ est. s. mel'ia adusta ex qua fit passio melãcholica facta ⁊c̃. Paruȝ. i. raro. tñ fit. s. melãcholica passio a flegmate adusto. Et rõ est: qꝛ raro aduritur cũ multũ õriet adustioni. Si aũt fiat melãcholica passio ab ipso. s. flegmate adusto: tunc plurimũ. i. plerũqꝫ cũ sit melancholia. i. quãuis sit passio melãcholica non est nisi mania. i. hȝ accidentia manie. Uel aliter. si aũt sup. passio melãcholica fiat ab ipsa melãcholia. i. ab ipso melãcholico humoꝛe adusto: tũc ⁊c̃. Adustio enim siue in flegmate siue in melãcholia facit declinare humoꝛeȝ ad acuitatẽ: ⁊ sic facit aliquã furiã: ⁊ ꝑ õñs aliqua accñtia manie. ¶ Cõsiderãdũ ergo ꝙ humoꝛes frigidi in nã vt flegma ⁊ melãcholia sunt lõginqui vt faciãt maniã: ⁊ tñ facere possunt illaȝ cũ duab⁹ cõditionib⁹. Una cõditio est ꝙ fiant per putredinẽ vel adustioneȝ acuti: ⁊ hãc cõditionẽ Aui. inuit supra illo cap'o. Permistionis ṽo sensuuȝ. Alia cõditio est ꝙ mã talis attingat sbãm cerebri ad ꝑtes paruas: qꝛ nõ apostemet illas: sed imisceat illi ⁊ ꝑturbet ꝑuietatẽ eius ⁊ spũum sicut fit in charabito quodã dicto sibare quãtum ad partẽ melãcholie aduste que ꝑ sbãm cerebri pertrãsit ⁊ iducit accidẽtia demonij. Et hãc cõditionẽ Aui. ponit in littera: ⁊ sic debet itelligi. ¶ Cõsiderãdũ tñ ex predictis ꝙ mania lupina que est spẽs manie nõ fit ꝓpꝛie a flegmate adusto vel tali sanguine: sȝ fit a cholera adusta. Hic tñ Aui. extẽdit ꝑmonẽ suũ ad alios modos manie que ꝓpꝛie sunt modi mel'ice passionis cũ aliqb⁹ accidẽtib⁹ manie

¶ Et melancholia qdeȝ est cũ malitia existimationis ⁊ cogitatione corrupta ⁊ timoꝛe ⁊ quiete ⁊ nõ est in ipsa agitatio vehemẽs. Mania ṽo tota est agitatio ⁊ salt⁹ ⁊ inqsitio ⁊ luppositas ⁊ aspect⁹ cui nõ assimilat aspectus hoĩs: imo res cui magis similis est aspectus lupoꝝ.

¶ Hic ponit differentiā inter melancholiā ⁊ maniā. Sc̄d̄o iter maniam ⁊ charabitū quendā. ibi (Et differt.) ¶ Cōsiderādū ꝙ melancholia fit ꝓprie ab humore melācholico nō habēte acuitatē ⁊ caliditatē: ⁊ ideo est ibi timor ⁊ quies: ⁊ inquātū humor hȝ de calore ⁊ acuitate ꝑ se vel ꝑ adustionē intantū est ibi de ingetudine ⁊ furia. Ex quo apparet ꝙ mania ꝓprie dicta fit ab humore adusto fortiter calido ⁊ acuto: ⁊ ibi ideo est ingetudo ⁊ ingſitio cū manibꝰ ⁊ pedibus: ⁊ est aspectus nō hois sed lupi: qꝛ talis hō totus stat in forma aggredi volentis ⁊ ꝑcutiēs ⁊ ꝑquirētis: imo etiā mordet.

¶ Et iam differt ab vna specie charabiti cui eā hn̄s in demonio assimilat̄: qm̄ cū hac egritudine nō est febris ſm plurimū. Sed charabitus nō euacuat̄ ab ipsa.

¶ Considerandū ꝙ in quadā specie charabiti est demoniū siue mania: vt supra apparuit: tamen cum tali charabito qꝛ ibi est apostema: opȝ ꝙ sit febris: sed in mania: qꝛ materia nō apostēmat sed est sparsa: ideo nō est ibi febris. Posset enim materia esse tanta ⁊ putrida ꝙ sequeret̄ febris ⁊ hec est raro: vel ꝓpter aliā cām posset cū mania iungi effimera: vt ꝓpter multas vigilias ⁊ motus.

¶ Canina autem est species manie in qua est associatio vehemens ⁊ amicitia cum obedientia ⁊ conuenientia simul. Et in ipsa quidem non est crudelitas alʼ credulitas cōtentionis que est in mania: ⁊ est quasi ad sanguineam propinquior.

¶ Considerādum ꝙ Auic. hic nō notificat maniam caninā ex parte eius qd̄ est mania: ⁊ qd̄ cōuenit cum lupina: sed soluȝ ex parte accidentium qbus differt a mania lupina ⁊ ex parte cause. Nā mania canina inquātū est mania est agitatio ⁊ īquietudo ⁊ rapacitas: sed īquātuȝ est canina. s. differēs a lupina hȝ mores qbꝰ canis differt a lupo. s. associationē ⁊ amicitiā ⁊ obedientiā ⁊ cōuenientiā quādā. s. cum hoibus: ⁊ ista non habet lupus nec mania lupina que est species distincta cōtra caninaȝ. Simil'r in mania canina nō est crudelitas cōtentionis siue litigationis: qꝛ a litigatione recedit ꝑsuasus: qd̄ nō conuenit in mania lupina. Aliter credulitas. i. non credit sue litigationi. Homo enim qui suo litigio credit nō recedit ab eo: sed qui nō credit recedit: ⁊ totum hoc est qꝛ iste est suasibilis. Que est in mania. s. lupina: ⁊ est quasi ad sanguineā. s. materiā vel maniam ꝓpinquior. q. d. est ex materia sanguinea adusta que adhuc hȝ satis de nā sanguinea. Nam ex ꝑte sanguinis est cōueniētia ad tripudium: sed ex ꝑte adustionis est luposītas ⁊ agitatio ⁊ similia.

¶ Hec aūt egritudo plurimuȝ accidit in autūno ꝓpter malitiaȝ humoꝝ. Et quādoqȝ multiplicat̄ in vere ⁊ in estate ⁊ est ei excitatio apud flatum septentrionis propter desiccationem septentrionis.

¶ Patet qd̄ primo dicit multiplicatur in vere ⁊ estate quando fit ab estate adustio ⁊ in vere motus aliquorum humorum adustoruȝ quietatorum in precedenti hyeme.

¶ Et hanc quidem egritudinem plurimū nō resoluunt nisi hemorroides ⁊ varices. Et cum accidit successione eius hydropisis soluit eam cū humiditate sua ꝓpriecuȝ eius causa est caliditas epatis ⁊ ipsius siccitas. Et multotiens accidit hec egritudo propter cōmunitateȝ stomachi quā vomitus sanat.

¶ Cōsiderandū ꝙ materie melancholice apte ꝑ hemorroidas ⁊ varices ferunt̄: ⁊ ideo sunt cōueniēs crisis illarū materieruȝ. vnde. 6. ꝑticula afoꝛ. afoꝛ. 11. Melancholicis ⁊ nefreticis hemorroides innate bonū. ¶ Cōsiderandū ꝙ in hydropisi asclite ꝓpter aquā īfrigidatur epar: ⁊ signū etiā est ꝙ epar frigidum sit factū: ⁊ ideo temperatur acuitas cholere aduste vnde mania fiebat. ¶ Considerandum ꝙ ad stomachos aliquorū cholera adusta fluit: vel in eo aduritur: vnde fiunt maniaci: ⁊ ideo vomitus sanat.

¶ De signis manie vl'ibꝰ ⁊ specierū eius. Cap. 16m.

Signa itaqȝ vniuersalia eius sunt ꝙ mutatio operationum moralium ⁊ mobilium est mutatio predicta.

¶ Primo ponit signa in generali. Secundo in speciali. ibi (Signa v̄o.) ¶ Considerānduȝ ꝙ ipsi actus cognoscitiui permutati vt dictum est ostendit maniam.

¶ Signa v̄o indicantia ipsaȝ sunt sicut incubus cum caliditate cerebri ⁊ sicut si repleantur pedes sanguine ⁊ fiant rubei: aut coaguletur sanguis in mamilla mulieris ⁊ significat motus corruptionis sanguinis. Et primum quādoqȝ significat ꝙ facta est causa corruptionis sanguinis in mēbro in quo calor īnatus nō est fortis regens sanguineȝ bene: imo corrūpitur in ipso sanguis aliqua corruptionis specie.

¶ Hic primo ponit signa pronosticantia eius aduentum. Secundo ponit signa quibus in ea pronosticamur. ibi (Et cum accidit.) Tertio ponit signa causarum eius. ibi (Et signum quidem.) ¶ Considerandum ꝙ incubus cum caliditate cerebri significat vapores materie calide coartate in cerebro vel significat vapores qui ī cerebro calido aduri possunt: ⁊ ideo est signum pronosticans maniā. Si v̄o incubus esset cum frigiditate cerebri potest significare melancholiā vel apoplexiā vel epilepsiam vt declarat̄ ex cap̄. de incubo. ¶ Considerandū sc̄d̄o ꝙ sanguis in aliqua ꝑte retentus vt mamilla vel pedibus potest corrumpi: ⁊ inde vapores acuti ascendentes ad caput faciunt maniā: ⁊ precipue fit mania cū sanguis est calidus: vnde pedes fiunt rubei. vnde Auic. ⁊ fiant rubei. similiter cū propter calorem ⁊ feruorem vadens ad mamillas que sunt frigidum membrum non potest in lac mutari: ⁊ in hoc innuit afoꝛ. 39. 5. particule. Mulieribus quibꝰ ad mamillas sanguis ꝯuertitur: maniam significat corruptionis sanguinis. ⁊ hoc est quod Auic. dicit. Et primum. i. ꝑ̄ncipale significatū huius manie sequentis sanguinē in pedibꝰ vel mamilla ꝙ facta est. s. mania causa corruptionis ⁊c̄. in quo calor innatus non est fortis: vt sunt pedes: quia nō sunt fortis caloris inquantuȝ sunt remoti a corde: vt in cōmento. 2. pronosticoꝝ. 3. cōmēto. similiter mamille. ⁊ in cōmento preallegati afoꝛ. Corrumpitur ergo sanguis aliqua specie corruptionis qꝛ ad acuitateȝ: ⁊ ideo debet exponi quod premisit coaguletur. i. aduneť ve. induretur per viam adustionis.

¶ Et cum accidit signum primuȝ in fine manie forsitan significat ipsius resolutionē significatione varicuȝ. Et multotiens accidit mania in egritudinibꝰ acutis significans crisim: ergo si reliqua signa eius inuentionē attestentur significat ꝙ crisis erit bona: ⁊ qn̄qȝ est vehementia manie significans crisim ipsius manie.

¶ Hec pars habet tres sicut tres ponit cañ. Primus cañ. est ꝙ primum signum est repleri pedes sanguine vel etiā mamillas. potest esse signū resolutionis. i. crisis manie sicut varices ⁊ signuȝ notū est. Secūdus cañ. est notus ex dictis fen. 2. quarti cañ. ⁊. 3. de crisi. cap̄. 11. Tertius cañ. est afoꝛ. 5. 7. partic. In mania estasis bonum.

¶ Et signū quidē facte ex melancholia adusta a melancholia est ꝙ eius demoniū ⁊ lupinositas eius fiunt cū cogitatione ⁊ quiete spatio aliquo. Deinde cū mouet̄ ⁊ loquitur incipit ratiocinari cogitās: postea cū iteratur super eū nō est possibile euadere ex eo neqȝ facere silere ipsuȝ. Et est extenuatio corporis in ipso vehemētior ⁊ color ad nigredinem declinior ⁊ somnia deteriora: ⁊ quādoqȝ vomit aliquid acetosum ex quo ebullit terra. In ea v̄o que est ex melancholia cholerica fiunt permutationes ad cōtentionē velotius ⁊ quies ab ea velotius: ⁊ non recordatur cōtentionis ⁊ odij sicut recordatur eius primus: aut minorat̄ eius quies ⁊ multiplicatur motus ipsius ⁊ rixa ⁊ agitatio eius.

¶ Hic ponit signa manie ſm diuersitatē causarum. Et primo ponit signa facte a melancholia adusta. Sc̄d̄o facte a cholera. ibi (In eo v̄o que est.) Non posuit signa alioꝝ modoruȝ: qꝛ iam sunt nota ex dictis ī hoc cap̄. ex dictis supra illo cap̄. permistionis. ¶ Causa v̄o huius qd̄ dicit in prima parte est: nā melancholicus humor est tardi motus: ⁊ tarde in eo figurant̄ species: ⁊ ideo stat quasi tardans ⁊ cogitans: sed postqȝ species sunt fixe tarde recedunt: ⁊ ideo cum iterantur cogitationes praue super eum figunt̄: ⁊ nō possunt sedari faciliter nec remoueri ab eoꝝ opinionibꝰ: ⁊ ideo si surrexerit nō potest fieri ꝙ sedeat. Reliqua signa patent. ¶ Et qd̄ dicit in secunda parte est notū ex hoc ꝙ natura cholere aduste est multa mobilitas ⁊ nō sic figunt̄ in eo species: ⁊ ideo non sic recordant̄ propter multā mobilitatē factā in eorū imaginationibꝰ: aut pro ⁊ minorat̄ eius quies ⁊c̄. Et ꝯsidera hic maiorē extenuationē ponit in maniaco melācholico qȝ in cholerico; de quo tñ nūc dimitto īuestigare.

¶ De cura.

¶ De cura. Cap. 17m.

SI repletionē vides humoꝝ flobotboma. Et si vides dominiū cholere in corpore ꝑ vrinaz ⁊ reliqua signa euacua cū decoctōe epithimi: aut decoctiōe mirabol. si est cholera melīca. Et si est melīa pura fortasse necesse erit tibi vt euacues cū epithimi puri pōdere trium.ʒ. cū oxymelle ⁊ pillulis de azulo. Deīde veni ad caput ⁊ euacua si est ibi repletio sanguinea: aut melīa sanguinea ex venis que sunt sub lingua. Et assidua ipsius euacuationē cū his pillulis. Quarum cōfectio. ℞. hierepigre epithimi sticados omniū trium añ. partē.j. scamonee myrabol. amboruz añ. partē.v. fiant ex ea pillule magne. Et post vl'ez euacuationē in noctib⁹ separatis sumatur ex eis quaqꝫ nocte pōdus.ʒ.ij. Et ex eis que cōferunt ad illud sunt pillule istius modi epithimi polypodij: amboꝝ añ.ʒ.v. lapidis armeni myrabol. chebu. añ.ʒ.j. sticados.ʒ.x. salis indi pulpe colloquintide: amboruz añ.ʒ.iiij. belliri. embli. asce. elle. ni. omnium añ.ʒ.ij. turbith.ʒ.xx. cōficiātur cum oxymelle mellino ⁊ administrentur. Et fiant gargarismata cum oxymelle scamoneato ⁊ non superflue vtaris de pillulis de sceibar: sed vtere eis tanto tempore quo assidue inuenitur in eis leuitas. Cuz aūt malitiā cōplexionis calide sentis abscinde eas.

¶ Hic ponit curā. Et p̄mo per medicinas. Scōo ꝑ dietā. ibi (Et opz vt sint cibi.) ⁋ Prima in tres. Primo ponit curā per euōnē. Scōo per rectificationē cōplōnis. ibi (Et post euōnē perueni ⁊c̃.) Tertio per accidētiū sedationē. ibi (Et fortasse.) ⁋ Prima in .d. Primo ponit curā per euōnez magis cōem. Scōo per ꝓpriā capiti. ibi (Deinde veni.) ¶ Qd̄ p̄mo dicit pz ex dictis in caplo generali huius fen. Decoctio myrabolanoꝝ. s. nigroꝝ: si est cholera melācholica. Myrabolanoꝝ amboꝝ. s. nigroꝝ ⁊ citrinoꝝ. Uel componaẽ sic lr̃a. myrabolanoꝝ. s. nigroꝝ amboꝝ. s. scamonee myrab. añ. ⁊c̃. Et ꝯsidera ꝙ iste pillule possunt dici ꝓprie capiti: qꝛ p̄ncipalr̃ caput respiciūt vt apparet ꝑ medicinas euacuatiuas plures que īgrediunẽ: ⁊ etiaz per medicinas cōsolatiuas cū hoc: tñ a toto euacuant virtute scamonee ⁊ virtute collogntide ⁊ ellebori ⁊ turbith. Scōe tñ pillule sunt fortiores p̄mis ⁊ p̄me sunt appropriatiores capiti. Et ideo docet eis vti post cōmunes euōnes cū oxymelle mellito ad differētiā zuccharini. forsan qd̄ est de melle cāne: lz in hoc non sit magna instantia. Nō superflue vtaris pillulis de sceibar que scripte sunt supra in caplo generali curationis: ⁊ hoc est qꝛ timeẽ exiccatio ⁊ calefactio: ⁊ iō abscinde cū sentis malitiā complexionis ⁊c̃.

¶ Et post purgationē ꝑueni ad īfridationē ⁊ humectationē cū embrocis ⁊ alijs. Et fortasse nec̃iuz erit vt in die qnqes embrocēẽ ⁊ linianẽ capita ipoꝝ ex ꝺcoctiōe pedū ⁊ capitū ⁊ mulgeaẽ sup ipsa lac ⁊ ponaẽ sup ea butyrū crudū. Sitqꝫ itētio tua ī hūectādo maior itētione tua īfrigidādo. Uerūtñ si nō inuenis medicinas vehemētis hūectatiōis nisi fridas pone cū eis camomillaz.

¶ Quia mala cōplo calida ⁊ sicca vincit in maniacis: iō docet īfrigidare ⁊ humectare ꝓprie post euōnez remoueaẽ qd̄ īpressuz est: sed qꝛ humectare est difficili⁹ ⁊ securius: iō opz ꝙ tua intētio sit plus in humectādo. Si ergo nō habes nisi medicinas multum frigidas humidas vt violas flores nenufaris ⁊ similia: tūc misce camomillam: qꝛ remouet malitiā narcoticorum: vt supra in cañ. generali: ⁊ hec specialius declarabuntur in cap̃. de cura melancholie.

¶ Et fortasse necessariū erit tibi vt eos dormire facias medicamē tribuere eis in potu: dabis ergo ei ad bibēdum cū aqua granatoꝝ dulciū vt humectet: aut cū syrupo de prunis vt liniat: aut cū aqua ordei: ⁊ embroca eos cū aqua ordei ⁊ cū aqua in qua coctuz sit papauer vt dormiat: verū rectius est vt ponas in eo paꝝ camomille: ⁊ emulge sup caput lac ⁊ olea iuuantia ad illud sunt bona. Et cū administraueris embrocas ⁊ caputpurgia ⁊ olea humectātia. Jngenia vt dormiāt postea ꝺm dispōnez qua fit somnus ex embrocis ⁊ oleis faciētibus subeth ⁊ ꝓprie oleo ex lactucis. Et ī potu tribue eis qd̄ humectat sicut aqua ordei. Et nō des eis ad potandū aliqd qd̄ currat cursu oxymellis ⁊ in quo sit subtiliatio ⁊ desiccatio ⁊ īcisio. Et quotiēs videris naturā durā clysteriza infirmū vt nō eleuenẽ ad caput vapores īpedientes ex fece. Et opz vt in aquis ipsorum des eis in potu radices feni. syluestris ⁊ semē eius ⁊ radicē vitis albe ⁊ est alfesir quoniā sunt iuuatiua. Sitqꝫ ipsorum ex eis potio quaqꝫ die aur̃.j Si autem ea non biberint absconde illa in cibis eorum.

¶ Hic docet resistere accidētib⁹ maniacoꝝ. Et p̄mo vigilijs. Scōo stipticitati vētris. ibi (Et quotiēs videris.) Tertio furie. ibi (Et coram īfirmo.) ¶ Dicit p̄mo ꝙ fortasse ꝙ cū exuberāt vigilie nec̃iuz erit tibi medicamē eis ⁊c̃. vt eos dormire facias: dabis eis ad bibēduz. s. medicamē somniferū ⁊c̃. Jngenia vt dormiāt postea. s. abstinēdo rumores ꝺm dispōnez ⁊c̃. i. ꝺm ꝙ somnus fit ab his: qꝛ nisi sit regimē extrinsecū: ista nō p̄nt somnū ꝓuocare. ¶ Et nō des eis ad potādū ⁊c̃. Cōtra qꝛ supra cōcessit. ⁋ Dōm ꝙ duplex lr̃a reperitur. Una que dicit. ⁊ des. s. mistū cū alijs reb⁹. Alia dicit. ⁊ nō des. s. purum: vel nō des. s. cū intētio est ad somnū: sed qñ intētio eēt digō ⁊ resolō materie ⁊ abstersio. posset dari ⁊ oxymel ⁊ reliq̃ subtiliantia. ¶ Et opz vt des radices feniculi ⁊c̃. Cōtra qꝛ ista ꝓuocāt vrinā ⁊ per ꝯn̄s stringunt ventrē. Jterū ista sunt subtiliātia ⁊ exiccātia: sed talia sunt ꝓhibita. ⁋ Dicendū ad primuz ꝙ ista nō dantur tunc ad soluēdum ventrē: sed ad materie melancholice subtiliationez. Uel dicendū ꝙ dantur cū radice vitis albe: ⁊ tūc hoc medicamen soluit ventrē. ⁋ Ad scōm dicendū ꝙ subtiliatiua prohibentur cuz est intentio inductio somni: vt iam dictum est.

¶ Et coraz infirmo sedeat de quo verecundeẽ ⁊ quē timeat: ⁊ stringanẽ coxe ⁊ crura eius semꝑ vt assidue vapor ad inferiora trahatur. Qꝛ si timeẽ ꝙ seipsos ledant ligētur fortiter ⁊ intromittanẽ in cabijs ⁊ suspēdanẽ in suspēsorio eleuato quod est sicut argeatum.

¶ Quod dicit argeatum dicit littera extra ꝙ est genus īstrumenti quo aliquis eleuatur ⁊c̃.

¶ Et opz vt sint cibi eoꝝ humidi ꝺm oēm humiditatē: verūtamē opz ne cū sua humiditate sint ex eis que oppilationes venire faciunt sicut amilū ⁊ que similia sunt ei: illud eniz valde nocet eis. Et nō deẽ ipsis qd̄ plurimū ꝓuocat vrinā: illud. n. in ipsis nocet. Et relique cure ipsoꝝ in qb⁹ opz vt sibi timeāt ⁊ sibi caueāt sunt cura melīe ⁊ nos rememorabimur ei⁹ in suo capi. Cunqꝫ declināt nō est malū si ad potandū detur eis vinū plīm cōmistuz. Nā illud humectat eos ⁊ dormire facit.

¶ Hic ponit regimē ꝑ cibaria ⁊ potuz. Humidi vt resistaẽ siccitati humoris ⁊ corporis ꝺm oēm habitudinē. i. ꝺm omnē spēm manie. Uel ꝺm oēm habitudinē. i. ꝺm oēm moduz quo cibi p̄nt dici humidi. s. actu ⁊ po ͣ: ⁊ nāliter ⁊ artificialr̃: nō tñ debent eē oppilatiui vt amilū qd̄ hz quādā viscositatē: lz leniat pect⁹ ⁊ silīa: vt far siue candarusuz. Jllud. s. plīm ꝓuocās nocet. s. exiccādo nimis. Qꝛ aūt vinū cōmistū humectet est sermo. 4. cañ. fen. 1. ca. de cura tertiane. Cōcedit aūt in declinatiōe timēdo añ declinationē ne cōmoueat mãz ⁊ inflāmet: ⁊ marie sarracenis qb⁹ nō est cōsuetudo bibere vinū.

¶ De melancholia. Cap. 18m.

DIcitur melīa mutatio existimationū ⁊ cogitationū a cursu nāli ad corruptionē ⁊ ad timorē ⁊ ad malitiā ꝑꝑ cōplōnē melīcā faciētē syluestrē spūm cerebri iterius ⁊ faciētē ipm timidū ꝑꝑ tenebras ipsius sic̃ tenebre extrinsece sollicitāt ⁊ timere faciunt ꝺm ꝙ cōplexio friditatis ⁊ siccitatis ꝯ̄ria est spiritui debilitās ipm sicut cōplō caliditatis ⁊ humiditatis vt cōplō vini est cōueniēs ⁊ cōfortans.

¶ Jam determinauit de mania: hic determinat de melia. Et p̊ ma-
gis in cōi. Scđo determinat de qbusdā spālib⁹ modis melice pas-
sionis. ibi (Spēs melie.) ¶ Pria in tres. Prio determiat de ea q̄tū
ad sui eē ⁊ cās. Scđo ponit sigª. ibi (Signa.) Tertio curā. ibi (Op₃.)
¶ Prima i tres. Prio diffinit hāc egritudinē. Scđo cōparat eā ad
maniā. ibi (Lūq₃.) Tertio iuestigat ei⁹ cās. ibi (Et melācholie gdē.)
¶ Circa p̄mā ptē cōsiderādū p̊ circa diffinitū q᷑ melia accipit zʳ.
Uno mō pro humore melico. Scđo mō pro passiōe in qua fit nocu
mētū v̊tutū moraliū. Et iterū zʳ accipit. Uno° large vt cōiter se h₃
ad maniā: in qua est furor ⁊ audacia: ⁊ ad meliā ꝓprie dictā: i qua
est timor: ⁊ h̊ mō sumit īfra cū dicit. cūq₃ melia ⁊c̄. Alio° ꝓprie vt
distinguit ꝯ maniā ⁊ h̊ mō sumit hic accipiēdo ptes diffōnis ꝯiun-
ctim: qđ apparet cū dicit ⁊ ad timorē. Jn mania autē nō est timor.
¶ Scđo cōsiderādū circa diffōnē q᷑ ponit ibi aliqd tanq̄ genus. s.
mutatio. i. nocumētū siue ꝑmutatio a cursu nāli: ⁊ tūc si nocumētū
est ipsa actio lesa: melia est in numero accidētiū. si aūt nocumētū
est ipsa mutatio cōplonis cerebri: tūc melia est morb⁹ cōplonalis.
Ponit ēt aliqd loco differētiaꝝ. Et p̊ q᷑ est mutatio estimationū ⁊
cogitationū. i. v̊tutis estimatiue ⁊ cogitatiue: vt in h̊ cōprehendat
mutationē imaginatiue. ¶ Ex quo appet q᷑ i hac egritudie est plu
riū v̊tutū mutatio: vñ differt a ꝑmistiōe sensus ⁊ amētia ⁊ stolidi-
tate q̄ sunt nocumēta seorsū determinataꝝ v̊tutū: vt supra appa-
ruit. ¶ Sed dubitat q̄re nō dixit de nocumento memorie. ¶ Dōm
q᷑ nō forsan sic ledit in melica passiōe memoria sicut alie itrinsece
virtutes: l₃ ēt possit ledi: vt p₃ ex dictis in ca. de nocumētis memo
rie. Scđo tāgit alias dr̄ias cū dicit. ad corruptionē ⁊c̄. Jn hoc tāgit
quis modus nocumēti sit haꝝ virtutū. Nā ꝓprie est nocumētū qđ
est ꝑmutatio siue corruptio. Nā estimat qđ nō est: ⁊ cogitat quod
nō est. Per h̊ qđ dicit corruptionē itelligit nocumētū ꝑmutatiōis
imaginatiue siue estimatiue: q᷑ cōprehēdit qđ nō est extra reptū.
Uel i gn̄ali tāgit nocumētū ꝑmutatiōis haꝝ v̊tutū. Per h̊ qđ dicit
⁊ timorē ⁊ malitiā: tāgit spāliter qđdā nocumētū corruptiōis cogi
tatiue v̊tutis siue estimatiue si est vna virt⁹. Timor eni₃ sine causa
sign̄at defectū cogitatiue quo iudicat hō fugiēdū id qđ nō est fugiē-
dum: ⁊ hoc est iudiciū de intētione qđ pertinet ad estimatiuā. i. co
gitatiuā. Malitia est cū homo iudicat nocendū ei cui nō est nocen-
dum. ¶ Tertio cōsiderādum q᷑ Aui. assignat causam hoꝝ acciden
tium: ⁊ ꝓprie timoris ⁊ solitudinis timorose.

Dubᵐ pᵐ ¶ Ubi dubitat vtrū nigredo melie sit cā timoris i melicis. ¶ Uř q᷑
sic ꝑ Aui. hic ⁊ Gal. 3. de iterioribꝰ. 7. ca. ⁊. 5. de accidēti ⁊ morbo. vl
timo cap̄. ⁊ ꝑ Sera. 1. prac. 22. cap̄. Probat rōne: q᷑ sil'e vr̄ de tene-
bris exterioribꝰ ⁊ de iterioribꝰ: s₃ tenebre exteriores faciūt timere
hoīe₃ ⁊ tristari: g̊ tenebre iteriores. Hāc rōnē inuit Aui. hic ꝑalle-
gatis locis. ¶ Jn ꝯriū est Auer. 3. coll₃. penul. cap̄. q dicit q᷑ hec sūt
verba causationū. ¶ Et ꝓbat rōnibꝰ suis. Pria color nō est cā sub-
stātialis ad corrūpēdū oꝑationes aīe: s₃ nigredo melie est color: g̊
nō p̄t corrūpere oꝑatiōes aīe. cū igit tristitia ⁊ timor sint nocumē-
ta siue passiōes siue accidētia sequētia nocumēta cogitatiue: g̊ non
pn̄t fieri a colore. Maior ꝓpō ꝓbat: q᷑ si color posset ledere oꝑa-
tiones: tūc ꝓportio coloris eēt sanitas: ⁊ tūc spēs sanitatꝫ ⁊ egritu-
dinis eēnt a medicis īsufficiēter assignate. Probat scđo maior: q᷑
color nō vr̄ q᷑ possit agere nisi in visu₃ siue diaphanū. Hec eni₃ est
ꝓpō ꝑ se in scđo mō. color est visibilis vt Ari. 2. de aīa. ⁊ Cōmēta-
tor cōmē. 67. ¶ Scđa rō idē vr̄ de alijs egritudinibꝰ ⁊ de hac. i. acci
dētibꝰ virtutū cerebri vel alioꝝ mēbroꝝ: sed alie egritudines ꝓue-
niūt a modis male cōplonis ⁊ nō a colore: g̊ ⁊ iste egritudines. mi-
nor est nota. ¶ Tertia rō vadit ꝯ rōnē Gal. q dicit q᷑ tenebre exte-
riores faciūt timer ⁊ q̄si negat h̊. Et arguit sic. Jn obscuro nō adue
nit nisi ꝑuatio sensati sensu visus. s. ꝑuatio visibilis: s₃ ꝑuatio visi-
bilis nō facit timorē: g̊ obscuritas ꝑ se nō est cā timoris: s₃ solu₃ cā
ꝑuationis visibilis a sensu visus. Et q᷑ aliqs diceret q᷑ l₃ aīa exte-
rior. s. visiua ꝑuet visibili: tn̄ aīa iterior est illa q̄ cōprehendit tene-
bras exteriores: iō Auer. h̊ negat: ⁊ dicit q᷑ aīa in corpe. i. intꝰ exn̄s
nō videt terrorē nigredinis: q᷑ cōprehēsio timoris nigredis ē ꝑ vi-
sum. Et q᷑ ēt Auer. videbat cōcessisse aīa₃ itus ⁊ distinguere aīam:
iō dicit q᷑ h̊ est fatuū siue fedū: q᷑ aīa nō est intus nec extra: q᷑ iste
sunt dr̄ie pōnis siue loci. ¶ Quarta rō est quā ponit in theorica can
ticoꝝ: trac. 3. ca. de signis ꝓnosticis. cōmē. 13. al' in theorica cātico-
rū. cō. 354. ⁊ arguit sic. si melia ꝑ nigredinē facit timorē ⁊ tristitiā:
g̊ sanguis ꝑ albedinē ⁊ luciditatē facit letitiā. ꝯn̄s est falsu₃: q᷑ san
guis nō est albꝰ. ꝯn̄a ē nota: q᷑ oppositoꝝ opposite sūt cāe. ¶ Hec
qđ h₃ duas solōnes. ¶ Pria in qua cōcordat Auer. cū Gal. ⁊ est via
q̄ medicis est leuior: ⁊ itellexit eā Auic. hic: ⁊ ēt Gal. 3. de iterioribꝰ
7. cap̄. ¶ Propter quā sciēdū q᷑ tenebrositatē siue nigredinē melā
cholici hūoris eē cām tristitie ⁊ timoris pōt zʳ itelligi. Uno mō q᷑
sit cā sb̄alis. s. ꝑ se: ⁊ hoc mō nō est veꝝ ꝑꝑ rōnes Auer. quaꝝ effica
cior est q᷑ color nō est qualitas q̄ sit formal'r sanitas siue cā cōiun-
cta sanitatis: ⁊ iō sicut cerebrū ꝑ suā cōplone₃ agit oꝑa cogitatiōis
⁊ estimationis: ita ꝑ intēperātiā cōplonis ledit in suis oꝑationibꝰ.
cuius enim tēperies est sanitas: eiꝰ intēperies est morbꝰ: ⁊ hec est
fortior ratio pro Auer. Aliomō pōt itelligi q᷑ tenebrositas sit cā: q᷑
sit signū alicuiꝰ ꝓportionis siue cōplonis q̄ est cā huiꝰ: sicut dicere-
mus q᷑ reubarbaꝝ ꝑ citrinitatē purgat cholā₃: nō q᷑ citrinitas sit
cā sed est signū talis ꝓportiōis in cōplone reubarbari qua purgat
cholerā. Eodē mō tenebrositas ⁊ nigredo i melia nō est cā lesionis
actus cogitatiue v̊tutis: vñ sequat timor vel tristitia: s₃ est signum
modi cōplonis iꝓportionate pro oꝑatione aīe cogitatiue ⁊ esti-
matiue: vñ sequit iudiciū erroneū: vt timeat qđ nō est timēdum ⁊
tristet qs de quo nō est tristandū: ⁊ hoc est qđ Auic. dicit melia est
mutatio ⁊c̄. ad timorē ꝑꝑ cōplonē melicam. Ecce q᷑ Aui. reducit h̊
ad cōplonē melācholicā faciētē spūm cerebri syluestrē. i. saluaticū
siue feralē ⁊ fugitiuū ad īterius: ⁊ h̊ est qđ dicit īterius: vel. i. spūm
q est īteriꝰ: ⁊ faciētē spūm timidū. s. nō expādibilē ad extra ꝑꝑ te-
nebras ipsius. s. spūs ꝗm q᷑ ⁊c̄. q. d. l₃ dixerim ꝑꝑ tenebras: tn̄ tene-
bre nō faciūt h̊ nisi ꝑꝑ aliquā qualitatē siue cōplonē frigidā ⁊ siccā
melicā que est ꝯria cōploni spūs: ⁊ debilitat ipm. Spūs eni₃ ꝑ suā
cōplonē est fortis ad expādendū: s₃ ꝑ cōplonē melācholicā fit debi
lis ⁊ retrahit ītus. Cōplexio aūt sua ꝑ quā est fortis est cōplo cali-
da ⁊ humida ꝯria cōploni sicce ⁊ frigide melācholice: ⁊ iō vinū con
fortat spiritū. Apparet g̊ ex Aui. q᷑ cā huiꝰ nocumēti cogitatiue ⁊
estimatiue in melācholia reducit ad cōplonē. Color autē niger est
sicut signū illius cōplonis. Jde₃ sentit Gal. 3. de iterioribꝰ. 7. cap̄. cū
dicit. virtꝰ anime cōplonē corporis imitatur. ¶ Scđa solutio est
in qua reprobat Auer. ⁊ est bipartita. Una que vult ostēdere q᷑ te-
nebrositas melācholie ⁊ per ꝯn̄s spiritus melācholici est cā nocu-
mēti cogitatiue. Et ratio est: q᷑ tenebrositas siue nigredo est cā q᷑
spēs que in spiritu recipiunt nō recipiunt sub forma cōueniētis ⁊
iuuatiui: sed sub forma incōueniētis ⁊ horrēdi ⁊ nocitiui: sicut luci-
ditas est cā receptionis sub forma iuuatiui ⁊ cōueniētis: ergo tene
brositas siue nigredo spūs est cā timoris: sed luciditas est cā gau-
dij. Et per hāc rn̄sionē que fuit olim Mundini. Albertus. 5. de acci
denti ⁊ morbo in fine conat saluare cām medicoꝝ ⁊ cām Auerro.
Uult eni₃ q᷑ tam cōplo debita q̄ luciditas ⁊ claritas spūs sit cā bo
ne receptionis spēꝝ ⁊ sub forma iuuatiui. Simil'r cōplo ⁊ tenebro
sitas sint cā receptionis sub forma nocitiui. Hec solutio est appa-
rens: sed cū hoc qđ est ꝯ Auer. tn̄ Albertus credēs cōcordare non
soluit rōnē difficile₃ hāc. arguo igit sic. Omne qđ est īmediata ⁊ ꝑ
se cā male receptionis spērū cogitabiliū ⁊ estimabiliū i organo est
per se ⁊ īmediata cā lesionis oꝑationis: s₃ tenebra siue nigredo est
hmōi: ergo est per se cā lesionis oꝑationis. Maior est nota: q᷑ re-
ceptio est oꝑatio virtutis cogitatiue: vel oīs oꝑatio vel saltē vna
si iudicare est aliud q̄ recipere. Sed minor est Alberti ⁊ alioꝝ. Cō
clusio est falsa. Probat q᷑ tunc nigredo eēt formaliter morbꝰ: ⁊ co
lor. esset de qualitatibꝰ in quibus cōsistit sanitas ⁊ egritudo: qđ nō
vr̄ cōcessu₃: ergo est falsa aliqua premissarū siue sit maior siue mi-
nor īmo ambe: ⁊ h̊ est ꝯ eos. ¶ Alia via est que ponit hoc idem. Et
p̄mo ꝓbando q᷑ nigredo siue tenebrositas sunt per se cā īmediata
male receptionis: ⁊ ꝑ ꝯn̄s lesionis oꝑationis. Et arguit sic. spiritꝰ
īmo forsan corpꝰ cerebri recepit debite spēs sensibiles ꝑ duas na-
turas. s. cōplonē ⁊ luciditatē: ergo male recipiet ꝑ tenebrositatem.
añs est notū: q᷑ posito q᷑ cerebrū ⁊ spūs haberet suā cōplonē ⁊ nō
essent lucidi nō bene reciperēt exēplum in cornea. Scđo ꝓbando
q᷑ color niger siue tenebrositas pōt causare effectiue aliquā ma-
lam dispōnem per quā ledit operatio. Et primo probat in genere
sic: forma cui videt minus tribui actio apud medicu₃ est agens ad
oꝑationes mēbroꝝ: vt quātitas que nō est de potentijs actiuis: vt
Cōmētator. 4. physi. cōmen. 84. ⁊ in dispōne mēbrorū ponitur nā
agens siue coagens: vnde est queda₃ sanitas quātitatis ⁊ morbus
quātitatis: ergo eadē rōne īmo multo magis color vr̄ posse agere.
¶ Amplius spāliter al's exēplariter videmus q᷑ tenebra fugat spi-
ritū īterius. Jsta aūt fuga est aliqua mala actio ex parte virtutꝫ re
trahētis: ergo tenebra est cā egra ⁊ mala istius male fuge. Tene-
bra g̊ vel facit vt tenebra: ⁊ sic habet ꝓpositū. vel vt frigida: ⁊ h̊ est
falsu₃: q᷑ tenebra estiui aeris hoc pōt facere. Sequit ergo q᷑ tene-
bra ⁊ color pn̄t esse morbi: ⁊ pn̄t causare: l₃ sint causa extrinseca. s.
p̄mitiua h₃ q᷑ mouet imaginatiuā: ⁊ forsan Auer. cauit sibi ad hoc
cū dixit q᷑ color nō est cā sb̄alis. i. intrinseca. s. añs vel coniuncta.
¶ Ad rationes Auer. apparet solutio cū dicit color non est cā sub-
stantialis ⁊c̄. negat. Ad ꝓbationē primā cū dr̄ q᷑ color eēt morbus
hic op₃ hoc cōcedere l₃ sit negatū a me in qōne de sanitate: tn̄ au-
ctores nō fecerunt mentionē: q᷑ colores sequunt valde cōplone₃.
⁊ q᷑ morbi coloris ⁊ tenebre sunt valde appropriati ꝑtibꝰ quibus-
dam. s. cerebri. ¶ Ad aliam cū dicit q᷑ color solu₃ agit in visum. hic
op₃ hoc negare. Nam actione cognoscitiua agit in visu₃: sed alijs
actionibꝰ alibi agit sicut calidū ⁊ frigidū ⁊ sicut vapor: l₃ in hoc sit
dubium nō paruum: ⁊ dubitauit de hoc Auer. 2. de aīa cōmen. 126.
¶ Ad scđam

¶ Hic Aui.ponit canones curationis egritudinū oculi vt sunt alij egritudini cōplicate:ex quo diuertit cura.egritudo aūt cui maxime est apta ꝯiungi est dolor capitis:q₂ cerebrū est p̄ᵐ mēbruꝫ cui cōmunicat oculus:vt supra Aui.⁊ dicit ꝙ si ꝯiungit dolor capitis ⁊ passio oculorꝫ opꝫ a dolore capitis incipere.

¶ Sed diceret aliqs:p̄mo iste videt īcōueniēs:q₂ dolor capitis pōt seq ad dolorē oculi:vt Jesus haly tract.3.24.ca.qui remouebit curato oculo.nō igit opꝫ remouē p̄us illū dolorē. Dubᵐ 9ᵐ ¶ Ad intellectū huius est ꝯsiderandū ꝙ dolor capitis ⁊ dolor oculi possunt taliter se habere ꝙ vel dolor capitis p̄cedit ⁊ sequit eum dolor oculi vel ecōtra:vel vterq̄ꝫ est per seip̄m passio.siquidē dolor capit̄ p̄cedat ⁊ sequat eū dolor oculi debes regulariter prius curare capitis dolorē. Rō est:q₂ si tu inciperes a cura oculi:vel māᵐ repercuteres ⁊ sic augeres capitis dolorē:⁊ ex hoc iterū augebit dolor oculi.vl māᵐ resolueres ⁊ magis attraheres a capite existente repleto.⁊ qd̄ dico de dolore oculi ītelligat de alijs egritudinibꝰ. Et iō dicebat Jesus ca.1.scd̄i trac.qñ fuerit cū egritudinibꝰ oculi soda vehemens nō cures eū vsquequo mitiget soda ⁊c.sinaūt induces infirmo magnū maluꝫ. Dico tñ ꝙ irregulariter ⁊ coacte cogimur p̄us oculi dolorē quādoq̄ꝫ curare q̄ꝫ capitis dolorem remouere sicut si esset oculi dolor acutissimus dissoluēs virtutē:tūc festinamus cuꝫ aliquo sedatiuo doloris ⁊ iteruꝫ intēdimus ad caput. Si v̉o dolor capitis sit sequēs ad dolorē oculi sicut ꝙ sit pēdens a dolore oculi:q₂ sit per solā cōpassionē:dico ꝙ p̄us debemus regulari operatione curare oculi dolorē. Rō est:q₂ intentione sumpta a cā prius cām debemus abscindere. Similiter intentione sumpta ab ordine prius debemus curare morbū:quo nō curato īpossibile est aliū curare:vt apparet p̄mo cañ.fen.4.vlti.ca.⁊.7.terapē.circa finē. In ꝓposito vt presupponit:ita se hꝫ dolor capitis ꝙ dolor capit̄ est pendens a dolore oculi sicut vmbra ad corpꝰ.si aūt vterq̄ꝫ dolor sit per seip̄m:ita ꝙ vnus ab alio nō depēdeat:tunc intētio curatiua prior ⁊ posterior opꝫ ꝙ sumat vel a dignitate lese actionis:⁊ tunc incipiemus semper a capitis dolore:q₂ nobilius membruꝫ.vel a nocumento virtutis dispensantis totū:⁊ sic prius incipiemꝰ ab eo qui prauiora facit accidētia siue esset dolor capitis siue oculi.⁊ in hoc determinabit iudicium medici.

¶ Et cum euacuatio ⁊ mundificatio ⁊ regimē ꝯueniēs nō iuuant scias ꝙ tunc in oculo est cōplexio mala aut materia mala inuiscata in tunicis corrūpens nutrimētū penetrās ad ip̄m aut illic est d̄bilitas in cerebro aut loco in quo expellunt fluxus ad oculū.

¶ Hic Aui.ponit quēdaꝫ cañ.vt suus mos est in cañ.generalibus. ¶ Ad cuius cañ.intellectū est ꝯsiderādū ꝙ egritudines oculi que sunt de materiebꝰ que nō multū impresserūt curant per debitas euacuationes ⁊ dietas:⁊ sufficit post illud etiā leuis alteratio cōplexionis ad plurimū euacuatis materiebꝰ nō indigemus alteratione ꝓpter solā cōplexionē que remaneat.s.vniuersalis. Cū ergo tu curas aliquā oculi passionē ⁊ nō iuuat euacuatio.s.vniuersalis quā facis:nec mundificatio.i.euacuatio particularis:quecunq̄ꝫ sit illa ⁊ nō iuuat regimē ꝯueniens.s.per dietā ⁊ per alterationē que vident debere sufficere:tūc hoc est ꝓpter malitiā fixā in aliq̊ triū membrorꝫ.i.vel in membro recipiēte:vel in mēbro mittēte:vel in via qua fit trāsmissio:& vel in oculo est mala cōplexio.s.fixa habituata nō depēdens a mā:vel est ibi aliq̄ mā mala vehemēter infixa in tunicis:ita ꝙ euacuationi nō obedit:⁊ vtraq̄ꝫ tā mala cōplexio q̄ꝫ mala mā quecūq̄ꝫ sit est corrūpens nutrimentū ad oculū veniens:⁊ ideo euacuatio tua nō ꝓficit:q₂ semper materia renouatur:vnde Rasis scd̄o ꝯtinētis. Reumata quādo ꝓlongat eorꝫ fluxus colligunt in tunicis oculorꝫ malā cōplexionē fixam īmutantē quicquid ibi accidit etiā si bonū esset:vel illic.i.in tali passione oculorum est debilitas in cerebro qd̄ est membrum mittens:debilitas.s.vehemens vel fixa:vnde semper materie regenerātur:vel est debilitas in loco:ex quo.i.per queꝫ fluxus.i.materie pelluntur ad oculum sicut in vijs medijs:vnde semper generant aliquā malam materiam quā pellunt ad oculum.

¶ De cõmemoratione conseruationis sanitatis oculi ⁊ eorum que nocet ipsi. Cap.5^{m}.

Oportet in p̄mis vt ille q̄ laborat in ꝯseruãdo sanitatẽ oculi tueatur eũ a puluere ⁊ fumo ⁊ aeribꝰ egrediẽtibꝰ ab eq̄litate in caliditate ⁊ frigiditate ⁊ a vẽtis crudis ⁊ a venenosis.

¶ Superius Auicẽ. posuit cañ. gñales in curatione egritudinũ oculi: hic ponit cañ. in ꝯseruatione sanitatis oculi enumerãdo res iuuantes. Et p̄mo ponit hos cañ. ostẽdendo a q̄bus dꝫ cauere. Scd̃o enumerat res iuuãtes ⁊ nocẽtes. ibi (Res aũt quarũ vsus.) ⁋ Prima in sex. Primo ponit canones ꝯseruationis sanitatis quãtũ ad res nõ nãles que ad aerẽ reducunt. Scd̃o q̄tuꝫ ad motũ ⁊ quietẽ ipsius oculi vbi p̃ot annecti aliq̄d de accidentibꝰ aĩe. ibi (Et nõ assiduet.) Tertio q̄tũ ad somnũ ⁊ vigiliã. ibi (Et nõ ꝓlonget.) Quarto q̄tũ ad inanitionẽ ⁊ repletionẽ. ibi (Et scias.) Quinto q̄tũ ad cibũ ⁊ potũ. ibi (Et oẽs.) Sexto reuertit ad cõplenduꝫ cañ. in somno ⁊ vigilia. ibi (Et scias ꝙ multitudo.) ¶ Circa hãc partẽ est ꝯsiderandũ p̄mo ꝙ Auicẽ. istud cap̄lm vocat de rememoratione quasi velit dicere ꝙ magna pars istoꝝ que hic dicunt sunt posita alibi in alijs nostris libris. ⁊ maxime scd̃o cañ. ⁊ gñaliter tertia fen primi. ⁊ ideo q̄d hic dicit ſm maiorẽ parteꝫ est rememoratio. ¶ Secundo ꝯsiderandũ ꝙ isti canones maxime referunt ad oculũ temperatũ: q2 qñ auctores loquunt absolute de ꝯseruatione itelligũt de illo: q2 ad eũ oĩa referunt: vt Gal. in thegni trac. 2. tex. cõmẽ. 11. trac. testiculoꝝ. tñ medicus oẽs istas res applicabit ad alia corpora sana: diuersimode tñ ſm eoꝝ diuersitatẽ. Nã ex istis rebꝰ in q̄bus oculi nocent q̄dã sunt oculi qui nocent magis ⁊ q̄daꝫ minus: sicut. v.g. ab aere calido plus nocebit oculus cholericus. ⁊ eodem mõ est de rebꝰ iuuantibus. ¶ Tertio intelligẽdũ circa lr̃am ꝙ pulueres ⁊ fumi nocẽt exasperãdo oculũ ⁊ reddẽdo eius superficiem malã ⁊ fumus maxime nocet mordicando. vnde ꝓble. 31. ꝓble. 21. ꝓpter quid fumus oculos magis mordet: aer excedens in calido vel frigido permutat eius sanitatẽ cõplexionalẽ: ⁊ eodẽ mõ venti mali. s. venti crudi. i. faciẽtes crudũ vt sunt venti duri ⁊ fortes: vt v̄bi grã. boreales: vnde Hippo. 3a pti. afor. afor. 18. Quotidiane v̄o ꝯstitutiones boreales ⁊c. oculos mordent ⁊c. Per vẽtos venenosos intelligit ventos inflãmatos ⁊ malignos quales sunt in diebꝰ canicularibꝰ vt ponit lr̃a exterior. ⁊ idẽ vocabulũ habet a Serap. in sua practica tracta. 6. 2. cap. in rubrica. Deinde cum dicit.

¶ Et nõ assiduet intueri rem vnaꝫ a qua nõ auertat: ⁊ ex eis a q̄bꝰ opꝫ vt vere custodiat est multitudo fletꝰ: ⁊ opꝫ vt minoret aspectꝰ in litteris vel lineis subtilibꝰ nisi interdũ ſm semitam exercitij.

¶ Hic ponit cañ. ꝯseruationis sanitatis oculi per motũ ⁊ quietem ipsius. s. q̄tũ ad suã operationẽ visiuã ⁊ ẽt motiuã que ibi ꝯcurrit. ¶ Circa q̄d sciẽdũ ꝙ per intuitũ fixum ad rem vnam fit ab oculo multa spirituũ resolutio tam spirituũ visibiliũ q̄ motiuoꝝ resoluunt spũs visibiles ꝓpter exercitiuꝫ ꝯtinuũ visionis: sed resoluũtur spũs motiui: ⁊ per ꝯñs alij spũs: q2 lꝫ oculus in intuẽdo fixe rẽ vnã quiescat a motu locali: tñ ibi est virtutis labor tenẽtis musculos in tali situ post eoꝝ figurationẽ sicut si hõ tꝫ manũ extẽsaꝫ ⁊ videat q̄escere: tñ musculoꝝ virtꝰ laborat: vt p̃ot sumi a Gal. in lib. de tremore ⁊ rigore ⁊c. ca. 4. ¶ Scd̃o ꝯsiderandum ꝙ multitudo fletus p̃ot reduci ad accidẽtia aĩe inquantuꝫ est ibi tristitia: vel ad inanitionẽ inquantũ est ibi lachrymarũ ꝓuocatio ⁊ p̃ot reduci ad operationẽ vel ad motũ inquantũ est ibi aliqua operatio opposita risui. Quicq̄d tñ sit dico ꝙ fletus nimius p̃ot duobꝰ modis nocere. Primo: q2 est cã multe exiccationis ꝓpter multarũ lachrymarũ eũonẽ: ⁊ id̃o dicebat in scd̃o totius ꝯtinẽ. ca. 4. dixit Judeus. ploratus nimius debilitat visuꝫ ⁊ iducit ptisiꝫ. i. ꝯsumptionẽ oculi. Scd̃o mõ nocet: q2 ꝓpter motũ factũ in partibꝰ oculi ⁊ suoꝝ pãniculoꝝ multe mãe mouent versus oculos que sunt causa nimie repletionis: vnde videmꝰ aliquos post fletũ habere oculos inflatos. Ex quo apparet ꝙ fletus p̃ot esse causa multe exiccationis in oculis ⁊ etiã multe repletionis cũ diuersitate: vt visum est.

Dub^{m} p^{m}

¶ Sed tu dices que est cã ꝙ in fletu lachrymę currunt. ⁋ Dõm ꝙ duplex p̃ot esse res in cã. Una q2 ꝓpter tristitiã ⁊ motũ ꝯsequẽteꝫ in spiritibus ab intra ꝯcluso aliquo calore circa cerebrũ fit humiditatũ eliquatio: vnde currunt ad oculos: imo etiaꝫ ad os ⁊ ad nares. sic etiam fit motus in fletu partiũ spiritualiuꝫ ⁊ circa partes faciei oppositus motui risus quodãmodo vt sicut motu quodam in risu fit expressio talis gaudiosi cõceptus: sic motu q̄daꝫ in ploratu fit expressio tristis cõceptus: talis aũt motus calefacit ⁊ materias mouet. Alia causa est: q2 in tali mõ tristitie quo homo plorat quasi pãniculi cerebri ⁊ cerebrũ cõstringunt: vt nociuã rem ⁊ tristantẽ pellant: vnde accidit humiditates iferius pelli. ⁋ Notãdum tamen ꝙ fletus qui nocet est fletus imoderatus. Fletus aũt moderatus posset habere aliq̄d iuuamentũ ꝓpter duo: q2 oculuꝫ exiccaret aliqualiter. Scd̃o q2 aliquã facit materieruꝫ eũonẽ: ⁊ id̃o Auicẽ. solũ vituperat fletũ superfluũ. etiã Rasis. vnde in cõseruatione sanitatis pueri Auicẽ. fletũ tẽperatũ laudat ad caloreꝫ excitandũ ⁊ minorãdũ superfluã cerebri humiditatẽ. vnde. 3. fen. 1. fletus quoq̄ paruus ante lactationẽ ei cõfert. ¶ Tertio intelligẽdũ ꝙ intuitus in lr̃is subtilibus: vel p̃ot fieri per viã alicuiꝰ exercitij: ⁊ tũc ꝯfert q2 calidũ oculi excitat ⁊ sup̄fluitateꝫ resoluit: ꝓpterea q2 est quidã oculi labor. vel posset assidue fieri: ⁊ istud noceret ꝓpter resolutionẽ spirituũ oculi. in legẽdo enim lr̃as minutas laborat tam virtus oculi motiua q̄ visiua. Et laborat quideꝫ visiua ꝓpter difficultatẽ iudicij: ⁊ forsan q2 vult in hoc multã lucẽ. Laborat etiã motiua: q2 opꝫ ꝙ oculus figat ad paruissimas lr̃as ⁊ valde gradatim moueat. Et quodã mõ etiã possemus dicere ꝙ est labor in legendo litteras valde magnas q̄re oculus fatigat in motu magno de lr̃a ad lr̃am. Fatigatur etiã aliqualiter visiua in cõpressione magnoꝝ spatioꝝ vel quãtitatẽ lr̃arũ. ⁊ id̃o Mesue in suo de appropriatis auctoritate Aristo. laudat plus exercitiũ per intuitum ad lr̃as mediocres dicẽs hoc auctoritate Aristo. sic exercitatio legẽdi lr̃as mediocres visum corroborat ⁊ sanitatẽ custodit.

¶ Et non ꝓlonget somnus eius super collũ.

¶ Hic ponit canonẽ ꝯseruationis sanitatis per somnuꝫ: ⁊ dicit ꝙ nõ dormiant super collũ. ¶ Notandũ ꝙ dormire super colluꝫ est dupliciter. Primo q2 homo sup collo sustentet ⁊ caput deprimatur: ⁊ hoc est malũ q2 est causa motus materierũ ad caput dupl'r. Primo ꝓpter sitũ capitis depressum. Scd̃o q2 collum dolet vnde trahunt materie que postea ad caput possunt transire. Scd̃o dormit homo super collũ. i. suppinus: sicut. H. hoc mõ loquẽdi vtitur p̄mo ꝓnosti. cõmen. 17. cũ dicit. Oportet vt cõsideres ne sit decubitus infirmi super collũ suũ cadens in ꝯsuetudine. Iste aũt decubitus nisi sit nãlis est valde malus: q2 superfluitates que deberẽt per nares purgari retinent. simil'r etiã nõ bene possunt eũari per palatũ. Unde. A. p̄mo cañ. fen. 3. de regimine per somnũ ⁊ vigiliaꝫ dicit. resupine dormire est maluꝫ: ad malas p̄parans egritudines facit apoplexiaꝫ ⁊c. qm̃ superfluitates ⁊c. retinent ⁊ per suos non incedunt cãnales sicut nares ⁊ palatum.

¶ Et scias ꝙ m'ltiplicatio coitꝰ ẽ nocibilior res oculo.

¶ Hic docet oculi ꝯseruationẽ per repletionẽ ⁊ euacuationẽ q̄buꝫ p̃ot ãnecti coitus inquãtũ fit in eo euacuatio. ¶ Circa quã parteꝫ est ꝯsiderandũ ꝙ coitus moderatus cũ oĩ ꝯditione posita fen. 20. ꝯfert: q2 euacuat materias: ex quarũ retentione posset fieri visus tenebrositas ⁊ alia mala accidẽtia: sed coitus superfluus nocet: ⁊ de hoc Aui. loquit cũ dicit. multiplicatio coitus. Quis autẽ coitus superfluus toti noceat: tñ notabil'r iter p̄tes corporis plurimũ videt nocere oculis. ⁊ cã est que ab Arist. quarta de ꝓble. 2. ꝓble. 2. 32. q2 in coitu fit multa humiditatũ nãlium eũatio: ⁊ etiã spirituuꝫ q̄bus maxime oculus indiget. Alia cã est q2 coitus multum nocet stõcho vt fen. 13. tracta. p̄mo vlti. ca. sed nocumẽtũ stomachi mediante cerebro multũ oculis cõmunicat: vt supra dicebat.

¶ Et similiter multiplicatio ebrietatis ⁊ impletionis cibi ⁊ etiam somnus super repletionem.

¶ Causa est nota: q2 in ebrietate cerebrũ valde nocet propter vini vapores: vnde ebrietas dicit trasileos. i. capitis iectigatio vel passio: vt in cõmen. afor. 5e partic. afor. 6. si inebriatus aliquis ⁊c. Repletio aũt ex cibo nocet oculis ꝓpter multã euaporationẽ ad caput ⁊ somnus super repletionem. causa est q2 in tali somno multi vapores eleuant ad caput tendẽtes. Et notãdũ ꝙ nõ solũ somnus post multaꝫ ciboꝝ repletionẽ nocet: imo statim post comestionẽ: q2 cũ cibus nondũ ad stomachi inferiora descendit: vapor qui ab eo eleuatur ascendit ad caput ⁊ ledit oculũ: ⁊ ideo talẽ somnũ generaliter Auicẽ. vituperat p̄mo cañ. fen. 3. cap. de regimine per somnũ ⁊ vigiliã. Ex q̄bus opꝫ accipere ꝙ pro custodia sanitatis oculi nõ opꝫ statim post cibũ dormire siue cibus sit superfluus siue cõuenientis quãtitatis vt in hoc apparebit capitulo.

¶ Et omnes cibi ⁊ potus grossi ⁊ oĩa vaporẽ emittentia ad caput: ⁊ de sũma eoꝝ est omne q̄d hꝫ acuitateꝫ sicut porrũ ⁊ ãdacocha: ⁊ omnia que exiccãt sup̄flue: de quoꝝ sũma est sal multus: ⁊ oĩa ex quibus generat vapor multꝰ sicut caulis ⁊ lens: ⁊ omnia que diximus in areolis medicinarũ singularĩi que sunt proportionata ad hoc sunt nocitiuo oculo.

¶ Hic ponit regimen per cibū ⁊ potū. ¶ Ad cuius itellectū ꝯsiderandū est ꝙ Aui. in q̄nq̃ gn̄a reducit cibos ⁊ potus oculis nocitiuos. s. in cibaria grossa: vt sunt legumina ⁊ carnes vaccine ⁊ similia. ⁊ dicunt̃ grossa q̄ꝛ grossuꝫ gn̄ant humorē: siue sit grossities terrea sicca sicut est caseus ⁊ caro salita: siue sit grossities viscosa sic̃ pisces. Unde Aui. z. can̄. ca. de piscib⁹. dicit ꝙ acquirūt cecitatē: ⁊ ista cibaria nocēt q̄ꝛ spiritū visibilē ingrossant: ⁊ ideo multū vituperant̃ carnes vaccine ab Alchana mosali lib. p̄mo ca. de reb⁹ nocentib⁹ oculo. ca. 4. ¶ Scd̄s ordo cibarioꝝ est eoꝝ que mittūt vaporē ad caput: ex qb⁹ gn̄at̃ multus vapoꝛ. ¶ Sed diceret aliquis q̄re Aui. dixit vaporē mittentē ad caput: postea dixit: ex qbus generat̃ multus vapoꝛ. ¶ Dd̄m ad hoc ꝙ res pōt dici vaporosa tripliciter. Uno mō mālit̃ q̄ꝛ subijcit̃ pro mā̄ vapoꝝ sicut sunt oīa grossa nō vincibilia a calido in digōne: sicut sunt fructus ⁊ legumina. Unde. A. fen. 13. ca. de egritudinib⁹ stomachi nihil adeo vaporosum: vt fructus ⁊ legumina etiaꝫ ponunt̃ vaporosa: vt. A. fen. 13. trac. 5. ca. p̄mo. explicat de lente ⁊ faseolo. Fabe etiā sunt vaporose: vt in cōmen. regi. acu. sup illo verbo. ptisana v̓o ordeacea. Secūdo mō aliq̄ dicunt̃ vaporosa actiue: q̄ꝛ sui caliditate cū obuiant mā̄eb⁹ illas euaporāt sicut calida: vt alliū. vnde. 4. regi. acu. cōmē. 94. Alliū fissam. i. vētositatē facit. Uinū etiā ponit̃ hoc mō esse vaporosum: lꝫ etiā vinū sit mā̄ vapoꝝ. Notādū tamē ꝙ illa que sunt actiue vaporosa nō semper faciūt vaporē: imo q̄nq̃ vapores ⁊ vētositates dissoluūt sicut q̄n nō inueniūt materiā a qua vaporē eleuent. Et ꝑpter hanc cām̄ alliū in qbusdā facit ventositatē ⁊ dolorem ventosum: ⁊ in qbusdam sedat dolorē resoluendo ventositatem: vt. 12. terapen. 8. cap̄. vbi alliū dicit tyriacaꝫ rusticoꝝ. Tertio aliqua sunt vaporosa mālit̃ ⁊ effectiue simul sicut radix que comedit̃ ⁊ raffanus: q̄ꝛ hꝫ partes humidas grossas que ꝯuertunt̃ in vaporē ⁊ habēt partes calidas acutas que vaporē gn̄ant: ⁊ iō sunt multe euaporationis. Auicē. ergo dixit. vaporē emittētia. quantū ad ea que agunt vapores effectiue vel actiue ⁊ mālit̃. ⁊ dixit. et omnia ex quibus generat̃ multus vapoꝛ quātū ad ea que sunt materialiter vaporosa. ¶ Considerandū vlterius ꝙ vapoꝛ pōt dupl'r accipi. Uno mō ꝑprie vt distinguit̃ ꝯtra ventū sicut vapoꝛ dicitur quādo quiescit: sed vētus quādo mouet̃ vt zoar lib. z. tract. 7. ca. 28. ⁊ hoc mō nō sumit̃ vapoꝛ hic. Alio mō sumit̃ large pro vapore vel vento vel fumositate: ⁊ isto mō hic sumit̃. ¶ Tertiū genus ciboꝝ visui nocentiū est habentiū acuitatē sicut porrū ⁊ andacocha ⁊ species trifolij: ⁊ sic intelligat̃ de cepe ⁊ similibus. Causa aūt est: q̄ꝛ eoꝝ acuitate corrumpunt sanguinē: vnde malus generat̃ spūs similiter: q̄ꝛ ista acuta mouēt similiter vapores ad caput. ¶ Quartum genus est ciboꝝ exiccātiū sicut multus sal. ⁊ causa est: q̄ꝛ oculus ꝯsistit plus in ꝑportione humiditatis: ⁊ ideo humidi defectus maxime sibi nocent. Ex hoc apparet quare Auicē. nō fecit mētionem de humectantibus rebus. causa est q̄ꝛ exiccantia ꝑprius nocent visui q̄̃ humectātia. ¶ Quintū genus ciboꝝ est eoꝝ qui a ꝑprietate nocent: sicut. v̓. g. anhetum: ⁊ hoc forsan voluit dicere ꝙ sunt ꝑportionata. i. que hn̄t ꝑportionē vel ꝑprietatē que nocēt.

¶ Et scias pro multitudo vniuscuiusq̃ duoꝝ. s. somni ⁊ vigiliarum est vehementer nocitiua oculo ⁊ magis cōueniēs ei est tēperamētū vniuscuiusq̃ eoꝝ.

¶ Hic cōplet canones ꝯseruatiuos per somnū ⁊ vigiliā. Causa aūt eius qd̄ dicit est. q̄ꝛ somnus superfluus resolutionē ꝓhibet: vnde caput repletur ⁊ tandē oculi: sed vigilie nimis resoluūt: vnde corpus exiccatur. ⁊ sicut somnus per se facit euenire egritudines repletionales: ita vigilia per se facit accidere egritudines inanitionis: lꝫ vtrūq̃ posset vtrūq̃ facere euenire. ¶ Sed dices tu esto ꝙ homo peccaret in altero istoꝝ ad qd̄ debet mag̃ declinare. ¶ Dicendū ꝙ in corpore tēperato eēt difficile rn̄dere: ⁊ eēt plus respōsio estimatiua q̄̃ alia. in corporib⁹ aūt distēperatis si sint apta morbis repletionalibus plus debēt peccare in vigilijs. si aūt sint apta morbis resolutionis plus debent peccare in somno.

¶ Res aūt quarū vsus confert oculo ⁊ cōseruat virtutem ei⁹ sunt ea que fiunt ex anthimonio ⁊ thutia sicut spes thutie nutrite cū aqua sansuci ⁊ aqua feni. ⁊ facere colyrium omni hora ex aqua feniculi est mirabile ⁊ magni iuuamenti: ⁊ infrigidatio granati dulcis est mirabilis etiam: ⁊ puluis etiā factus ex granatis vtrisq̃ cum pulpis suis decoctis in thanor cum melle: ⁊ sicut scies illud in loco suo: ⁊ ex eis autem que abstergunt oculum ⁊ acuunt ipsum est submergi in aqua clara et aperire oculum in ipsa.

¶ Hic Auicē. nominat res que ingrediuntur conseruationeꝫ sanitatis oculi: ⁊ res nocentes vt eas euitemus. Primo ergo enumerat res ꝯferentes. Scd̄o nocentes. ibi (Renū aūt visui.) ¶ Ad intellectum prime partis considerandum ꝙ res que oculi sanitatē conseruant: vt ponit Mesue in suo de appropriatis faciunt hoc quinque modis. quedam faciunt hoc suam superficiem seruando in sua dispositione naturali: scilicet bene politaꝫ ⁊ tersam. quedā cōseruando cōplexionem naturalem. quedam faciunt hoc cōseruando sui debitā organizationem. i. talem compositionem quam habēt. verbigratia suam figuram. quedā faciūt hoc seruando debitam vnitatē partium. ⁊ quedam cōfortando spirituꝫ visibilem. In istis enim proportionatis stat oculi sanitatis. Auicē. ergo enumerat res visus sanitatē conseruantes quātum ad has intentiones: ⁊ hoc quantū ad ea que extrinsecus applicātur. Nam anthimonium ⁊ thutia cum sint medicine frigide ⁊ sicce sine mordicatione ⁊ maxime tuta cōueniunt cōplexioni frigide ⁊ sicce pellicularum oculi quibus occurrunt: ⁊ sic oculi complexionem seruant scilicet quantū ad tunicas: etiam inquantū prohibēt materias in oculum recipi: ⁊ cōfortant partes eius ⁊ aggregāt. Possumus dicere ꝙ conseruant debitam organizationē ⁊ vnitateꝫ. Unde Serapio capitulo de thutia. Thutia lota desiccat humiditates que veniunt ad oculum ⁊ prohibet eas venire ⁊ ingredi tunicas eius. Aqua v̓o feniculi habet cū sua ꝑprietate abstergere leuiter superficiem oculi: ⁊ ideo eius sanitatē cōseruant superficiem tenendo leuem. sua etiā ꝑprietas est multa in visu: vt omnes auctores affirmant: vnde animalia exeuntia de cauernis natura decocta fricant oculos super feniculo ⁊ comedunt: vt Mesue ponit et Serapio ⁊ Diascorides. Infrigidatio autē granati dulcis cōfert propter suam debitā frigiditatē qua cōuenit frigiditati oculoꝝ ⁊ per lenitatē ⁊ aliquā leuem abstersionē q̄̃ per suā dulcedinē habet: et ideo duabus intentionib⁹ cōseruat oculi sanitatē. s. cōseruādo cōplexionē ⁊ tenendo superficiē lenē. ¶ Sed tu dices quare Auicē. dixit īfrigidatio granati. Amplius quomodo res frigide ⁊ calide que sunt cōtrarie cōseruāt oculi sanitatē: ⁊ ex hoc vnum effectuꝫ inducunt. ¶ Dicenduꝫ sicut sumit̃ ab Aristo. ꝑble. 9. ꝑble. 9. nō est incōueniens res cōtrarias conferre oculo diuersimode. Sanitas enim oculi nō cōsistit in natura vna: sed in pluribus. Ea ergo que sui cōplexionē seruāt possunt esse frigida ⁊ possunt esse sicca que ab extra occurrūt: ea que sui organizationē ⁊ superficiē cōseruāt ⁊ que laxum prohibēt possunt esse calida inquantū abstergunt et frigida stipticando. ¶ Ex quibus soluit̃ secūda instātia: ⁊ apparet solutio ad primū quesitū. Nam Auicē. posuerat multam vtilitatē aque feniculi que est calide cōplexionis. Si dixisset granatū conferre credidisset quis ꝙ hoc esset inquantū dulce lenitiuū non inquantū habet aliquā frigoris mensurā: vt ergo ostendat ꝙ etiam per sui debitam infrigidationē potest conferre dixit. infrigidatio granati dulcis. dixit aūt dulcis: q̄ꝛ purum granatū acetosum esset nimis infrigidans vel mordicans: ⁊ ideo granati acetosi expressio nō approximatur nisi dulcoret̃ cū melle vel alia re. ⁊ in hoc Auic. sequit̃ modum loquendi Rasis in cōtinente libro scd̄o cap̄. z. vbi dicit sic loquens de rebus cōuenientib⁹ oculis. Refrigeratio que fit ex succo granatorū ⁊ vocatur abstersio oculorū ⁊c̄. Puluis v̓o granatorū duorū. s. dulcis ⁊ acetosi vel aqua. i. expressio eorum: vt habet littera alia confert: q̄ꝛ abstergit ⁊ temperate infrigidat et stipticat oculi partes: ⁊ hoc facit per diuersas virtutes que sunt in isto medicamine cuius compositionē scies in loco suo. s. tract. 4. 1. cap̄. Submergē oculos in aqua clara dicitur ꝙ confert. Primo per aliquam vim lauatiuā. Secūdo q̄ꝛ confortat spirituꝫ visibilem aggregando eū. Ex quo apparet quis debet esse cui hoc cōfert: q̄ꝛ homo calide complexionis in oculis ne excessus frigoris aque debilitaret debilē calorē habētis oculū frigide cōplexionis. Secūdo in quo tempore debet fieri: q̄ꝛ maxime in estate q̄ꝛ oculi sunt calidiores. Tertio quale vas debet esse: q̄ꝛ dicit̃ a quibusdaꝫ ꝙ vas debet esse viride vitreum: vt viriditate cū claritate conferat. Quarto aq̄ debet esse clara ne turbulētia sua oculos exasperet. ¶ Ulterius est considerandū. Diceret aliquis quare Auicen. nō nominauit res visui conferentes que comedunt̃ vel bibuntur. ¶ Dicendū ꝙ si posuisset bene fecisset: tamē dedit intelligi ex his que supra dixerat: cū enumerauit cibaria mala. ¶ Considerandū etiā circa expositionē vocabuloꝝ ꝙ thutia nutrit̃ quando ipsa in aliquo succo vel aliquo liquore infunditur. Dicit̃ autem nutriri ⁊ lauari. Nutriri est quādo vis ꝙ thutia recipiat virtuteꝫ a liquore in quo infundis: ita ꝙ virtus liquoris remaneat in thutia. Fit aūt hoc duob⁹ modis. Primo permittendo longo tempore thutiam in liquore permanere. Secūdo in mouēdo thutiā vt ad se trahat liquorē. Lauare aūt est quādo solū vis īmunditiā vel partes acutas abijcere q̄̃uis nō cures ꝙ virtus liquoris in thutia remaneat ⁊ fit agitādo thutiā cū aqua post eius triturationeꝫ ⁊ quietē cum

aqua vel

aqua vel aliquo liquore. Auicen. ergo hic potest ĩtelligere per thutiam nutritam siue sit nutrita siue lota. Modus autem preparationis ⁊ factionis thutie: vide a Seruitore ⁊ a Serapio. c. de thutia. Sansucus. i. maiorana vel persa. in tenor. i. instrumentum siue vas in quo fit talis decoctio. aqua feniculi. s. distillationis vel decoctionis vel aqua que resudat ab eius virgultis cũ ad ignem ponunꝫ: quã multum laudat Diascorides ⁊ Serapio.

¶ Rerum autem visui nocibilium alie sunt operationes ⁊ motus ⁊ alie sunt cibi ⁊ alie sunt dispositiones cõuersionis in cibis.

¶ Hic Aui. enumerat res visui nocẽtes. Et pͦ pmittit diuisionem. Scdͦo mẽbra diuisionis exequiꝫ. ibi (Operatiões.) ¶ Circa quaꝫ partẽ intelligẽdũ est ꝙ operationes dicunꝫ actiões virtutum: sed motus dicunꝫ agitationes vel motiones ille vel ad illud ꝯsequentes: vel alij motus. vͦ. g. vomitus est virtutis oꝑatio: sed agitatio facta in cerebro a vomitu nõ dꝫ dici operatio sed motus. Silr̃ potatio vini est operatio: sed iectigatio vel calefactio facta in cerebro dꝫ dici plus motus. Silr̃ balneatio est motus ⁊ non est ꝓprie operatio. ¶ Sed tu dices qũo operationes virtutũ nocent oculis cũ virtus sit posita ad salutẽ ĩ aĩali: vt Gal. 3. de crisi. 8. cap̃. ⁊ Dicẽdũ ꝙ virtutis operatiões ĩdebite facte sunt cause nocumẽti nõ tñ cũ debite fiunt. ¶ Scdͦo ꝯsiderãdũ ꝙ dispões ꝯuersionis. i. trãsmutatiõis in cibis sunt dispões in digestiõe ciboꝝ: qꝛ digestio cõuersio est. Differt enĩ nocumẽtũ a cibo malo ꝓueniens ⁊ nocumẽtũ qdͦ ꝓuenit ab eo ꝓpter ꝯuersionẽ: qꝛ cibus posset esse bonus: ⁊ tñ conuersio sua mala in stomacho faceret eum nociuum.

¶ Operationes autem ⁊ motus sunt sicut omnia que exiccant sicut coitus plurimus: ⁊ longitudo aspectus ad luminosa ⁊ legere subtilia superflue. medium enim in eo confert. similiter operatio paruorum ⁊ somnus super repletionem ⁊ cenam: imo oportet illum qui in visu habet debilitatem expectare donec digestio fiat: deinde dormire: ⁊ omnis repletio nocet ei: ⁊ omne qdͦ exiccat naturam nocet: ⁊ omne quod sanguinem turbidat siue sit de rebus salsis siue acutis siue alijs nocet ei: ⁊ ebrietas nocet ei.

¶ Hic exequiꝫ. Et pͥmo enumerat res visui nocẽtes que sunt operatiões ⁊ motus. Scdͦo que sunt cibi. ibi (Cibi vͦ.) Tertio que sũt dispões cõuersionis in cibũ. ibi (Cõuersio aũt.) ⁊ Prima in tres. Primo enumerat quasdã res nocẽtes que sunt oꝑatiões ⁊ mot⁹. Scdͦo spãliter ostẽdit de operatiõe que est vomitus. ibi (Uomit⁹ aũt.) Tertio cõplet narrationẽ haꝝ reꝝ. ibi (Balneo.) ¶ Considerãdũ ꝙ per operationeꝫ paruoꝝ possumus intelligere ſm quorũdã expositionẽ fletũ: qꝛ paruoꝝ ⁊ pueroꝝ. s. inuicẽ est plorare. Ista tñ expositio lꝫ sit rhetorica: nõ tñ est ad mentẽ Aui. qꝛ statiꝫ dicet: ⁊ fletus plurimus: ⁊ ideo ꝑ oꝑationẽ paruoꝝ ĩtelligem⁹ artes circa minutissima sicͭ est ars faciẽtiũ ornamẽta de margaritis ⁊ ꝑforantiũ acus minutas ⁊ silia: ⁊ cõcordat cũ dicto Aui. trac. 4. 2. ca. vbi resumit hoc cũ dicit. ⁊ similiter actiões minute. ¶ Scdͦo ꝯsiderandũ ꝙ oẽ qdͦ naturaꝫ. i. ventrem exiccat. i. stipticat nocet: qꝛ est cã motus fumoꝝ ad caput ⁊ materierum corruptarum.

Dubm 2m ¶ Dubitaꝫ qd sit pei⁹ oculis: an ventrẽ esse nimis solutuꝫ an nimis stipticũ. ⁊ Ur̃ ꝙ vẽtrẽ eẽ nimis fluxibilẽ sit peius: qꝛ Ari. ꝓble. 4. ꝓblema. 3. querẽs cãm quare eunuchi nõ habẽt acutũ visuꝫ. rñdet ꝙ est ꝑꝑ fluxibilitatẽ vẽtris eoꝝ: vñ dicit eunuchis crura inflanꝫ ⁊ vẽtres bñ fluxibiles sic deorsum mutato humido. ⁊ In ꝯ̃riũ Auicẽ. qui de sola ventris stipticitate facit mẽtionẽ. ⁊ Dõm ꝙ vẽtris fluxibilitas est peior in faciẽdo euenire egritudies inanitiõis vel exiccatiõis oculi: sed cõstrictio vẽtris põt dici peior in faciẽdo venire egritudines repletiõis vel mãles. ¶ Sed tunc postea restat querere que egritudines sunt peiores an materiales an egritudines inanitiõis in oculo. ⁊ Et dõm ꝙ egritudo large põt dici peior tribus modis. Uno mõ ex difficultate curatiõis: ⁊ vt sic est peior morbus oculi ꝑ viam inanitionis: qꝛ difficilius est curare morbos inanitionis ꝙ̃ repletionis: vt ponit Mesue in suo de consolatiõe medicinaꝝ. penul. ca. Alio mõ dici peior intẽtiõe lesione operationis: ⁊ hoc modo videmus oculũ fortius ledi pͥsentijs materieꝝ ꝙ̃ resolutionibus ⁊ exiccationibus nisi quis vellet exiccationẽ nominare humoꝝ oculi eruptionẽ: ⁊ ſꝫ hoc equaliter lederẽt materiales egritudines in vltimo: ⁊ egritudines inanitionis in vltimo: qꝛ vtraqꝫ ducit ad cecitatẽ. Tertio modo põt dici egritudo peior pluralitate modoꝝ eius ⁊ plurium euentuuꝫ: ⁊ vt sic egritudines mãles sunt peiores: qꝛ pluries accidunt: ⁊ qꝛ sunt plurium modoꝝ ꝙ̃ sint egritudines oculi exiccatiõis. Ex qbus apparet solutio ad cõtraria. ¶ Tertio est ĩtelligendum ꝙ illa q̃ sanguinẽ turbidãt sunt salsa: ⁊ hoc ꝑ cõuersionẽ ad siccitatẽ terreã. ⁊ acuta: ⁊ hoc per inflãmationẽ ⁊ ebullitionẽ siue alijs sicut vaporosa ⁊ generãtia sanguinẽ melĩcũ. Ex sanguine aũt turbido fit spũs turbidus. Reliqua que in hac parte ponunꝫ sunt declarata superius.

¶ Uomitus aũt confert ei inquantum mundificat stomachum: ⁊ nocet ei inquantũ mouet materias cerebri ⁊ expellit eas ad ipm: ⁊ si nõ fuerit excusatio quin fiat: tunc opꝫ vt fiat post cibum ⁊ cum facilitate.

¶ Hic spãliter ostẽdit de vomitu qũo se habeat in nocẽdo ⁊ iuuando ⁊ qualiter dꝫ fieri. ¶ Ad cuius ĩtellectũ est ꝯsiderandũ ꝙ Aui. de vomitu duo dicit. Primo qualiter ꝯfert ⁊ qualr̃ nõ. ⁊ pꝫ. Scdͦo qualiter ꝓuocetꝫ si eius necessitas est: qꝛ fiat faciliter: sed cum fit post cibũ facilius fit: ⁊ ideo post cibuꝫ fieri dꝫ semꝑ: tñ Aui. vult ꝙ recordemur aliarũ cõditionũ q̃ debent attendi in prouocatione vomitus que ponunꝫ lib. 1. fen. 4. cap̃. de regulis vomitus.

¶ Sed vt clarius appareat mens Aui. dubitaꝫ: vtrũ vomitus cõferat in egritudinibus oculi. ⁊ Et videꝫ ꝙ nõ ꝑ Aui. pͦ cañ. fen. 4. ca. de vomitu. vbi dicit. Et vomitus qdem corpori confert sed visui nocumẽtũ facit. Idem sumiꝫ de mẽte Halya. 1. prac. ca. 12. cap̃. de regimine corporis ꝑ mũdificationẽ. Probaꝫ rõne. illud qdͦ nocet auribus multo magis nocet oculis: ſꝫ vomitus est hmõi: ergo ⁊c. Maior est nota: qꝛ oculus est sensibilior ꝑs ꝙ̃ auris. ponitur eniꝫ mẽbrũ sensibilissimũ a Gal. 13. terapẽ. vlt. c. ⁊ a Rasi in. 2. ꝯtinẽtis. Minor est Aui. primo lib. fen. 4. cap̃. de vomitu. vbi dicit. Uomit⁹ cũ suis iuuamẽtis plerũqꝫ affert egritudines sicut generat surditatẽ. Amplius illud maxime nocet oculis in quo de oculoꝝ custodia maxime sollicitamur: ſꝫ hoc est in vomitu. Aui. eniꝫ pͥcipit pilas sup oculos teneri cũ fit vomitus. ⁊ In ꝯ̃riũ arguiꝫ ꝑ Auicẽ. fen 4. ca. 13. vbi dicit. Uomitus remouet grauitatẽ que accidit capiti ⁊ clarificat visum. ⁊ Dõm ad hãc dubitationẽ: vt. A. ĩnuit ꝙ egritudines oculi vel sunt sine mã: ⁊ de istis nõ dubitaꝫ: qꝛ vomit⁹ nõ ꝯfert sed nocet. Uel sunt egritudines mãles: ⁊ iste vel sunt de mã oculo appropriata q̃ iã in eo gescit: vel sunt de mã cerebri vel stomachi vel alioꝝ mẽbroꝝ. Siqdẽ egritudo oculi sit de mã q̃ iam in oculo gescit vomitus nocet sicut. vͦ. g. in cataracta cõfirmata. Rõ ẽ: qꝛ vomit⁹ nõ euacuat illã mãꝫ: imo agitat eã: ⁊ facͭ magꝭ mãꝫ fluere ad oculũ. vñ ĩ. 2. ꝯti. patiẽtes cataracta nõ debẽt vomere: qꝛ vomit⁹ ĩducit fluxũ reumatũ. Si vͦo fit de mã cerebri ẽt vomit⁹ nõ cõfert. Rõ ẽ: si vomit⁹ in egritudinib⁹ cerebri nõ ꝯfert: nisi ille sint in stomacho frido: alr̃ a stõcho facte: ꝗ multominus ꝯfert egritudinibus oculoꝝ q̃ a cerebro pendẽt: ſꝫ sic est ꝙ vomitus nõ cõfert in passionibus cerebri q̃ nõ sunt a stõcho: vt. A. supra fen. 1. c. de cañ. vlibus curatiõis egritudinũ cerebri. vbi dicit. Uomitus est ex eis qbus nõ est iuuamẽtũ in curis egritudinũ capitis nisi fiãt ꝑ cõitatẽ mãe in stõcho. Et si cogeremur restringere auctẽꝫ istã Aui. dicẽdo ꝙ in egritudinibus capitis de mã capiti appropriata vomitus ꝯferat qdͦ dico: qꝛ Alexã. pͥmo. prac. cap̃. de epilepsia cerebrali. vbi post capitis purgationeꝫ expedit vomitibus exagitare corpus. Dicemus ꝙ cũ ille vomitus sit valde violẽtus si dꝫ ĩde mãm trahere plus nocebit oculis ꝑ cõmotionẽ ꝙ̃ iuuet ꝑ mãeꝝ capitis euoneꝫ. Si vͦo fit de mãebus alioꝝ membroꝝ a stõcho: dico ẽt ꝙ vomitus nõ ꝯfert. Rõ est: qꝛ ab alijs membris materia ꝑ vomitũ nõ potest euacuari nisi fit vomitus valde violẽtus: sed talis vomitus nocet oculis ꝑꝑ multã cõmotionẽ. Aui. ꝗ ponẽs ꝓ certo ꝙ vomitus nocet in oĩbus egritudinib⁹ oculi nisi sint egritudines a stõcho: iõ de oĩb⁹ omisit ⁊ solũ dubitauit an in egritudinib⁹ oculi depẽdẽtibus a stõcho ꝯferat vomitus: ⁊ in hoc nulla est rñsio nisi illa quã Auicẽ. facit. s. ꝙ in vomitu est iuuamẽtũ ⁊ nocumẽtũ ei. s. oculo. est iuuamẽtũ inquãtũ mũdificat stõchum. ⁊ ex hoc mãe que vadũt a stomacho ad oculũ aut debẽt ire purganꝫ. est aũt nocumẽtũ inquãtũ mouet mãs cerebri. i. mãs q̃ sunt in cerebro siue venerit a stõcho siue sint ꝯgregate in cerebro. ille aũt mote ꝑꝑ violẽtiã vomit⁹ pellunꝫ ad oculũ ꝑꝑ cõmotionẽ in eo factã: ⁊ ꝑꝑ debilitatẽ quã hꝫ ex egritudine: ⁊ hoc est qdͦ dicit. ⁊ expellit eas. s. vomitus. i. est cã expulsiõis ad ipm. s. oculũ. Et iõ si necessitas cogit ad faciendũ vomitũ: qꝛ mã stõchi a qua ꝓuenit egritudo in oculo nõ põt mũdificari nisi vomitu: tũc opꝫ ꝙ fiat faciliori mõ quo est poẽ vt non fiat in oculis multa agitatio. Facilius aũt fit vomit⁹ post cibũ: ⁊ iõ tũc est melius illũ facere ⁊ fit cũ minori agitatione: ⁊ hoc est qdͦ dicit. ⁊ si nõ fuerit excusatio quin fiat vomitus: tũc opꝫ ꝙ fiat post cibũ ⁊ cũ facilitate. ⁊ iõ Rasis scdͦo ꝯtinen. auctoritate Ruffi. ẽt post comestionẽ pͥcipit vomitũ in obscuritate visus. Si aũt mã stõchi posset alr̃ mũdificari ꝙ̃ vomitu: nõ opꝫ tẽtare vomitũ: qꝛ illa est via ĩfallacior: sed euacuare cũ vomitu fallacior est cũ possit eẽ cũ ĩforma- Dubm 3m

tione oculi ꝓpter motū in eo factū. ista aūt est vna fallacia in cura vt a. G. sumit. 14. terapē. c. de cura morbi in quantitate. Ex quibꝰ iam dictis soluunt contraria que procedunt suis vijs.

Et balneatio nocet ei ⁊ somnus superflue nocet ei ⁊ fletus plurimus ⁊ multitudo flobothomie ⁊ ꝓprie cuȝ ventosis continuis nocent.

Hic cōplet narrationē reꝝ premissaꝝ. Considerandum ꝙ balneatio est ꝓprie in aqs artificial'r calidis que dicunt stuphe q̄ nocent: qꝛ resoluūt spūs ⁊ relaxant. Multitudo aūt flobothomie nocet ꝑ spūum eūoneȝ: ⁊ qꝛ ventose maxime circa partes colli euacuant sanguinem subtilem: iō ille maxime nocent.

Dubm 4m Sed diceret aliqs imo vident ꝯferre oculis: vt appet ꝑ li. fen. 4. c. de vētosis. vt ponit ꝙ vētose sup lacadan. i. supra loco vbi collū capiti ꝯiūgit tenēt vicē cephalice: ⁊ cōferūt mēbris q̄ sunt in facie sicut dētes ⁊ oculi. Et posterius ponit ꝙ ꝯferūt egritudinibus oculi: imo hec est maior eoꝝ vtilitas. In ꝯtrium Aui. Dōm ꝙ vētosarū appositio pōt fieri pauca: ⁊ in istis pōt in egritudinibus oculi eē iuuamētū qꝛ mām euacuāt ⁊ attrahūt ad ꝯtrium si posterius ponant. s. in collo: vel pōt eaꝝ approximatio fieri frequēter ⁊ cū multo vsu: ⁊ tunc ipse lȝ possint ꝯferre euacuādo mās: tñ eaꝝ appebit nocumētū qꝛ debilitatabūt visum ꝓpter multā eūoneȝ sanguinis subtilis ⁊ spūs: lȝ forsan plus hoc faciat flobothomia: ⁊ iō etiā multitudo flobothomie posito ꝙ iuuet in passionibus oculorum vel in alijs passiōibus eūando materias: tñ defectū visus īducit. ⁊ simile verbū sumit ab Aui. supra ca. de apoplexia. vbi vult ꝙ illi q vtunt flobothomia ꝑ sanguinē melācholicū multitudine iuuant: sed in fine nocent qꝛ cerebrū debilitāt: nō ḡ flobothomia nocet nisi cum multa fuerit ⁊ sil'r ventose: ⁊ hoc est qḋ Aui. dixit. multitudo flobothomie. i. extractiōis sanguinis ⁊ ꝓprie cū vētosis cōtinuis nocet. Ex quibus apparet solutio ad cōtraria: qꝛ lȝ vētose illis egritudinibus conferant: tamen cum hoc possunt facere nocumentuȝ debilitando visum: quod nocumentū posterius apparebit.

Cibi v̄o salsi ⁊ acres ⁊ vaporosi qui ledūt os stomachi sunt cepe ⁊ porri ⁊ allia ⁊ bedarungi comesta ⁊ oliue mature ⁊ anhetum ⁊ caulis ⁊ lens.

Hic enumerat res oculis nocētes que sunt cibi. Intelligenduȝ ꝑ cibos large illud qḋ comedit ⁊ bibitur. Considerādū ꝙ littera que dicit. q ledūt os stomachi. pōt dupl'r exponi. Primo qꝛ cibi salsi acres. i. acuti ⁊ vaporosi nocēt oculis: qꝛ ledunt os stomachi: ⁊ qꝛ stomachus cerebro alligat: iō mediāte colligatiōe tali nocēt cerebro: ⁊ hoc dixit Auic. vt ostendat ꝙ ista cibaria dupl'r pñt nocere oculis. Uno mō corrūpēdo sanguinē agēdo in eū ⁊ material'r generādo: ⁊ de hoc dixit supra. Alio mō nocēdo stomacho: ⁊ de hoc loquit hic. Cā aūt quare ista nocēt ori stomachi est: qꝛ salsa ⁊ acuta exiccāt ⁊ mordicāt stomachū: sed vaporosa ꝓhibēt eū a ꝯstrictione sup cibo. Alio mō pōt exponi littera vt intelligatur ibi vnum ⁊ vt dicat. Cibi v̄o qui nocēt oculis sunt salsi ⁊ acres ⁊ vaporosi: ⁊ q ledūt os stōchi. q. d. ꝙ ēt alia cibaria ⁊ si nō eēnt sasa vel acria vel vaporosa dūmō ledunt os stomachi nocēt sicut ipe exēplificat de oliuis maturis q̄ ledūt mollificādo stomachū. dixit aūt maturis qꝛ īmature cōdite aliquo mō roborāt: vñ appetitū excitāt: vt. G. z. alimētoꝝ. c. 25. lȝ oliue cōdite ꝓpter salē ēt noceant: vt sumit a Jesu tractatu. 3. zz. c. Bedarūgi idest ozimū maius: qꝛ est mali nutrimēti stomacho nocet. Uñ Gal. z. alimētoꝝ. ca. 53. de basilicō dicit. Cacochimū enim ⁊ malū stomacho ⁊ indigestibile oē olus hoc vere itaqȝ dices ipm. ⁊ in hoc alij auctores cōcordāt. dixit aūt comestibile qꝛ bedarūgi emplastratū sui calefactione cū aliq̄ aromaticitate pōt stōchū cōfortare: qꝛ suba eiꝰ grossa nō ꝑtrāsit. Anhetū lȝ sit vaporosū ⁊ calidū ⁊ siccū: tñ credit ꝙ ꝓprietate plus noceat visui.

Dubm 5m Dubitat qꝛ caules in nostro climate sunt in multo vsu: vtruȝ noceāt visui. Et vr̄ ꝙ nō: qꝛ qḋ lenit nām videt visui cōferre cū siccitas nāe noceat vt. A. hic. sȝ caulis vt cōiter ꝑparat qꝛ nō eijcitur ꝑma aqua lenit nām: vt. z. alimē. c. 4z. ⁊ tertio de simplici medicina distin. 3. c. 1. ⁊ oēs cōueniūt. Amplius qḋ maxime ebrietatem sedat videtur esse de rebus ponēdis inter ea q̄ oculuȝ iuuant cum ebrietas ⁊ nocumentū vini sit oculis magnū: sed caulis sedat ebrietatē ⁊ nocumentū vini: vt. A. primo cañ. fen. 3. c. de regimine aque ⁊ vini. ⁊ supra fen ꝑma caplo de soda ab ebrietate. dicit. Et in caulibus quidē est ꝓprietas qua vapores a capite ꝓhibent. Et in hoc videt contradictio inter sermones. A. qꝛ ibi ponit caules ꝓhibere vapores: ⁊ hic ponit eos vaporosos. Idē Arist. sentit ꝓble. 3. ꝓble. 17. c. 4. In ꝯtrium est. A. ⁊ Rasis. z. continētis ⁊ omnes medicine auctores. Ad intellectū est ꝑmo considerandū ꝙ quāuis caules sint multaꝝ maneriēꝝ: tñ hic est sermo de caule vsuali qui ab auctoribus ponitūr quādoqȝ frigide ⁊ sicce complexionis: ⁊ hoc propter partem terream quam hȝ. ⁊ quandoqȝ ponit calide ⁊ sicce: ⁊ hoc ꝓpter partem nitrosam quā in superficie hȝ inter quas ptes pōt decoctio separare: vt Aui. explicat. z. cañ. 1. ca. Et iō si multum coquatur ⁊ aqua abijciat cōstringit ventrē. Uñ Ari. in preallegato ꝓble. loquēs de caule dicit. Ad vehemētes diarias vtunt ipso medici elixātes vehemēter. Si aūt nō multum coquat ⁊ sua decotio sumat soluit ventrē. Uñ. A. preallegato ca. loquens de caule. Aqua eius est solutiua: ⁊ corpus eius est stipticuȝ. Itē. G. tertio de simplici medicina distin. z. 7. caꝑ. al'. distin. 3. caꝑ. 1. Et propter suaȝ nitrositatē hȝ caulis: ꝙ trahit cū ponitur super caput puerorum. Secundo est considerandum ꝑ qōne hac ⁊ pro qualibet que de huius simplicibus fieri posset: ꝙ caulis vsus pōt esse in comestiōe ⁊ in applicatione extra per modū emplastri vel colyrij. Uel aliter hic est sermo de caule ꝺm ꝙ est cibus: qꝛ vt sic vt appebit oculis nocet. nō aūt est sermo de eo vt extra applicat. posset. n. conferre oculis per aliquam repercussionē ⁊ abstersioneȝ quā faceret succus eius. Unde Rasis scḋo continentis auctoritate Dia. Succus cauliū iuuat obscuritatē visus ⁊ debilitati. Et isto mō possunt multe ꝯdictiones solui etiā de alijs rebus sicut apparet de anheto ꝙ multum dicit nocere oculis. s. in cibo sumptū: ⁊ tñ extra approximat oculis vt medicina iuuās. Unde Zoar tracta. 8. primo ca. inijcere in oculis olei rosati partes duas ⁊ tertiā de anheto. ⁊ in. c. z. idē ponit. Simil'r cepe est de rebus que comeste maxime nocent oculis: ⁊ tñ exterius approximate cōferunt. Uñ scḋo cañ. c. de cepe. Succus eius qḋ comedit abstergit visum. Etiam de caule dicemus ꝙ sumptus in cibo nocet oculis: tñ positus extra loco medicine pōt iuuare. vñ cañ. z. caꝑ. de caule. obtenebrat visum cū hoc tamē quod ponit in alcophol. i. quāuis ponat vt medicina iuuans in alcophol. i. in medicina colyrij: vt large sumat hic alcophol etiaȝ ad colyria. ⁊ istū modum soluēdi has ꝯdictiones Auic. inuit cū dixit in lr̄a loquēs de cibis nociuis oculo comesta quasi dicat ꝙ extra positi possunt iuuare. Tertio attendendū ꝙ caulis vsus potest esse in corporibus sanis ⁊ in corporibus actu egris. Siquidem sit caulis vsus in corporibus egris ipsi possunt cōferre visui inquātum cōferūt passionibus illis a qbus visus posset noceri: sicut verbi gratia si hō habet caliginem oculoꝝ ex vaporibus qui surgāt a fecibus retentis in intestinis ꝓpter stipticitatē: tūc decoctio cauliū qꝛ lenit ventrē istius cōfert oculis eius: ⁊ per hanc viā facit somnū quāuis exiccet: qꝛ diuertit vapores horribiles ⁊ acutos q facere pñt vigilias. Unde Auic. secūdo cañ. facit somnū. Eodem mō siquis ꝓpter ebrietatē ledatur in oculis: caules sibi cōferunt ebrietatē sedando. Secūdum aūt hanc viā multe cōtradictiones auctoꝝ loquentium de simplicibus remouent ꝺm qḋ ꝓlixe declaratum fuit sup. z. cañ. sermo igitur de caule vt est cibus hominibus sanis. quacunqȝ sanitate. s. optima vel lata. Dico igit ꝙ caules habēt nocere visui cuiuscunqȝ sani hoīs. Dico tñ z° ꝙ alicui sano habet multum iuuamētū cum suo nocumento: intātuȝ ꝙ suum iuuamētū est valde maius respectu nocumēti. Ratio primi cibus ex quo generatur sanguis melācholicus nocet omni visui sano: sȝ caules sunt huiusmodi: ergo omni visui sano nocēt. Maior ꝓpositio est nota: qꝛ omnis spiritus visibilis tendit ad naturā lucis ⁊ excludit tenebras. sanguis aūt omnis melācholicus ad naturā obscuritatis ⁊ tenebrarū tendit cū melācholia sit tenebrosa: vt Gal. 5. de accidēti ⁊ morbo in fine. sed minor ꝓpositio est Gal'. tertio de iteriorbus. 7. cap. vbi inter herbas solos caules pōit generare melācolicum humorem: ⁊ hoc qꝛ maxime eum generat. Uñ Auer. qnto colliget. caꝑ. 41. Caules necessario generāt humorem melancholicū: ⁊ ideo auctores medicine hoc attēdentes cōmuniter eum vituperāt pro oculis sicut Mesue vituperat eum vt vaporosum vapore turbido. i. melancholico. Et siquis bene cōsideret in hoc nocumento corpora sana diuersificātur: qꝛ vapor melancholicus factus de caulibus ex quo fit melancholicus spiritus sciȝ cuȝ vapor de sanguine surgit plus nocet oculo tēperato: idest qꝛ plus distare facit a sui natura. nocet etiā multum oculo melancholico nō per viā similitudinis: sed inquantū spiritus oculi melancholici est paratus cadere in grossitiē ⁊ turbulentiā quā statiȝ generabit vapor caulis: ⁊ ideo senes multū vtētes caulibus incidunt grossitiem spiritus visibilis ⁊ defectū visus qui inde cōtingit. Si autem aliqs hō est qui habeat oculum cholerici spūs. s. resolubilis: vsus cauliuȝ lȝ noceat inquātum inturbidat: tñ qꝛ spūs illos aggregat ⁊ ꝓhibet a resolutiōe minus nocet ei q̄ȝ predictis corporibus. Dico secundo ꝙ alicui homini sano caulis comestio cū suo nocumento multam hȝ vtilitatē sicut si esset hō humide cōplexiōis ꝺm totū vel ꝺm caput ⁊ oculos: caules ei prodessent qꝛ rectificarēt eius cōpl'onē dupliciter: qꝛ generarēt sanguinē siccū: secundo qꝛ siccitate compl'onali exiccarent humiditatē oculorum supfluam: ⁊ qꝛ illa humiditas reddebat eos obtenebrosos ⁊ lassos ⁊ graues in motu: ideo ea exiccata apparebit visus nociti iuuamētū vel nō apparebit nocumentū. Et hoc ē qḋ. G. vult. z. alimen. c. de caule. cum dicit. exiccāt

quidem

quidem igitur similiter īuicē lenticula ⁊ caulis: ⁊ ꝓpter hoc visuꝫ hebetāt excepto si forte quādoqꝫ humidior sit ꝑter naturaꝫ totus oculus. qđ dictū assumēs Rasis. z. ꝯtinē. dicit auctoritate Gal. inducūt obscuritatē visus nisi oculus sit naturalr̄ humidior tēperata cōplōne. alia lr̄a hꝫ si oculus. Ex qbus pōt intelligi: quare in hoībus nostri climatis in qbus est tātus vsus cauliū nō apparet sensibiliter ex eis defectus in visu. Cā est: qꝛ hoīes huius habitationis sunt multū humidi: ⁊ h̄ ꝑꝑ multā comestionē ⁊ potū ⁊ lasciuiā in eis: vñ īdigōnes faciūt: ēt habitatiōes iste sunt satis humide: ⁊ iō cauliū vsus eis nō nocet: ad hoc ēt adiuuat modus ꝑparādi eos: qꝛ cōiter vtunꝭ cū aliqbus humidis vt carnibus vel oleo qbus resistitur eoꝝ incōuenienti siccitati: vnde Auicē. z. cañ. c. de caule. sanguis eius est malus: cū ꝫ decoquiꝭ cū carne pingui ⁊ gallinis fit bonus parū. ⁋ Ex qbus apparet solutio īductoꝝ ī ꝯ̄riū. Ad illud v̄o qđ videꝭ de ꝯ̄dictione in sermōe Aui. dōm caules materialiter sunt vaporosi: qa sanguis eoꝝ est melicus grossus: sed mel'ia maxime est vētosa ⁊ ꝑ ꝯñs vaporosa: vñ mel'ici sunt vētosi: vt Ari. 4. ꝑticu. de ꝓblematib᷒. 30. ꝓble. tñ possunt reprimere aliaꝝ reꝝ vapores sic in ebrietate: ⁊ hoc faciūt dupl'r. Prio ꝑ virtutē abstersiuā quā hñt faciūt materias a stomacho descēdere inducēdo ventris lenitatē. Scđo qꝛ pars cauliū terrestris frigida infrigidat vinum ⁊ suos vapores: vñ est cā ꝙ qescāt ⁊ nō ascēdāt ad caput. Ari. ēt videꝭ sentire ꝙ caulis ꝓuocando vrinam iuuet in ebrietate.

Conuersio autē in cibis est vt ita comedanꝭ ne eorū digestio corrūpatur ⁊ multiplicetur ipsorū vaporatio ꝺm ꝙ in loco suo demonstrabiꝭ: ⁊ ego iam ꝑueniā illic ⁊ tu scies illud in tractatibus huius tertij libri.

Hic ostēdit res nocētes visui que sunt ꝯuersiones. i. ꝑmutatiōes facte in cibis qñ digerunꝭ. ⁊ dicit ꝙ tales debēt esse cōuersiones si debēt oculis ꝓdesse ꝙ nō corrumpaꝭ digestio ⁊ euaporatio ad caput fiat: ⁊ talis doctrina ostēdeꝭ tibi: ⁊ iam est aliqd hic dictū. s. qñ positū est regimē sex rebus nō naturalibus. ⁊ hoc est qđ dicit. Ego iā ꝑueniā illuc ⁊ scies in tractatib᷒ ⁊c̄. in fen. 13. trac. 3. Considerādū ꝙ ꝑ ꝯuersionē in cibis possumus ītelligere formā ꝑparationis eoꝝ. Cōsiderādū vlterius ad ꝑfectā notitiā eoꝝ q̄ in h̄ capl'o intēdunꝭ ꝙ preter ea que Auic. enumerat que oculis nocent: sunt quedā alia dicta ab aliqbus auctorib᷒. nā vituperanꝭ in oculis manus. i. tactus cū manib᷒ ⁊ maxime in egritudinib᷒: vt ponit Alchanamosali libro p̊. ca. 4. etiā lactuca citraria ⁊ portulaca comesta ⁊ acetū: vt sumiꝭ a Rasi in scđo libro cōtinētis. ca. 4. nocēt ēt oculis capita columbaꝝ syluestriū ⁊ capita gallinaꝝ: vt scribit Zoar li. 1. trac. 8. 21. c. vñ dicit de istis capitib᷒. Capita istoꝝ ꝓbanꝭ ꝓprietatē habere in faciēdo cecitatē: hoc est nō videre post occasuꝫ solis sicut cerebra predictoꝝ ꝓprietate habere dicunꝭ in augendo seu multiplicādo ītellectū. Juuāt aūt oculos rape: vt in scđo totius cōtinē. c. 4. ⁊ Zoar ꝑallegato cap̄. ⁊ cap̄. 18. a quo accepit Auer. colliget. 5. ca. 41. tñ Cōciliatori dr̄ia. 131. nō multū placet. cōfert aspicere in oculos asini syluestris: Zoar trac. suo. 8. 18. ca. primi libri. Alia multa inuenies a Mesue ⁊ ab alijs auctoribus que recitare esset longum. Aui. tñ per ea que supra dixit dedit intelligi.

De obthalmia ⁊ cōturbatione. Cap. 6m.

Obthalmia alia est vera ⁊ alia est ei similis.

Superius Aui. determinauit de dispositionib᷒ oculi ⁊ canonibus curationis ⁊ ꝯseruationis eius in generali. Deīceps exequiꝭ in sp̄ali determinādo de vnaquaqꝫ egritudine oculo cōtingēte nō exequiꝭ in sp̄ali de vnaquaqꝫ sanitate: ⁊ hoc qꝛ species sanitatis vltime nō sunt tot quot sunt egritudīes eo ꝙ vni bone dispōni possunt opponi plures male: vt Gal. sexto de regimine sanitatis. z. ca. Uel si tot sunt sp̄es vltime sanitatis quot egritudines: vt vult Auer. coll'. 3. c. 1. ⁊ tertio celi ⁊ mūdi. cōmēto. 18. dicemus ꝙ ꝑ canones gñales cōseruationis sanitatis: ⁊ ꝑ canones remotionis vniuscuiusqꝫ egritudinis dedit ītelligere canones particulares ꝯseruationis sanitatis: ⁊ hoc fuit cōueniēs: qꝛ species egritudinis que circa oculū fit sunt nobis notiores q̄ꝫ sp̄es sanitatis. Sic aūt procedit Aui. qꝛ p̄mo determinat de egritudinib᷒ oculi q̄ possunt dici lesiones in instr̄o. Scđo q̄ possunt dici lesiōes in virtute. scđa ꝑs īcipit in trac. 4. Debilitateꝫ visus. Quare aūt iste dicanꝭ lesiones in virtute: ⁊ iste in instr̄o cuꝫ tñ vtrobiqꝫ virtus ledaꝭ diceꝭ ibidē. ⁋ Pr̄ia pars diuidiꝭ in duas. Primo determinat de egritudinibus que fiūt in ipso oculo. Scđo de egritudinibus que fiūt in īstr̄o extrinseco. s. in palpebris. ibi Jn tertio tracta. (Mā pediculoꝝ.) ⁋ Pr̄ia in duas. Prio determinat de alijs egritudinib᷒ q̄ apparēt in manifesta parte oculi. s. in cōiunctiua. Scđo determinat de alijs egritudinibus q̄ fiūt in ꝑtibus oculi īmanifestis ⁊ de alijs ēt egritudinib᷒ q̄ in oculo fiūt. ibi Jn scđo tra. (Cōtigūt in oculo.) ⁋ Pr̄ia in tres. Prio determinat de egritudinibus eueniētibus in ꝯiūctiua que egritudīes sunt sp̄es obthalmie quatū ad modos ⁊ cās. Scđo determinat de signis. ibi (Scias ꝙ dolor.) Tertio de cura. ibi (Jn cura ꝯturbatiōis.) ⁋ Pr̄ia ītres. Prio premittit quādā diuisionē specieꝝ obthalmie vel modoruꝫ. Scđo exequiꝭ mēbra diuisiōis. ibi (Que nominanꝭ.) Tertio adiūgit cañ. quedā. ibi (Et scias.) Dicꝭ p̊ ꝙ obthalmia alia ē vera: alia ē similis ei. s. vere: ⁊ ꝑ ꝯñs nō dꝫ dici vera sꝫ similaꝭ. Ad intellectū dicēdoꝝ generaliter est ꝯsiderādū ꝙ auctores determinantes de passionibus oculoꝝ nō īcipiūt p̊ determinare de morbis cōplexionalibus ⁊ postea de alijs: ⁊ cā est duplex. Una qꝛ determinādo de diuersis morbis materialibus determinant de malis cōplexionibus. Scđa cā est: qꝛ egritudines oculi ꝺm ꝙ vi sui inferūt nocumētū maxime apparēt diuerse sensibus nostris ꝺm ꝙ quedā egritudines sunt apostemose: ⁊ quedam sunt vlcerātes: ⁊ quedaꝫ sunt male cōpositiones: ⁊ ideo ꝺm has diuersitates exequunꝭ. Scđo intelligendū ꝙ in exequēdo inter auctores est diuersitas. quidam enim incipiūt a morbis palpebraꝝ. alij a morbis cōiunctiue de qbus fuit Aui. ⁊ Mesue ⁊ Halya. ⁊ multi alij: ⁊ qꝛ morbus cōiunctiue oculi qui plurimū accidit est obthalmia ⁊ est manifestior: iō ab obthalmia īcepit. Ex qbus possunt solui multe instātie. Tertio cōsiderandum: diceret aliqs Aui. nō incepit a diffinitione obthalmie sicut fecit Haly. in sua prac. 5. c. 34. ⁊ sicut fecit Jesus Haly. tracta. z. c. 35. ⁋ Dōm p̊ ꝙ h̄ fecit: qꝛ via diuisiua adiuuat viā diffinitiuā: vt appet ex scīa alia. Scđo qꝛ forsan diffinitio que daꝭ de obthalmia nō ꝯuenit sp̄ebus obthalmie nō vere qđ tñ īfra diceꝭ.

Que nominatur conturbatio ⁊ vacillatio ⁊ ipsa calefacit ⁊ humectat cum accidit oculo ex causis extrinsecis facientibus in ipso bothor ⁊ rubificantibus eum sicut sol ⁊ soda adustiua ⁊ effimera adusta ⁊ puluere ⁊ fumo ⁊ frigore in quibusdam horis propter cōstrictionem ipsius ⁊ percussionem ꝓpter cōmotioneꝫ ab ipsa ⁊ vento ꝓcelloso ꝓpter suam prauitatem.

Dubm 15m ¶ Sed dubitatur. diceret aliquis Aui. vr̃ insufficiẽs in numerando causas violenti doloris: q̃ Rasis. 2. helaui capi. 2. ponit vnã aliam causaz. s. occultationẽ humiditatũ grossa𝔯: vnde dicit sic. Et violentus dolor accidit in oculis: aut ex acuitate humiditatis que ĩducit inflãmationẽ: aut ex distẽsione sua𝔯 tunica𝔯 prouenientẽ ex oculorũ repletiõe: aut ex occultatiõe humiditatũ grossa𝔯: aut ex vẽtositate existẽte in eis. Idẽ Gal. 13. tera. cap. vltimo. ¶ Dõm ꝙ violentia doloris fit a causis: quas Aui. enumerat: q̃ violẽti dolores maxime fiũt ex solutiõibus cõtinuitatis. soluit aũt oculi continuitas: vel ex acuitate ꝛ corrosiõe: vel ex distẽsione. distẽsio aũt fit vel ex mã multũ replẽte: vel ex materia multũ impellẽte: sicut est vẽtositas. ¶ Ex q̇bus apparet ꝙ ex tribus causis quas Aui. ponit põt fieri quatuor. Nã dolor factus a mã pungitiua siue mordicatiua differt a dolore facto a materia corrosiua: sicut differt mordicatiua ꝛ corrosiua materia. materia eniz corrosiua hꝫ aliqd plus de grossitie q̃ mã mordicatiua: ĩmo mã mordicatiua dꝫ habere subtilitatẽ penetratiuã: vt hꝫ declarari. 2. cañ. 4. ca. q̃ tñ ille materie sunt calide ꝛ multũ simul sunt seu similes sunt corrosio ꝛ mordicatio: ideo .A. simul de eis loquutus est: ꝛ isto mõ ĩtelligemus Rasim: q̃ per acuitatẽ humiditatis intelligit materiã mordicãtẽ: p occultationẽ humiditatis grosse ĩtelligit materiã corrodẽtẽ. ¶ Uel possumus dicere ꝙ mã grossa occultata de qua loquit Rasis ẽ sanguis grossus: vt vr̃ posse sumi ex ꝓcessu suo𝔯 verbo𝔯: q si dꝫ facere dolorẽ violẽtũ facit p extẽsionẽ sup̄fluã: ꝛ iõ reducit ad vnã causaruz quã Aui. ponit. Et ex hoc appet ꝙ hec dictio plurimũ: põt cõponi cũ duobus. vel cũ hoc qð dicit humorẽ: ꝛ est sensus p̄p humorem plurimũ. vel cũ hoc qð dicit extẽsiuũ: ꝛ tũc est sensus. extẽsiuũ plurimũ mã aũt grossa plurimũ põt extẽdere. ¶ Ulterius est considerandũ ꝙ lr̃a que dicit ſꝫ raritatẽ põt dupl'r exponi. Uno mõ ꝙ referat ad totũ qð p̄cessit: ꝛ est sensus ꝙ raro ĩuenit in corpore altera ista𝔯 triũ causa𝔯: ꝛ iõ raro fit dolor violẽtus. ¶ Propter qð cõsiderandũ ꝙ dolor violentus est dolor fortissimus. vltra dolorem qui cõiter cõsequitur obthalmiã: ꝛ ideo sua violẽtia ad se totã curã trahit. vñ Rasis. 2. helaui. 2. cap. cũ dolor violẽtus insistẽdũ est cũ narcoticis. raro aũt hoc cõtingit respectu doloris cõiter consequẽtis obthalmiã. huius aũt cãm .A. assignat ſm raritatẽ .i. q̃ raro iste cause reperiunt: ꝛ ĩde erit raritas in dolore .i. raro reperiet talis dolor. ꝙ aũt reperiunt he cãe raro: notũ est. ¶ Sed tu dices q̃ mã plurima extensiua frequẽter reperit: sil'r acuta: nã supra ꝓbatũ est ꝙ frequẽter fit obthalmia de sanguine ꝛ de sanguine cholerico. ¶ Dõm ꝙ ad faciendũ violentũ dolorẽ nõ solũ requirit ꝙ sit sanguis qui de se est multus: nec solũ reqrit ꝙ sit cholera vel sanguis choleric⁹: sꝫ reqrit ꝙ sanguis vehemẽter multũ exuberet vltra id qð cõiter facit accidere de obthalmia: sil'r ꝙ sanguis choleric⁹ hẽat acuitatẽ vltra acuitatẽ q̃ cõiter repit: q̃ .s. sit acuitas valde vehemẽs: aliter .n. nõ faceret violentũ dolorẽ: ꝛ sil'r ventositas: opꝫ ꝙ sit vltra modũ cõem multa: ꝛ multũ ĩpellẽs: ꝛ detẽta cũ sua grossitie. ista aũt raro repiũtur: vt .A. dixit. ¶ Scðo mõ põt exponi ſm varietatẽ vt solũ referat ad ventositatẽ: ꝛ erit sensus: q̃ dolor violẽt⁹ accidit p̄p vaporẽ grossuz .i. grossaz vẽtositatẽ ſꝫ raritatẽ .i. raro: ꝛ ĩde ẽ raritas in dolore: ꝛ ex h̃ raro fit talis dolor a lmã ventosa grossa. Hoc aũt posset suaderi sic: vapor in oculis motus vel est subtilis: ꝛ iste nõ retinet. vel grossus: ꝛ iste raro in oculo generatur. ad hoc eñi vt vapor grossus eleuet indiget forti calore cũ eleuet de materieb⁹ grossis. talis autẽ fortis calor nõ repit in oculo. ¶ Sed tu dices posset sibi mitti a cerebro. ¶ Dicẽdũ ꝙ quãuis cerebrũ mitteret ad oculũ vaporẽ grossuz mobilẽ: tñ humiditas ꝛ frigiditas oculi sunt cã quietatiõis illius vaporis: vñ nõ põt facere violẽtũ dolorẽ. Sil'r cerebrũ raro mittit vaporẽ illũ. plus enim est aptus vapor ille tendere ꝛ impelli versus pãniculos cerebri q̃ moueri versus oculos. raro igit ꝯtingit dolor violentus a tali mã. põt tñ q̃ñq̃ ꝯtingere vt cũ accidit ꝙ cerebrũ talẽ vaporem mittit: ꝛ in oculo nõ est cõplexio tam frigida ꝛ humida ꝙ possit illum quietare: vel quando oculus per sui caliditatem accidẽtalẽ vel aliã gñaret illam ventositatẽ. ¶ Tertio mõ põt exponi lr̃a ſm raritatez .i. interpolationẽ: quasi dicat ꝙ mã ventosa interpolatim facit dolorẽ: q̃ venit ꝛ resoluit: ꝛ ex hoc ẽ raritas in dolore .i. ꝛ dolor vẽtosus interpolat. Et ex hoc accipim⁹ vnũ signũ violẽti doloris a ventositate. nã alie mãe cũ sint difficilioris resolutiõis q̃ sit vẽtositas: q̃ q̃libet mã humoralis ẽ corruptibilior q̃ vẽtositas faciũt dolorẽ magis ꝯtiuuũ: sꝫ vẽtositas facit eũ magis interpolatim: q̃ mõ venientẽ ꝛ mõ ex toto recedẽtẽ: qð tñ sic de alijs nõ ꝯtingit: lꝫ forsan q̃ñq̃ possit accidere maxime in mã cholerica subtili.

¶ **Et mãe qdẽ illius sicut sciuisti: aut sunt ex corp̄e: aut ex capite ip̄o: aut ex venis q̃ oculo afferũt mãm malã calidã aut frigidã. Et q̃ñqꝫ sunt in oculo ip̄o: ꝛ illud si accidat tunicis oculi corruptio cõplõnis p̄p humorez retẽtũ in eis: aut obthalmiã veniẽtẽ sup eas ꝛ ꝯuertat totũ qð aduenit ei de nutrimẽto ad corruptionem.**

¶ Hic

¶ Hic ostendit loca ꝓcessus istarũ venarũ que faciũt dolorẽ violẽtum sicut ostẽdit de mã obthalmie: ⁊ est notũ. ¶ Sed diceret aliquis Aui. numerat materias frigidas inter eas que faciunt dolorem violentũ: cuius ꝯriũ videt̃ sumi generaliter. i. cañ. fen. z. cap. de signis apostematũ. vbi dicit. frigidũ aũt apostema dolor ꝓculdubio nõ cõcomitat̃. ¶ Dõm ꝙ mãm fridã hic intelligimus mãm ventosam: qꝛ mã ventosa de se frigida est sicut etiã dicimus ꝙ vẽtus de se est frigidus. vnde Ari. ꝓble. 5. 36. ꝓble. Oĩs vẽtus fridus est. Aliter tñ posset dici ꝙ hic nõ loqtur de causis violẽti doloris: sed de causis obthalmie in generali. Hec tñ solutio ponit Auicẽ. nugatoriũ: qꝛ iam supra dixerat. quomõ autẽ frigida apostemata nõ faciant dolorem nõ est presentis speculationis.

¶ Et ille cuius sunt oculi exterius prominentes est susceptibilior magnitudinis obthalmie ⁊ fortioris eius ꝓpter humiditatem ipsorum oculorum ⁊ apertionem pororum ipsorum.

¶ Hic assignat cãm magne q̃titatis obthalmie: ⁊ cã ista sumitur a signo magnitudinis oculi. ¶ Ad cuius intellectũ ꝯsiderãdũ ꝙ oculi pñt exterius ꝓminere vel ꝓter nãm vt pp mollificationẽ lacerti vt ĩfra dicet̃: de tali ꝓminẽtia nõ est ẽmo. vel pp magnitudinez significantẽ caliditatẽ ⁊ humiditatẽ oculi: ⁊ de tali ꝓminentia est hic sermo. oculi enĩ calidi ⁊ humidi in cõplexione pp humiditatẽ aggregãt mãs multas. vnde Aui. pp humiditatez oculoꝝ suoꝝ. vñ Rasis 2° helaui cap. z. ⁊ in libro de ꝓblematibꝫ. Ari. q̃re habẽtes oculos magnos in obthalmia habebũt magnã eminentiã: qꝛ sunt magne humiditatis: ⁊ ꝓpter caliditatẽ habẽt poros ⁊ vias apertas: vnde possunt multã recipere mãm. vnde Auicẽ. ⁊ apertionez poroꝝ ex qbus fit obthalmia magna: qꝛ de multa materia: ⁊ fortis: qꝛ cũ multis accidentibus: ⁊ maxime cum forti dolore ꝓpter extensionẽ a multitudine factã: ⁊ ideo dixit est susceptibilior magnitudinis obthalmie ⁊ fortioris eius. Hic tñ esset fortis dubitatio vtrũ oculus humidus egrotet de pluri mã q̃ siccus: sed qꝛ ista questio redit in principia viliora in medicina: ideo dimittat̃.

¶ Et quandoq̃ qdẽ multiplicant̃ lachryme frigide in speciebus obthalmie pp priuationem digestionis.

¶ Hic Aui. assignat cãm quarũdã lachrymarũ. s. frigidarũ dicẽs ꝙ illud est ꝓpter priuationẽ digestionis. ¶ Ad huius intellectũ considerandum sicut sumit̃ ab Aristo. 31. proble. 3z. ꝓble. ꝙ materie vel sunt multe nõ vincibiles a calore: ⁊ sic remanent indigeste et frigide. vel sunt pauce ⁊ vincibiles: ⁊ sic digerũtur ⁊ apparent calide: cum digestio a calido fiat: lachryme ergo frigide significant materiam nõ vincibilem. Sed calide significant materiaz magis vincibilem. vnde Aristo. ibidẽ quando fuerit superfluitas multa non potest interius calidum digerere quare necesse est frigidam esse: quando autẽ pauca vincit. ⁊ hoc est qđ Rasis allegato primo ꝯtinẽtis. lachryme frigide superueniunt obthalmie: quia sunt indigeste ⁊ insolute calide: quia sunt digeste.

Dubm 16m ¶ Sed diceret aliqs mã nõ vincibilis multa põt esse mã cholerica ⁊ tñ faceret lachrymam calidaz: ergo erit lachryma calida indigesta. ¶ Dõm ad hoc p̃mo ꝙ Aui. nõ dixit vl̃em sermonẽ: sed dixit q̃nq̃ quidẽ multiplicant̃ ⁊c. vt in hoc Aui. velit ostendere ꝙ lachryme frigide ẽt q̃nq̃ nõ sunt per priuationẽ digestionis: sed per dissolutionẽ alicuius flegmatis a capite nõ seruant̃ extra calorẽ: lꝫ possit dici ꝙ illud flegma sit nõ digestũ. sil'r lachryme calide q̃nq̃ nõ sũt per digestionẽ: vt statim dictũ est. Uel aliter ꝙ lachryme que fiũt de cholera nõ digesta pñt dici frigide. i. priuate calore nãli: quẽadmodũ Aristo. dicit ꝙ genitura. i. sperma frigidũ est. s. anteq̃ hẽat calidũ spirituosum: vt ꝓblema. 4. vlti. ꝓble. Similiter dicemꝰ ꝙ aqua hydropicoꝝ est frigida. s. priuatione calidi nãlis. Tertio posset dici ꝙ lachryme magis digeste sunt magis calide: ⁊ nõ digeste minus calide. Et rõ cholera cruda faciet lachrymã minus calidaz q̃ cũ est digesta. In hoc tamẽ esset multa cõsideratio ⁊ difficultas pp sermonẽ. H. in cõmẽ. z. regiminis acutoꝝ. cõmẽ. 46.

¶ Et multotiens resoluit̃ obthalmia cũ solutione nãe.

¶ Hic determinat de obthalmia q̃tuz ad terminationẽ: ⁊ est sñia illi ꝯueniẽs afor. 6. pti. afor. 17. In oculis patiẽti a diaria accipi bonum. vigorata enĩ nã materias obthalmie per ventrẽ põt euãre.

Dum 17m ¶ Dubitat̃ per quẽ modum terminat̃ frequẽtius obthalmia: ⁊ per quẽ rarius. ¶ Dõm ꝙ rarius p fluxũ vẽtris. Rõ est: qꝛ mã obthalmie est distans a loco euõnis per ventrẽ: ⁊ inde difficulter illuc ꝑuenit mã. est enĩ mã obthalmie iam exiens paruas venas ⁊ penetrans vel penetrauit in partes ꝯiunctiue que partes multũ distãt ab intestinis: ĩmo q̃nq̃ videt̃ obthalmia resolui per fluxũ vẽtris: ⁊ nõ est ita: sed solũ cã añs parata fluere q̃nq̃ euãt̃: residuũ aũt nã alleuiata per ꝑuationẽ cursus mãe resoluit ĩsensibiliter: nõ tñ est incõueniẽs ꝙ fluxus vẽtris cãm ꝯiunctã obthalmie q̃nq̃ euacuet cũ ab vltima superficie corporis possit transduci mã in ventrẽ: vt Gal'. 3. de virtutibꝰ nãlibꝰ. ca. 13. De alijs aũt modis terminationis dõm ꝙ absolute obthalmia magis est apta terminari per resolutionẽ q̃ per saniositatẽ vel sclirosim vel corruptionẽ. huius ratio maxime sumit̃ ex nã membri in quo fit hoc apostema: qꝛ oculus membrũ rarũ est: vnde ex eo apte trãspirat mã vel insensibiliter vel sensibiliter per resudationẽ: que resudatio etiã dicit̃ terminatio per resolutionẽ. dico aũt absolute: qꝛ cõparando ad materias possumus dicere ꝙ materie calide sunt magis apte resolui: materie aũt frigide sunt magis apte saniari ⁊ indurari: lꝫ forsan materie calide sint magis apte ẽm quẽdã moduz saniationi q̃ materie frigide. hoc tñ nõ põt presentialiter discuti: lꝫ aliquid de hoc sit dictum fen. 16. cap. de fluxu ventris omnium modorum.

¶ Et scias ꝙ malitia obthalmie est ẽm q̃litatem mãe ⁊ magnitudo eius ẽm quãtitatem ipsius.

¶ Hic determinat de obthalmia quãtũ ad manieriẽ ⁊ quãtitatem assignãs earũ cãs: ⁊ dicit ꝙ malitia obthalmie est ẽm qualitatem mãe. i. ẽm ꝙ mã est mala ⁊ magna ⁊c. ¶ Notãdũ ꝙ q̃uis malitia ĩmediatius sequat̃ qualitatẽ mãe magnitudo quãtitatẽ eiꝰ: tamẽ malitia põt etiam sequi quãtitatẽ mãe: lꝫ mediatius magis: qꝛ ad multaz mãm põt sequi multa extensio ad quã sequit̃ dolor fortis qđ est accidens malitiosum in obthalmia.

¶ Et scias ꝙ in regionibꝰ meridianis multiplicat̃ obthalmia ⁊ remouet̃ velociter. Sed aduẽtus eiꝰ in ipsis plurimũ est pp cursuz materierũ eoꝝ ⁊ multitudinem vapoꝝ earũ. Sanitas ṽo eius in ipsis velox est ꝓpter raritatẽ poroꝝ mẽbroꝝ eoꝝ ⁊ solutionẽ naturarũ ipsoꝝ: ꝙ si subito supueniat eis frigus fit difficilis ipsorũ obthalmia ⁊ ꝓhibet humorẽ eius a cursu.

¶ Hic determinat de obthalmia quãtuz ad cãs primitiuas. Cause aũt primitiue eã cõmouẽtes sunt tres. s. regio. ꝯstitutio ãni. ⁊ balneũ. Primo ergo determinat de obthalmia ẽm regionũ diuersitatez. Scdõ ẽm diuersitatẽ ꝯstitutionum. ibi (Cũq̃ hyemi.) Tertio vt a balneo ꝓuenit. ibi (Et sicut.) ¶ Prima in duas. Primo ostẽdit modũ obthalmie in regionibus calidis ⁊ humidis. Scdõ in fridis. ibi (In regionibꝰ aũt.) ¶ Notandũ circa p̃mã partẽ ꝙ regiones meridionales. i. calide ⁊ humide multiplicãt multos humores: qꝛ sũt vaporose. s. vaporibꝰ humidis: qui nõ ꝯsumunt̃. similiter istos humores faciũt currere: qꝛ calidũ eliquãs humiduz facit cursum: ex qbus duobꝰ multe obthalmie fiunt in regionibꝰ calidis: ⁊ hoc est qđ Aui. dicit pp cursum mãerũ eoꝝ. s. qui ibi habitãt: ⁊ multitudinem vapoꝝ earũ. s. regionũ. iste tñ obthalmie cito recedũt ꝓpter duas cãs quas Auic. tangit. Prima est: qꝛ pori eoꝝ sunt aperti pp calidũ. vnde mãe leuiter resoluunt̃. calidũ enĩ ⁊ humidũ raritatez facit: vt in cõmen. afor. 5. parti. afor. 64. Simil'r ⁊ in maribus. Secunda cã est: qꝛ in hac regione habitãtes sunt fluxibiles vẽtre pp humidũ qđ eliquat̃ in eis. Subdit Aui. ꝙ si occurrãt frigori difficilis fit obthalmia: qꝛ frigus ꝓhibet a cursu. i. a resolutione.

¶ Diceret aliqs: vr̃ ꝙ ista obthalmia fit lõga. Primo qꝛ fit a multa mã que abundat in hac regione ẽm capita. vñ Aui. fen. z. ca. de locis habitabilibꝰ meridionalibꝰ. Capita morãtiũ in illis sunt plena humidis materijs. Scdõ ꝓbat̃. in illis ꝓlõgat̃ obthalmia in qbus mã igrossat̃: sꝫ ĩ habitãtes regiones meridionales mãe ĩgrossant̃: ita vr̃ ꝓbare Aui. ꝙ in hac regione nõ fiunt febres acute sed lõge: vñ dicit. acute ṽo febres parũ accidũt eis pp qđ eoꝝ vẽtres multũ resoluunt̃ ⁊ dissoluit̃ subtile qđ est in eoꝝ humoribꝰ. ita ẽt dicemus de obthalmia. ¶ In ꝯriũ est. A. ¶ Dõm enĩ ꝙ obthalmia meridionalis est breuis. Et rõ est duplex: quã Aui. ponit. Prima poroꝝ apertio. Scda vẽtris fluxibilitas: vñ mãe minorant̃ vel minorari pñt. ¶ Ad p̃mã rõnẽ posset quis tenere ꝙ fiũt iste obthalmie de pauca mã cũ fiant in simili dispositiõe. hic tñ est multa ꝯrietas: al'r tñ ꝙ lꝫ mãe sint multe: tñ sũt apte euõni. ¶ Ad scdm dõm vno mõ ꝙ Aui. loquit̃ ibi in senibꝰ: in qbꝰ virtꝰ debilis nõ iuuat se vt p fluxũ mãz vniformiter euẽt: sꝫ solũ euãt subtilẽ aptiorẽ ad cursuz. in alijs aũt etatibꝰ nõ erit ita. ¶ Uel dõm ꝙ lꝫ mã igrosset̃ plus est iuuamẽtũ per viã minorationis ⁊ diuersionis ad vẽtrẽ q̃ sit igrossationis nocumẽtũ. ¶ Uel dõm ꝙ forsan nõ sic fluxꝰ igrossat mãs obthalmie sicut ingrossat mãs febriles: ⁊ hic esset sermo ꝓlixus. Dubm 18m

¶ In regionibus autez frigidis ⁊ temporibus frigidis minoratur obthalmia: sed est praua. Et prauitas quidem eius in eis est ꝓpter quietez humoꝝ in ipsis ⁊ cõgelationem eoꝝ. Eius ṽo prauitas est quoniã quãdo

cōprehenduntur in membro nō resoluuntur velociter ꝓpter coartationem meatuū: quare extēdunt̄ magnifice donec accidat vt ex eis findatur syphac.

¶ Hic determinat de obthalmia in regione frigida ⁊ tēpore frido: ⁊ vult hic Auicē. ꝙ obthalmia in regione frigida minorat̄. i. raro accidit respectu regionū calidarū ⁊ humidarū: sed est ꝑua. Et paruitas qdē eius. i. rarus euentus eius. in eis. i. regionib⁹ frigidis est ꝑꝑ quietē. s. humoꝝ. ⁊ ꝯgelationē. s. factā a frigido. Et notanduz ꝙ plus est congelatio ꝙ̄ quies. Eius vō prauitas ⁊c̄. vt frigidatur syphac. i. pāniculus coniunctiua.

¶ Cūqz precedit hyems septētrionalis ⁊ sequitur ipsaz ver meridionale pluuiosum ⁊ estas pluuiosa multiplicatur obthalmia.

¶ Hic determinat Aui. de obthalmia ꝟm diuersitatē ꝯstitutionū: ⁊ hz q̄tuor ꝑtes: qꝛ tres tangit ꝯstitutiones in qb⁹ obthalmie fiūt. ⁊ quarto remouet dubiū. 2ª ibi (Et simil'r.) 3ª ibi (Et estas qdē.) 4ª ibi (Et qn̄qz.) ¶ Dicit p̄mo ꝙ si hyems est septētrionalis. s. frida ⁊ sicca: ⁊ sequit̄ ver meridionale pluuiosuz. s. calidū ⁊ humidū multū: ⁊ si estas ēt est pluuiosa multiplicatur obthalmia. s. in estate. cā huius sumit̄ ab Ari. 1. de ꝓblematib⁹. ꝓble. 8. ⁊ a Gal. in cōmē. illi⁹ afoꝛ. 3. ꝑti. afoꝛ. 12. De tēporib⁹ vō. Nā ꝓpter multā humiditatem veris: ex qua humiditate aer ⁊ terra humectat̄: aggregant̄ in corporib⁹ multe humiditates que mote per calorē estatis fluētes ad oculos faciunt obthalmiā. ¶ Sed tu dices quid facit frigiditas ⁊ siccitas hyemis. ¶ Ad hoc dicēdū ꝙ si hyems fuisset calida ⁊ humida ⁊ ver etiam calidum ⁊ humidum iste obthalmie venissent in vere ⁊ non tardassent ad estatem apparere.

¶ Et similiter quādo hyems est calida ⁊ meridiana replet corpus humiditatibus: ⁊ deinde sequitur eaz ver septētrionales: tunc constringit eos.

¶ Hic ponit scḋaz ꝯstitutionē cātiuā obthalmie: ⁊ dicit ꝙ hyems calida ⁊ meridiana. i. humidosa ⁊ pluuiosa: vt vult Ari. 1. de ꝓble. ⁊ Hippo. 3. ꝑti. afoꝛ. illo afoꝛ. 13. Si aūt hyems austrina replet corpora humiditatib⁹: si ꝗ sequat̄ ver septētrionale. i. frigidū ⁊ siccū: ꝯstringit illos humores: ex quo exp̄munt̄ ad oculos ⁊ fiūt obthalmie. ¶ Notādū ꝙ p̄dicta ꝯstitutio ⁊ ista de q̄ hic d' sūt ꝯ̄rie: vt apparet. silr p̄dicta est ꝯstitutio triū tempoꝝ ista aūt duoꝝ. ¶ Sz tu dices iste obthalmie vel fiunt in vere vel in estate. ¶ Dōm ꝙ de mēte Gal. in cōmē. illius afoꝛ. 3. ꝑti. Si aūt hyems austrina. iste obthalmie fiunt in vere: qꝛ frigiditas ⁊ siccitas borealis exprimūt a capite ad oculos sicut exprimit̄ aqua a spōgia cū manu p̄mit̄: ⁊ qꝛ frigidū ⁊ siccū in aere ꝯstringit poros: iō talis obthalmia nō emittit humiditates: vn̄ d' obthalmia sicca. Sed illa que fit in p̄dicta ꝯstitutiōe erit humida ꝑꝑ oppositā cāz. Sz ꝯ̄ mēte Ari. 1. de ꝓble. 9. ꝓble. tā ver ꝙ̄ estas subsequēs in tali ꝯstitutiōe est morbosa: vn̄ poss̄e est ꝙ humiditates que nō mouent̄ in vere moueant̄ in estate a calore eliquāte que fluētes ad oculos erūt cāe obthalmie.

¶ Et estas quidem borealis multiplicat obthalmiam ⁊ proprie post hyemem meridianaz.

¶ Hic ponit tertiā ꝯstitutionez ⁊ dicit ꝙ estas borealis. i. frigida ⁊ sicca multiplicat obthalmiā: ⁊ ꝓprie post hyemē meridionalez. s. calidā ⁊ humidā. hui⁹ cā est: qꝛ estas frida ⁊ sicca exp̄mit humiditates p̄us in hyeme ⁊ vere ꝯgregatas que mote ad oculū faciunt obthalmiā. maxie aūt aggregant̄ iste humiditates si hyems p̄cessit calida ⁊ humida. ¶ Sz tu dices cū iter hyemē ⁊ estatē mediet ver q̄le dz eē h' ver. ¶ Dōm ꝙ siue sit calidū ⁊ humidū siue sit ꝟuās nām suā estas faciet obthalmiā: ⁊ plus si ver fuerit calidū ⁊ humidū: qꝛ plures existūt sup̄fluitates: ⁊ in plurib⁹ corporib⁹.

¶ Et qn̄qz multiplicat̄ etiā in estate cuius ver fuit meridianū: ⁊ sicca hyems ⁊ septētrionalis.

¶ Hic p̄° remouet dubiū vnū. Scḋo aliud. ibi (Et tu qdez.) ¶ Primū dubiū sic remouet̄. dixerat ꝙ si hyems est septētrionalis ⁊ ver meridianū ⁊ pluuiosuz in estate pluuiosa m'ltiplicant̄ obthalmie. ¶ Quare diceret aliqs si estas nō eēt pluuiosa: sed suā nām seruaret: nōne ī ea fierēt obthalmie. ¶ Rn̄det ꝙ sic: dicēs. Et qn̄qz multiplicant̄. s. obthalmie: ēt in estate. s. seruante suā nām ⁊c̄. qn̄ eniz aliqd absolute ꝓfert̄ dz ītelligi de meliori: vt sumit̄ a Gal. 3. alimētoꝝ cap̄. 1. ⁊ p̄ de creticis. 9. cap̄. estas autē hic absolute ꝓfert̄: ꝗ de meliori estate intelligit̄: meliora aūt tempora sunt que suā seruāt nām: vt. 4. can̄. fen. 1. trac. 4. 1. cap̄. Aliter tn̄ posset istud dubiū remoueri vt dicat̄: qꝛ dixerat ꝙ estas borealis facit obthalmiā ꝓp̄e post hyemē meridianā. Diceret aliqs si hyems esset borealis: ver septētrionale. Rn̄det ꝙ estas. s. borealis facit obthalmiā p̄cedēte hyeme boreali: dūmō ver sit calidū ⁊ humidū. s. meridianū.

¶ Et tu qdē ꝯsidera corpora dura ꝟm regiōes septentriōales ⁊ corꝑa lenia ⁊ rara ꝟz meridiōales regiōes.

¶ Hic rn̄det alteri quesito. Diceret aliqs q modi obthalmie sunt ꝟm has regiones: ⁊ ita ītelligat̄ ꝟm tꝑa. Rn̄det ꝙ tu debes ꝯsiderare in regionib⁹ frigidis ⁊ siccis ⁊ septētrionalib⁹ corpora eē dura v'l in poꝛ stricta: vn̄ obthalmie erūt nihil emittētes: sz ī regionib⁹ meridionalib⁹ corꝑa sunt mollia ⁊ rara: vn̄ obthalmie ab eis resudabūt ⁊ erūt obthalmie hūide: ita ēt dz ītelligi de temporib⁹.

¶ Sicut regiones calide faciunt obthalmiaz similiter balneum valde calidum cum homo ipsum ingreditur proculdubio facit obthalmiā.

¶ Hic ostēdit euentuz obthalmie ab alia causa p̄mitiua. s. balneo. Notandū ꝙ balneū multū calidū dissoluendo humiditates a capite ⁊ ꝯ̄bilitādo oculos per viā resolutionis facit obthalmiā. ¶ Sz tu dices qūo balneū facit obthalmiā cū nos dicamus ꝙ curat obthalmiā. vn̄ Hippo. 6. afoꝛ. afoꝛ. 31. ⁊. 7. afoꝛ. 47. Dolores oculoruz lauacrū. i. balneū soluit. ¶ Dōm ꝙ balneū intēperatum ⁊ cū homo vtit̄ eo post multā repletionē est cā obthalmie: vnde si mām inuenit in capite superfluā dissoluit eā ⁊ facit obthalmiā. vn̄. 2. ꝯtinen. cap̄. 2. Rasis dicit Alexā. balneū calidū generat obthalmiā in oculis: ⁊ parati ad obthalmiā nō intrent balneū. Si vō qs debite balneo vtatur ꝟm ꝯditiones infra dicendas iuuatur ab eo.

¶ Et scias ꝙ qn̄ adest obthalmia ⁊ oculi dispō mutat̄ ꝯsequēs cū cura recta ⁊ purgatione vltima: tūc causa eius est materia retenta in oculo corrūpens nutrimētum: ⁊ catarrus ex cerebro ⁊ capite ꝟm ꝙ declarauimus in illis que sunt premissa.

¶ Hic Aui. ānectit quēdā can̄. ⁊ iō dixerat de hoc supra cap̄. de canonib⁹ vniuersalib⁹ in curis oculi: ⁊ ibi declaratum fuit. Dicit ꝗ ꝙ cū est obthalmia ⁊ oculi dispō mutat̄. s. in malū: vel nō mutat̄. s. in bonū: ꝯn̄s est cura recta. i. de ꝯsequēte ⁊ ꝓcedente cū cura recta: ⁊ hoc ꝙ̄tū ad medicinas extra approximatas: ⁊ ꝙ̄tū ad regimē: ⁊ purgatione vltima. i. multa eūone per flōmiā ⁊ pharmaciā vt tibi videt̄ ꝯuenire. cā in hoc ⁊c̄. vt ibi declaratū fuit ⁊c̄.

¶ De signis. Cap̄. 8m.

Scias ꝙ doloꝝ qui in oculo ꝯtingūt alij sunt mordicatiui ⁊ alij cōrosiui ⁊ alij extēsiui. mordicatiui qdē sign̄ant corruptionē qualitatis māe ⁊ corrosiui acuitatem ipsius: ⁊ extensiui significant multitudinē eius: aut ventositatem.

¶ Superius Aui. determinauit de obthalmia ꝙ̄tū ad sui spēs modos ⁊ causas: hic determinat de ea quātuz ad signa. Et p̄mo ponit signa obthalmie sumpta ex diuersitate specierū doloris. Scḋo ex diuersitate exeuntis. ibi (Et obthalmia velocioris status.) Tertio ponit signa obthalmie ꝟm diuersitatē specierū eius. ibi (Post hoc aūt dicamus.) Quid dicat in p̄ma parte notū est ex his que supra diximus illa parte (Et violentia qdē.) ¶ Notandū ꝙ iō per diuersitatē specierū doloꝝ docuit significare. A. sup̄ diuersas materias in obthalmia: qꝛ dolor est accidēs ꝯcomitans obthalmiā: ⁊ valde in ea molestū: ⁊ ꝓpter similē cām docuit ex lachryma ⁊ lippitudine significare: qꝛ ista obthalmiā sequunt̄. ¶ Sed tu dices cū spēs doloris sint. 15. vt p̄mo can̄. fen. 2. quare non docuit per spēs alias significare. ¶ Dōm ꝙ illi tres modi doloꝝ maxime in oculis ꝯtingunt: ex qbus diuersas materias significamus: ⁊ hoc est valde vtile ad curationē. ¶ Sed tu dices quid intelligit per dolorez corrosiuum: cū in p̄mo lib. fen. 2. nō fecerit de eo mētionē. ¶ Dōm ꝙ intelligit pruritū vel intelligit dolorē acutū ꝓtensiuū. dolor. n. acut⁹ fixus vocat̄ absolute acutus: sed acut⁹ ambulatiuus vocabit̄ corrosiuus dūmō nō sit a vētositate. vel dicit̄ ꝙ ista est alia spēs doloris habēs nomē a māei mō: qꝛ est corrosiua: vn̄ multa alia gn̄a doloꝝ circuit: ⁊ ad illa pōt reduci. vel pōt dici ꝙ ītelligit vlcerosum.

¶ Et obthalmia velocioris stat⁹ est in qua lachryme magis currunt ⁊ que acutiorem hz mordicationem ⁊ tardioris est que est magis sicca.

¶ Hic ponit signa ab exeunte: lz etiam dicat de alijs accidentibus vt de mordicatione. Et primo ponit signa a lachryma. Secundo a lippitudine. ibi (Et lippitudo.) ¶ Qḋ dicit in prima parte est notuz: quia cum currunt lachryme. ⁊ est multa mordicatio in oculo significatur materia calida acuta: et per consequens obthalmia acuta: vnde status erit cito: sed cum est sicca obthalmia: quia non

fluit ⁊ non sunt accidentia acuitatis doloris ⁊ similium: tunc est materia grossa quieta: ⁊ tunc status erit tardius.

¶ Et lippitudo qdē est significatio vera maturationis aut grossitiei mãei. Lippitudo nãq3 que est velox cu3 leuitate accidētiū excepta grauitate oculi est significatiua grossitudinis mãei: ⁊ illa cui associat maturatio ⁊ cu3 qua est oculi exiccatio in initio parūper ⁊ resoluit velociter est laudabilis: ⁊ illa cuiꝰ granū est paruū raro est significatiua oculi bonitatis. paruitas aūt grani maturationis significat tarditatē qñq3 palpebre ꝯglutinari incipiūt: tūc iam maturationis adest ꝓpinqtas: sicut dum ꝑseuerat cursus aquosus est initiū adhuc.

¶ Hic ponit signa a lippitudine adiūgēs ēt alia signa. Circa quam partē est ꝯsiderandu3 ꝙ ex ista lr̃a accipimus ꝙ lippitudo est 2x. Una que sigñat grossitiē in mã. Alia vͦo que sigñat digōnē. Lippitudo que sigñat grossitiē mãe ⁊ ineptitudinē ad digōnē ꝯditionat ex duobꝰ: ⁊ pōt qñqȝ esse tertiu3. ¶ Primo q2 est velox in apparitione. ¶ Sed ꝯtra diceret aliqs. A. ꝯdicit sibi: q2 dixerat supra ꝙ obthalmia sicca est tardioris statꝰ: ⁊ per ꝯñs est de mã grossa magis. ⁊ hic ponit ꝙ velox apparitio significat grossitudinē materie. ⁋ Dō3 ad hoc ꝙ mãe grosse faciētes obthalmiã sūt duoꝝ modorū: qdã sunt grosse sicce: vt melice vel cholerice de cholera grossa: ⁊ in istis nō apparet a ꝑncipio lippitudo: imo sunt sicce ⁊ tarde apparent lippitudines ⁊ pauce lachryme. alie sunt grosse humide ⁊ flegmatice: ⁊ in istis cito pōt apparere lippitudo: l3 nō vera nec laudabilis: mã. n. flegmatis exuberãs resudare pōt per poros cito cū ipsa nō est multū viscosa: ⁊ faciet lippitudinē ꝗdã sicut etiã videmus in fe. humidis in vrinis qñqȝ hypostasi3 que videt eē alba laudabilis que tñ nō est vt sumit ab. A. 1. cañ. fen. 2. ca. de hypostasi. lippitudo. n. laudabilis per digōnē facta in mã tali cū debeat in lōgo tpe mã digeri nō pōt velociter apparere: ⁊ iō si cito app3 est signū mãe grosse. talis ēt lippitudo que cito apparet in mã grossa distinguit maxime per alia signa vt per accidētiū lenitatē. Et hec est scđa ꝯditio: nã lippitudo que per digōne3 appet nēcio est post accidētiū difficultatē vel cū accidētiū difficultate: circa. n. gnōne3 saniei dolores ⁊ feb. mag accidūt: vt Hippo. 2. ꝑti. afoꝛ. afoꝛ. 47. Cū ḡ vera lippitudo per digōnē factã in obthalmia sit qdã sanies: op3 ꝙ post accidētiū difficultatē appareat. si aūt nō apparuerunt accidētia difficilia talis lippitudo nō sigt̃ maturationē: sed mãm grossa3 exuberãtē. ⁊ h̄ est qđ dicit cū lenitate accidētiū: s3 q2 grossa mã ante digōnē est pōderosa: iō l3 cū illa lippitudine sit lenitas alioꝝ accidētiū: tñ est ibi ḡuitas. vñ Aui. excepta ḡuitate. Ex qbus appet solo ad ꝯdictionē. ⁋ Aliter tñ posset rñderi ꝙ velox apparitio lippitudinis in mã grossa dr̃ velox respcū tarde apparitiōis lippitudinis per viã digōnis in mã eadē grossa: ⁊ non dr̃ velox respectu apparitionis lippitudinis ⁊ lachrymarū in mã subtili acuta faciēte obthalmiã velocis statꝰ: imo respcū illiꝰ est tarda in apparitione: ⁊ vsqȝ ad illud tp̄s apparitionis prime lippitudinis ista obthalmia de mã grossa pōt dici sicca. ⁋ Tertio ꝯditionat lippitudo qñqȝ que sigt̃ grossitiē mãe ⁊ nō digōnē ex forma sui: q2 si ḡnu3 est paruū est sigñatio grossitudinis mãe: ⁊ raro bonitatꝭ: q2 sigt̃ ꝙ mã nō vincit a virtute: q2 tūc copiose exiret: ⁊ ideo tarde digeret mã. vñ Rasis. 2. helaui. ca. 2. Cū lippitudo accidit sic ḡna ꝑua deterior est ea que accidit cū ḡnis magnis: q2 sigt̃ tarditatem digōnis mãe. Idē Jesus cap̄. de obthalmia. ca. 35. 2. trac. Dixit aūt Aui. raro: q2 si mã esset pauca valde posset in forma ꝑuoꝝ ḡnoꝝ expelli. ¶ Accipimus 2º ex lr̃a hac ꝙ est lippitudo alia que sigt̃ digōnē: ⁊ talis lippitudo ē quã ꝑcessit exiccatio. i. ꝑuatio lippitudinis in initio. i. in ꝑnº parūper: q2 ꝑus nō appet lippitudo ⁊ mō per digōne3 appet. Simil'r ipa resoluit velociter. i. cito sepat ab oculo: ⁊ h̄ ꝓp eq̃litatē quã h3 ex digōne. lippitudo aūt indigesta nō sic cito separat: vel cito resoluit. i. nō lōgo tpe ꝑdurat in apparitiōe: q2 nã mō est potēs cito eūabit totã mãm. ¶ Sed diceret aliqs Aui. īnuit ꝙ lippitudinē bona3 ꝑcedit siccitas oculi. Cōtra: q2 pōt ꝑcedere alia lippitudo que apparet in mã grossa nō digesta. ⁋ Dōm ꝙ apparē lippitudinē que significat mãm grossa3 anteqȝ appareat lippitudo que significat digōnē hoc est solu3 in tali mã grossa. Sed in mã subtili nō est hoc: imo prius nō apparet lippitudo: ⁊ postea apparet per viã digōnis. ⁊ huius cã est: q2 mã subtilis nō est apta vt faciat lippitudinē: nisi per digōnē īgrosset: remanēs eñi subtilis mã est apta vt faciat lachrymã. ⁋ Possumus ḡ dicere ꝙ oēm lippitudinē digestã ꝑcedit siccitas oculi per ꝑuatione3 lippitudinis: siue mã sit grossa siue subtilis: tñ differēter: q2 si mã sit subtilis ꝑcedit ea3 īmediate ⁊ parūper: q2 obthalmia de mã subtili cito venit ad statū ⁊ digestionē. Si vͦo sit mã grossa ⁊ ꝯditionata vt supra dictū est precedit mediate: ita ꝙ primo fit siccitas: postea lippitudo cu3 leuitate accidentiū excepta grauitate: postea lippitudo digesta: ⁊ ideo dixit parūper: q2 nō totū tp̄s ante digestionē occupat illa siccitas. ¶ Sed tu dices sunt ne alia signa istius lippitudinis que significant bonitatē. ⁋ Dōm ꝙ sic: vt q2 ꝑcesserint accidētia difficilia vel difficiliora qȝ accidētia principij: ⁊ ꝙ sit in magna quãtitate nō sicut grana parua. ¶ Cōsiderandū vlterius ꝙ cursus aquosus vt lachrymarū nō inuiscantiū significat mãm crudã aquosa3: ⁊ ideo nō inuiscat. cū aūt mã iam est digesta: q2 humidū aqueū sicco terreo permistū est: tunc fit tenax ⁊ inuiscat palpebras: ⁊ ideo significat maturationē: vnde vulgares ab experientia in obthalmia laudant hanc inuiscationem. ¶ Sed tu dices Auicē. īnuebat supra ꝙ lippitudo digesta cito resoluit. i. separat: ⁊ per ꝯsequens nō est sic viscosa quãdo est digesta sicut quãdo est cruda: ergo nō sic glutinabit palpebras. Ite3 aliqua mã flegmatica est indigesta per viscositatē: ḡ digesta est minus viscosa. ⁋ Dicendū vno mō ꝙ supra Auicē. cōparat lippitudinē digestã ad lippitudinē indigestã que significat materiã grossam: ⁊ tunc aliquãdo applicatio palpebrarū: vt cum est per lippitudinē ex multitudine materie viscose grosse nō significat maturationē: ⁊ hoc videmus ꝙ in qbusdã obthalmijs flegmaticis inuiscant valde oculi anteqȝ appareat maturatio. Sed. A. hic cōparat lippitudinē digestã ad cursu3 lachrymalē aquosu3. Uel aliter soluendo simul ad ꝯtradictionē ⁊ rōnē: q2 res magis viscosa in se nō necessario magis inuiscat aliq̃ extrema: sicut mucilagines cydonioꝝ ⁊ psilij sunt in se viscose: ⁊ nō inuiscant. reqrit eñi inuiscosum qđ debet alia inuiscare ꝙ hēat aliquã penetrationē: vnde oleū cū visco miscet a cultoribꝰ vinearū: ⁊ sic in ꝓposito hoc omitto: q2 esset sermo lōgus ex 4º metheoroꝝ: ⁊ forsan qđ dictū est apparet plus qȝ sit verū.

¶ Post hoc aūt dicamus ꝙ ꝯturbatio cognoscit leuitate sui ⁊ cã sui ⁊ quantitate apostematis primitiui.

¶ Hic Aui. ponit signa obthalmie q̃tū ad suas spēs. Prima aūt diuisio obthalmie in primas spēs erat ꝙ qdã est obthalmia vera ⁊ qdã nō vera dicta ꝯturbatio. Primo ḡ ponit signa obthalmie non vere. Scđo ponit signa obthalmie vere. ibi (Et obthalmiã qde3.) ¶ Ad intellectū ꝑme partis notandu3 ꝙ Aui. tria signa ponit obthalmie que est ꝯturbatio. Primū signū est: q2 ē leuis. i. in suis accidentibꝰ: ⁊ ideo dicebat vacillatio. Scđm signū est sui cã. s. ꝑmitiua: ⁊ possumus dicē sui cã. s. intrinseca: q2 nō sit inuēta cã añs. Tertiū signū est q̃titas apostematis primitiui. q̃titas aūt huius apostematis primitiui est quãtitas parua. huiꝰ ratio est: q2 apostema nō primitiuū fit ex repletione corporis: l3 illã mãm possit mouere causa primitiua. Sed apostema pure primitiuū. i. a causa primitiua: cum nō inueniat causa primitiua repletionē facit paruu3 apostema: ergo vnum de signis obthalmie nō vere est paruitas sua.

¶ Et obthalmiã qdē que est cū cōitate capitis significat soda ⁊ grauitas capitis. Nã si via fluxus a cerebro ad oculū nō est nisi per velamē extrinsecū cooperiens caput frons est extensa ⁊ vene exteriores sunt plene: ⁊ simil'r inflatio īcipit venire ad palpebrã ⁊ in fronte sūt rubedo ⁊ pulsatio: ⁊ si est per velamē intrinsecū nō apparet illud ⁊ apparet sternutatio ⁊ pruritꝰ in naso ⁊ palato: ⁊ si est cū cōitate stōchi associat ei nausea ⁊ ꝯturbatio ⁊ signu3 illius est humor in stomacho.

¶ Hic ponit signa obthalmie vere. diuisio aūt obthalmie vere ꝺm quã debemus eã cognoscere est duplex. Una est ex parte loci vñ mã venit. Alia est diuisio ex parte mãerū. Primo ḡ pōit signa obthalmie q̃tū ad diuisionē ꝑmã. Scđo quãtū ad secundã. ibi (Sanguinea3 vͦo.) ⁋ Pria in duas. Primo ponit signa obthalmie facte ex mã cōmunicata a capite. Scđo a stomacho. ibi (Et si est cu3 cōmunitate.) ⁋ Prima in duas. Primo ponit signa obthalmie huiꝰ quãdo materia venit per velamen extrinsecum. Scđo qñ per intrinsecum. ibi (Et si est.) Qđ dicit in istis partibus est notu3 per ea que dicta sunt supra tertio capitulo. ¶ Sed diceret aliqs: quare non posuit signa materierum in oculo generatarum. ⁋ Dicendu3 ꝙ dedit intelligi per priuationem horum signoꝝ: ⁊ per ea que dixit. 3. cap̄. in fine vt supra in isto cap̄.

¶ Sanguineã vͦo obthalmiã sigñant color oculi ⁊ exuberatio venaꝝ ⁊ pulsatio timpoꝝ ⁊ reliq̃ signa sanguinis in partibꝰ cerebri: ⁊ ꝙ nō lachrymat plurimū: sed lippitudinē patit ⁊ ꝯglutinat apud somnū.

¶ Hic ponit signa obthalmie s'm diuersitatē mãeȝ. Mãe aūt a q̄bus obthalmia fiebat: erāt q̄nqꝫ: sanguis: cholera: flegma: mel'ia: ⁊ vētositas. Primo ꝙ ponit signa obthalmie sanguiee. Scđo cholerice. ibi (Cholericā.) Tertio flegmatice. ibi (Flegmaticā.) Quarto mel'ice. ibi (Mel'icā.) Quinto vētose. ibi (Cū vētosa aūt.) ¶ Dicit p̄mo ꝙ obthalmiā de sanguine significat color oculi. s. rubeus: exuberatio venaȝ: ꝑpter multā earū plenitudinē: cū sanguis iter alios humores magis crescat ⁊ exuberet in venis: ⁊ ideo ĩgrossantur palpebre ꝑpter repletionē venarum: vt Azarauius in suo lib. Pulsatio ⁊c. ꝑpter multā caliditatē vaporosam ⁊ reliqua ⁊c.

Dubm pm ¶ Dubitaꝛ vtrū in obthalmia de sanguine multiplicenꝛ lachryme. ⁋ Videꝛ ꝙ sic ex Azarauio cap̄. de obthalmia. vbi dič. Inter signa obthalmie sanguinee multitudo lachrymarū. Idem sentit Jesus Haly tracta. z. 35. cap̄. vbi dicit. Inter signa obthalmie sanguinee multitudo humiditatis ⁊ ranū. i. lippe. per multitudinē aūt humoris nō pōt itelligē nisi lachrymā: q2 de lippitudine explicat. Idem ponit Rasis 2o ꝯtinē. ca. z. vbi dicit. Oculi si sunt cū magna rubedine multe hūiditatis ⁊ lippitudinis humor faciens h' est sanguis. Exponem' ꝙ humiditates. i. lachryme. Idē Guilelm' lombardus: vbi dicit. Signa obthalmie pp sanguinē sunt ⁊c. multitudo lachrymarū. ⁋ In ꝯriū est Aui. cū dicit nō lachrymanꝛ plurimū. ⁋ Ad huius ꝯdictionis solutionē ꝯsiderandū ꝙ humores pñt multiplicare lachrymas dupl'r. s. mãliter ⁊ effectiue. mãliter q̄dem: vt cū humor subijciꝛ pro mã lachryme. effectiue aūt vt cū mouet ⁊ incitat ad lachrymāduȝ. Hoc aūt pōt aliq̄s humor dupl'r facere. Uno mō calore eliquatiuo vel dissolutiuo. Alio mō dolore mordicatiuo maxime faciente ad oculos currere lachrymas: vt superius dicebaꝛ.

¶ His p̄missis est ꝯsiderādū ꝙ humores obthalmiā faciētes pñt cōparari adinuicē: vel solū multitudine ⁊ paucitate lachrymarū: vel pñt cōparari in multitudine ⁊ paucitate lachrymaruȝ respcū lippitudinis multe vel pauce. Siquidē p̄mo mō cōparenꝛ: dicem' ꝙ humor minus faciens lachrymas est mel'ia: nec. n. facit lachrymas mãliter nec efficiēter. vñ ĩfra. A. mel'icā obthalmiā significat exiccatio. s. oculi. a lachryma: nisi forsan eēt mel'ica per adustionē gñata que sui acuitate faceret lachrymare. Alij ꝙ tres humores. s. sanguis chol'a ⁊ flegma: possunt cōparari in faciendo lachrymas: vel mãliter: vel effectiue: si mãliter tūc humor magis aptus ad lachrymā faciendā est cholera: postea sanguis: postea flegma: ⁊ huius rō est: q2 cū lachryma sit q̄d subtile mãliter multiplicaꝛ magis ab humore subtiliori. Humor aūt subtilior est cholera: deide sanguis: deide flegma: vt hȝ declarari in p̄ncipijs vniu'lib'. Et loquor de cōparatione hoȝ humoȝ seruantiū suā nām in suba: q2 al'r flegma aquosum posset plus multiplicare lachrymas mãliter q̄ȝ sanguis. Si aūt cōparenꝛ isti humores in faciēdo lachrymas effectiue: tūc flegma non facit lachrymas: q2 nec inflāmat sui calore: nec ēt acuitate mordicat nisi forte eēt flegma salsum. Restat cōpatio īter cholerā ⁊ sanguinē in efficiēdo lachrymas: ⁊ dicemus ꝙ effectiue plus multiplicat lachrymas chol'a q̄ȝ sanguis: qđ appȝ: q2 in cholera sunt duo. s. calor dissoluens mãs ⁊ acuitas mordicans. In sanguine aūt q̄uis sit calor: nō tamē est acuitas mordicatiua. ⁋ Ex q̄bus apparet ꝙ ex parte pluralitatis dictarum cārū humor plus faciens lachrymas est cholera: deinde sanguis postea flegma: vltimo mel'ia. Dico aūt ex parte pluralitatis dictarū cārū: q2 ex pre quarūdā aliarū cāȝ posset nō esse ita. v. g. cholera reperiꝛ paucior q̄ȝ sanguis ⁊ q̄ȝ flegma. Sil'r cholera cū sui calore hȝ exiccare mãs humidas que possent multiplicare lachrymas. ⁋ Ex quo apparet ꝙ pōt cōtingere in obthalmia sanguinea plus fieri lachrymas q̄ȝ in cholerica: ⁊ pōt ecōtra ꝯtingere. si enī aliq̄ obthalmia sit de sanguine multo ⁊ subtili in hoīe habēte caput plenū eliquatis materijs: tunc fient plures lachryme q̄ȝ in obthalmia cholerica q̄daȝ: ⁊ sic aliq̄ obthalmia cholerica de cholera multa ⁊ in capite ēt sint mãe eliquabiles fient plures lachryme q̄ȝ in q̄daȝ obthalmia sanguinea: ⁊ q2 signa a multitudine ⁊ paucitate lachrymarū sunt multū ꝑmutabilia: iō Aui. nō curauit de h' signo: vñ in obthalmia cholerica nō dixit aliq̄d de paucis vel de multis lachrymis: sed soluȝ dixit ꝙ erāt lachryme calide. Reliq̄ aūt auctores allegati ꝯsiderātes ꝙ sanguis īter oēs hūores vincit: vñ multa de eo quātitas aggregaꝛ: ⁊ suo calore est eliquationi apt': dixerūt in obthalmia sanguinea multas fieri lachrymas. Si aūt humores faciētes lachrymas cōparenꝛ in multitudine ⁊ paucitate lachrymarū respcū lippitudinis: vt sic dicem' ꝙ hūor sanguineus ēt flegmaticus ⁊ etiaȝ mel'ic' plus faciēt lippitudinē q̄ȝ lachrymas respcū cholerici: sed chol'ic' facit plus lachrymā q̄ȝ lippitudinē respcū illoȝ. Rō est: q2 sanguis sui suba est ꝯformior lippitudini q̄ȝ sit lachryma: nec etiā mordicat vt fluē faciat lachrymas: ⁊ iō lȝ obthalmia sanguinea sit cū lachrymis multꝭ: tñ ꝑportiōal'r plus est lippitudo q̄ȝ lachryme. Et eodē mō pōt declarari de flegmate. est. n. humor in sba ⁊ colore ꝑportiōalis lippitudini, vñ Rasis in diuisionib' cap̄. de obthalmia. ca. 19. dicit. signa flegmatice sunt ⁊c. cū multitudine lippitudinis ⁊ lachrymaȝ. Ecce ꝙ p̄mittit lippitudinē lachrymis. vñ ēt. A. in signis obthalmie flegmatice pōit lachrymā. Et eodē mō mel'ia minus inepta est lippitudini q̄ȝ lachryme. Chol'a v̄o cū sit subtilis plus est ꝯformis ꝯuerti in lachrymā q̄ȝ sit apta ĩspissari ⁊ fieri lippitudo: vt notū est. ⁋ Ex q̄b' soluunꝛ ꝯrietates iter auctores q̄ dicūt in obthalmia sanguiea est multitudo lachrymaȝ. loquunꝛ cōparādo has mãs ad lachrymas absolute: q2 in sanguiea ⁊ chol'ica mã lachryme sūt multe: sȝ in fl'atica ⁊ mel'ica mã sūt pauce. A. v̄o cōparauit istas mãs: nō ĩquātū ad lachrymas absolute: sed quātū ad lachrymas cōparatas lippitudini: q2 in sanguinea: lȝ sint multe lachryme: ⁊ ēt in cholerica sint multe: tñ multe lachryme ĩ sanguinea obthalmia sunt pauce ꝑportional'r respcū lippitudinis: ⁊ multe in chol'ica sūt lachryme respcū lippitudinis: vt ꝺclaratū ē. vñ Aui. dixit ꝙ nō lachrymanꝛ plurimuȝ: sed lippitudinē patiunꝛ.

¶ Scđo dubitaꝛ q̄re palpebre mag̃ glutinanꝛ apud somnū. ⁋ Doȝ ꝙ hui' cā est triplex. Prima est: q2 q̄escūt. Scđa est: q2 in somno fortificaꝛ vigō: vñ lippitudo multiplicaꝛ que ꝯglutinat palpebras. Tertia cā: q2 mã humectaꝛ pp ꝓhibitionē resolutionis que fit in vigilijs: ex qua humectatione mã fit magis apta inuiscare. Dubm 2o

¶ Cholericā autē significat punctura vehemēs ⁊ dolor adustiuus inflāmatiuus vehemēter ⁊ rubedo ꝑua ⁊ lachryme subtiles acute: et q̄nqꝫ exulcerat: et quandoqꝫ euacuatur lachrymis sicut est euacuatio sanguinei: ⁊ nō cōglutinantur apud somnum.

¶ Hic ponit signa obthalmie cholerice. Et p̄ in cōi. Scđo ponit signa quorūdā particulariū modoȝ. ibi (Et hui'.) ¶ Circa p̄mā partē ꝯsiderāduȝ ꝙ cū cholera sit hūor calidus acut' subtilis: merito cū apostemat ꝯiunctiuā facit pūcturā ⁊ dolorē adustiuū: ⁊ h' q̄ȝtuȝ ad arriditatē vel siccitatē ibi ꝯiunctaȝ: ⁊ inflāmationē q̄ȝtū ad calorē. rubedo parua q2 nō est rubedo rosea sicut in sanguinea: sȝ rubedo clara vel citrina. exulcerat. s. cū chol'a est multuȝ acuta. q̄nqꝫ euāꝛ a lachrymis: ⁊ h' q̄ñ chol'a est grossa ⁊ multū sicca: sicut ē eūo sanguinei. i. sicut in obthalmia sanguinea: ⁊ ēt q̄nqꝫ euāꝛ a lachrymis: vt cū sanguis est grossus ⁊ paucus nō glutinaꝛ apud somnū: q2 materia est sicca non apta cōuerti in lippitudinem.

¶ Et huius quidē generis est quedam que est rubedo adueniēs oculo ⁊ est de sūma cōplexionū pessimaruȝ: ⁊ q̄nqꝫ cauterizat oculū ⁊ exulcerat ipsuȝ faciēs exulcerationē motiuam ⁊ ambulatiuam.

¶ Hic ponit signa quorūdā particulariū modoȝ obthalmie. Et p̄o vnius. Scđo alterius. ibi (Obthalmie.) ¶ Primo dicit huius q̄dē generis. i. obthalmie cholerice ⁊c. ¶ Cōsiderandū ꝙ cholera aliquando est adusta: vnde facit obthalmiā pessimā ⁊ cōplexionem prauam: q2 cōburit oculuȝ ⁊ facit corrosionem vel vlcerationem motiuam. i. ambulatiuam.

¶ Obthalmie preterea cholerice est genus pruritiuū ⁊ exiccatiuuȝ cū paruitate rubedinis ⁊ paruitate lippitudinis: ⁊ nō appet apostemati ipsi' quātitas de qua sit curandū neqꝫ cursus ⁊ est ex materia parua acuta.

¶ Hic ponit signa alterius modi obthalmie. ⁊ pȝ qđ dicit. aliq̄ñ. n. chol'ica mã est valde pauca ⁊ acuta mordicatiua: vnde fit obthalmia in q̄ȝtitate parua: ⁊ ideo etiā neqꝫ fit cursus. i. nō fiunt lachryme: ⁊ fit pruritus ex acuitate ⁊ alia fiunt que Aui. ponit.

¶ Sed flegmaticā significāt grauitas vehemēs ⁊ caliditas parua ⁊ rubedo debilis: imo in ea vincēs est albedo ⁊ sunt lippitudo: ⁊ ꝯglutinatio apud somnū ⁊ est cum inflatione ⁊ cōicant ei facies ⁊ color. Q2 si ei' p̄ncipium est stomachus associatur ei nausea.

¶ Hic Auic. ponit signa obthalmie flegmatice. Et p̄mo signa cōia. Scđo signa cuiusdaȝ determinati modi eius. ibi (Et flegmatica.) ¶ Consideranduȝ ꝙ sicut supra dicebaꝛ flegmaticus humor: lȝ nō sit grauis sicut melācholicus: tñ per accidēs plus facit grauitatē: q2 cum suo frigido ⁊ humido ꝯtradicit habilitati motus. simil'r q2 plus in quātitate est aptus congregari in partibus oculi ⁊ capitis q̄ȝ mel'ica lippitudo: q2 flegma sui grossitie ⁊ viscositate ē aptū facere lippitudinem ⁊ cōglutinationē cuȝ inflāmatione: q2 vapores flegmatis inflāmant: vnde etiā cōmunicat facies in hoc: ⁊ color. s. faciei albus per cōmunitatem: vnde est sicut q̄dā modus cacesie. ¶ Cōsiderandū ꝙ stōchus plus est aptus mittere materias de se flegmaticas q̄ȝ cholericas aut sanguineas vel mel'icas: ⁊ hoc ideo

q: flegma nāliter in stomacho abūdat: vt Aui. fen. 13. ponit cap̄. de egritudibus stomachi. ⁊ Mesue in suo de appropriatis cap̄. de soda. Flegmate aūt multo in stomacho exuberāte nauseā facit: ⁊ iō Aui. in obthalmia flegmatica dixit: ꝙ si eius principiū ⁊c̄. tñ si alij humores a stomacho ascenderent erunt signa dominij alioꝝ humoꝝ in stomacho: ⁊ hoc scitur ex fen. 13.

¶ Et flegmatica quidem quandoqꝫ cōsequitur hoc vt in ipsa excrescat coniunctiua super nigrū propter magnitudinem apostematis: verūtamen non est manifeste rubedinis neqꝫ vehemētis: neqꝫ sunt cū ea lachryme: sed lippitudo.

¶ Hic ponit signa cuiusdaꝫ specialis modi obthalmie flegmatice. ¶ Cōsiderādū ꝙ ista obthalmia alguadengi. i. obthalmia magna: ⁊ signa que ponit sunt nota. ∥ Ex qb⁹ accipimus vt supra dicebat ꝙ ista obthalmia nō solū fit ex sanguie: sed ēt ex alijs humorib⁹: ⁊ q: flegma plus abundat in corpore q̄ʒ alius humor post sanguinē: vt Mes. ponit in suo de ꝯsolatiōe. z. cap̄. iō ista obthalmia magna plus fit de sanguie: deide plus a flegmate: minus aūt ab alijs humorib⁹: ⁊ ideo in obthalmia flegmatica fecit de ea mentioneꝫ. ¶ Considerandū vlterius ꝙ sermo iste neqꝫ sunt cū ea lachryme ꝫ lippitudo pōt referri ad signa cōia flegmatice obthalmie: ⁊ ad signa obthalmie magne: ⁊ de vtrisqꝫ verificaṫ: flegma. n. plus est aptū ꝯuerti in lippitudinē q̄ʒ in lachrymā.

¶ Melācholicā vō significāt grauitas cū offuscatiōe ⁊ exiccatio ⁊ pseuerātia ⁊ paruitas ꝯglutinationis.

¶ Hic pōit signa obthalmie mel'ice ⁊ sunt signa nota. Exiccatio. i. q: nō fluūt lachryme: neqꝫ lippitudo. pseuerātia. i. lōgitudo ipsi⁹ q: ex grossitie māe multū durat. vel perseuerātia. s. in exiccatiōe ⁊c̄.

¶ Cum ventosa autem est extensio tantum sine grauitate ⁊ neqꝫ est cursus.

¶ Hic ponit signa vētose obthalmie. Et p° facit hec. Scdō remouet dubiū. ibi (Et qñqꝫ.) ¶ Cōsiderādū p̄mo ꝙ mā vētosa est apta extendere ⁊ sui subtilitate respectu humoꝝ nō pōderat: ⁊ iō dixit: extensio tm̄ sine grauitate: ⁊ neqꝫ cursus. s. lachrymaꝝ neqꝫ lippitudinis: q: ventositas nō est apta cōuerti in hoc.

¶ Et quādoqꝫ rubedinē facit euenire extensio.

¶ Hic remouet dubiū. dixerat ꝙ in obthalmia vētosa est tm̄ extēsio. Diceret aliqs: sunt ne ibi alia accidentia: vt. v̄. g. rubor ⁊ calor. Respōdet ꝙ extensio qñqꝫ facit ruborē. dixit aūt qñqꝫ: q: extensio vel est fortis: ⁊ tūc est fortis dolor ex quo forti dolore attrahitur sanguis ⁊ rubet oculus. vel nō est fortis extēsio: ⁊ tunc nō fiet rubedo. ∥ Ex hoc ēt appet ꝙ saluaṫ lr̄a negatiua que dicit. ⁊ neqꝫ rubedinē facit venire extēsio. s. qñ nō est fortis. ∥ Ex qbus soluiṫ ꝯdictio que videṫ esse inter Aui. ⁊ Azarauiuꝫ: q: Azarauius in cap̄. de obthalmia. ponit ꝙ signa obthalmie vētose sunt magis tumor cū magna rubedine: ⁊ hoc qñ est fortis dolor ex extensione. Si auteꝫ nō sit fortis dolor extensiuus nō est in obthalmia vētosa rubedo.

¶ De cura conturbationis. Cap. 4m.

In cura ꝯturbationis ⁊ obthalmie leuis que cursu eius ꝓcedit: qñqꝫ cause sufficit abscisio scꝫ si fuerint cā īnata a repletione sanguinis aut alterius cū euacuatione: ⁊ quandoqꝫ sufficit sedatio motus eius: ⁊ distillatio lactis: aut albuginis oui: aut alterius rei in ipso.

¶ Superius Aui. determinauit de obthalmia q̄ʒtuꝫ ad signa ⁊ cās. Hic ponit eius curā. Et p̄mo ponit curā vacillationis siue obthalmie non vere. Scdō ponit curā obthalmie vere. ibi (Canon cōis.) ∥ Pria in duas. Prio ponit curā obthalmie nō vere que fit a causis extrinsecis. Scdō ei⁹ que fit a scabie oculoꝝ. ibi (Et obthalmia qdē.) ∥ Prima in duas. Prio ponit curā obthalmie nō vere facte a cā extrinseca siue p̄mitiua qñ iuenit cām mālē in corpore vt repletionē. Scdō qñ nō iuenit. ibi (Et si cōturbatio.) ¶ Dicit p̄ ꝙ in cura obthalmie nō vere aliqñ sufficit abscisio cāe cū eūone. s. si cā fuerit īnata al's iuuatiua: a repletione sanguis vel alterius humoris ⁊c̄. ¶ Ad huius itellectū ꝯsiderādū ꝙ ex sermone Auic. possumus accipere ꝙ due itētiones cadunt in curatione ei⁹ que ambe hanc curā ꝑficiūt: ⁊ possem⁹ accipe itētiones que sunt duoꝝ modoꝝ obthalmie. Prio qdē mō dicem⁹ ꝙ in obthalmia a cā extrinseca cū repletiōe corꝑis cadit zᵃ itētio. Una est ad cāꝫ antecedētē que est corꝑis repletio: ⁊ ista ꝑficiṫ cū eūone: ⁊ h̄ fit qñqꝫ: q: indeterminato tp̄e: vt statim in p̄n°: ⁊ hoc est p̄mū a quo icipim⁹. Secunda vō itētio vertit se ad oculi dispōnē: ⁊ hoc est sedare motuꝫ māe fluētis ad oculū: ⁊ hoc fit cū reb⁹ debite frigidis habētib⁹ lenitatē: sicut est lac ⁊ albugo oui vel alterius rei: vt aque rosate cū cāphora vel sine ea s̄m ꝙ tibi videbiṫ necessariū. Et istoꝝ approximatio fit qñqꝫ: q: postq̄ʒ euacuasti. Si aūt itelligamus ex Auicē. duas intentiones: quarū vnaqueqꝫ est sufficiēs curare suā obthalmiā: dicemus ꝙ in obthalmia nō vera in qua est corꝑis repletio: cura fit cū eūone: ⁊ hoc qñqꝫ sufficit q: eūone facta māerum illud parū qd̄ in oculo ipressit recedit absqꝫ alia opōne: ⁊ qñqꝫ nō recedit: ⁊ iō dixit qñqꝫ sufficit. Si aūt obthalmia sit nō vera: ⁊ nō sit cū corꝑis repletiōe: tūc intētio ꝓprie est ad sedandū motū: ⁊ h̄ est qd̄ dicit p̄mo ad sedandū motū cāe primitiue: q: faceret cessare illa. Scdō ad sedādū motū māei ad oculū ⁊ in oculo: ⁊ hoc fit per medicinas dictas: ⁊ hoc sentit Jesus haly trac. z. cap̄. 35. vbi dicit. ⁊ si fuerit p̄ma species obthalmie. nō facias nisi scindere cām generatiuā ⁊c̄. ⁊ ablue cū lacte ⁊c̄. Et hoc ēt qñqꝫ sufficit: q: qñqꝫ nō sufficit: imo requiriṫ aliud qd̄ mām ab oculo resoluat.

¶ Et si conturbatio fuerit ex percussione distilletur in oculum sanguis columbe calidus: aut alterius: aut ex sanguine suiipsius: ⁊ quandoqꝫ sufficit euaporare ipm cum spōgia: aut lana infusa in oleo rosato ⁊ decoctione lactis: aut decoctione lentis: aut distilleṫ in ipꝫ lac mulieris ex mamilla calidū: ꝙ si illud non confert tūc decoctio fenugreci ⁊ sieṫ albi.

¶ Hic ponit curā obthalmie nō vere qñ cā extrīseca nō iuenit repletionē. Et p̄ qñ ꝓuenit a cā extrīseca q̄ est ꝑcussio. Scdō que est frigus. ibi (Illi vō.) ¶ Sed tu dices cū multe sint alie cāe p̄mitiue sup̄ enumerate: q̄re nō posuit curā obthalmie ꝓueniētis ab illis. ∥ Dōm ꝙ obthalmia a sole calore fumo ⁊ puluere: oēs cōicant in itētione sedatiōis mot⁹ cū reb⁹ lenificātib⁹: ⁊ iō illarū obthalmiarū cura dabaṫ intelligi per id qd̄ dixit. Et qñqꝫ sufficit sedatio motus ⁊c̄. ¶ Dicit p̄ ꝙ si cōturbatio fuerit ex ꝑcussione: distilleṫ sanguis ⁊c̄. vel alterius vt turturis. suiipsi⁹. i. ipsiusmet hoīs. ⁊ decoctione lactis: aut pro sed decoctio. s. lactis. aut ꝺcoctione lētis ⁊c̄.

¶ Propter solutionē istaꝝ ↄ̄dictionuꝫ est ↄsiderandū. Primo ꝙ in oleo duo ↄsideramus. Unuꝫ est ipsius oleagineitas. i. sua substantia sua viscositas. Aliud est sua virtus quam hꝫ ex rebus secū mistis sicut est virtus stipticādi ꝛ ifrigidādi in oleo ro. ꝛ virtus resoluendi in oleo camomille. Dico igit̄ ꝙ oleuꝫ quodcūq̄ ex parte sue oleagineitatis nocet in obthalmia: siue sup caput siue sup oculos siue in auribus. Rō est qꝛ ex hoc oleū hꝫ oppilare ꝛ retinere vapores qui transpirāt vel trāspirarent per poros capitis ꝛ per aures ꝛ hoc multū facit oleū per sui viscositatē subtilē ꝛ adherentē: ꝛ qꝛ non resoluitur cito a poro īmo illū diu obturat. ꝛ iō Auic. qn̄ timet ab oleis talē oppilationē docet facere inūctiones ꝛ postea abstergere vt plus remaneat virtus olei ꝙ̄ sua corpulētia. singulariter etiam oleum nocet oculis oleagineitate qꝛ est mordicatiuuꝫ: vt supra declaratum fuit. Si aūt olea considerent̄ quantum ad ꝓprias virtutes vt sic pn̄t conferre ꝛ possumus eis vti. ¶ Ad cuius declarationem est intelligendum ꝙ obthalmia vel est futura fieri: vel fit actu: vel iā est facta. Siqdem sit futura tunc in regimine corporis huius possumus super caput ꝛ in auribꝰ apponere olea vel calida vel frigida ſm ꝙ dispō īdicat. nam potest obthalmia esse futura fieri: qꝛ alicuius corporis complexio est frigida multū: vn̄ timetur ne in eo flegma aduuetur ꝛ postea fluat ad oculum ꝛ in tali corpore. Uel flegma iam est in capite cōgregatum: lꝫ ad oculos īcepit fluere: ꝛ hoc tu cognosces per signa repletionis flegmatis ſm caput que habes supra fen ꝑma: ꝛ in tali dispositiōe nō ↄuenit aliqd̄ oleum capiti apponere: qꝛ nō oleum frigidū in cōplexiōe: qꝛ noceret ꝓpter frigiditatem cerebri: nec oleum calidū: quia eliquaret illā materiā ꝛ faceret eam versus oculum fluere. vel in capite istius nōdum materia est ↄgregata: sed suspicat̄ ꝙ congreget̄ vel pauca materia cōgregata est. vel si fuit multa purgasti eam: ꝛ tūc dico ꝙ caput eius totū possumus inungere cū oleis calidis resolutiuis illius pauce materie: qꝛ enim pauca est non timetur de illius eliquatione. Confert etiam talis inunctio quia malaꝫ complexionem frigidā capitis rectificat. Unde supra Auicen. in soda frigida cuꝫ oleo ruthe docet caput inūgere: ꝛ queādmodū dixi de vnctione capitis: ita dꝫ intelligi de distillatione in aure: sed sup oculo nō est curandū aliqd ponere: ex quo nondū aliquid obthalmie īcepit nisi forsan in oculo esset aliqua dispositio per quā paret̄ ad attrahendum vel recipiendum illam mām: tunc enim poteris sibi insistere cum eo quod sibi conuenit. Potest etiam obthalmia esse futura ex calore capitis attrahente vel generante materiam calidā: ꝛ in hoc dico ꝙ si sit timor de obthalmia: qꝛ caput suo calore materiam trahat ꝛ nōdū traxerit: vel qꝛ materiam debeat multiplicare ꝛ nōdum multiplicauerit possumus vti oleo rosato super caput: ꝛ instillando in aures ad rectificandū malam cōplexionem calidā que in capite est: ꝛ ad hāc ītentionem etiam Galenus dicebat vti oleo rodino ad caput. vnde ibidem ponebat. Aliquādo quideꝫ cerebrū mittit reuma: ꝛ oportet quidē hanc crasim corrigere epithimatibus. i. īpositionibus totius capitis. Et Rasis. 2. ↄti. secūdo caplo. quando morbus oculorum est prolixus ꝛ in corpore non est superfluitas debet curari caput: ꝙ si acquisiuit malā cōplexioneꝫ calidam balneetur cū aqua dulci ꝛ oleo rosato ad alterandum cōplexionem pungitiui humoris. Si aūt generauerit cerebrum iam materias in capite vel traxerit siue sint pauce siue multe: dico ꝙ nō est tutū vti rebus īfrigidantibus ꝛ stipticis vti oleo rosato: nec super caput nec in auribus. Ratio est: qꝛ talia lꝫ iuuent remittendo calorem cerebri: tn̄ nocent qꝛ materiam premunt que non minus poterit ire ad oculos ꝙ̄ ad aliam partē: īmo magis qꝛ presupponitur ꝙ isti sint ad obthalmiā preparati. Unde vidi multotiēs in frenesi in qua cogimur vti reꝑcussiuis ꝙ superuenit obthalmia in ambobus oculis vel vno ꝓpter materie expressionem. Et iō textus Gal. statim allegatus debet sic exponi. Aliquādo quidē cerebruꝫ mittit. i. mittere pōt reuma. Et opꝫ quidē hāc ꝛc. s. anteꝙ̄ materia in capite aduuet̄. Et pōt cōuenientius fieri hec expositio: qꝛ postꝙ̄ mā est in capite que ad oculuꝫ dꝫ fluere: tūc nō est ītētio ad corrigēdum malam cōplexionē cerebri ꝑmā ꝙ̄tum ad opus: sꝫ est ītentio ad euacuādum mām a capite: ꝛ ꝓhibere ex hoc ne ad oculū vadat ꝛ ea euacuata cōplexionē rectificare. Ex qbus apparet ꝙ multū differt vsus oleoꝝ calidoꝝ resoluentiū ꝛ frigidoꝝ reꝑcutiētiū sup caput in mā que est futura fluere. Nā si sit mā calida pauca vel multa ↄgregata circa ꝑtes capitis nō possumus secure vti oleo rosa. nec alio reꝑcussiuo ad caput nec in auribus: ꝛ hoc timore expressionis versus oculos. lꝫ minor timor sit cuꝫ mā est pauca. Sed in mala cōplone frigida capitis: si aliqd de mā frigida sit in capite: dūmodo sit pauca securius possumus vti oleis resolutiuis.

¶ Uiso qualiter olea se habeant ↄ̄ obthalmiam futurā: videndum est de obthalmia que actu fit de qua plus curat̄. Dico igit̄ ꝙ in obthalmia q̄ actu fit possumus sup oculo ponere oleū rosatū. Rō est: qꝛ pōt repercutere mām ꝛ oculū ↄfortare: ꝛ hoc ꝓprie qn̄ mā est calida: ꝛ qꝛ oleū est de mordicātibus opꝫ cautelose illud applicare oculo. Et ꝑo ex ꝑte loci: qꝛ securiꝰ est clausis palpebris supapponē. Scd̄o ex ꝑte reꝝ cū qbus miscet̄: qꝛ misceat̄ cū rebꝰ remouētibꝰ mordicationē sic multi auctores miscere docent cū vitello oui: vt Rasis scd̄o cōtinētis. ca. 2. auctoritate Joānis. lꝫ vitellus oui cum oleo ros. ↄueniat in declinatiōe obthalmie calide: vt a Serap. sumitur trac. 2. i. c. Aliqn̄ docemur miscere cū lacte sicut ibidē docetur auctoritate Isaac. Tertio ex ꝑte modi quo fit applicatio: quia docet̄ qn̄q̄ īfundi lana vel bōbyx. s. expssa: postea īponat̄ in oculo: que oīa dabat ītelligi Rasis in hoc sermone scd̄o ↄtinē. 2. c. Folia violaꝝ recētiū cū lacte iuuēcule ꝛ oleo ros. madefacta bōbyx in eo supponat̄ oculis. Dixit igit̄ supponat̄ ꝛ nō dixit īstillet̄. Dico tamē ꝙ nullū oleum possemus apponere capiti: nec in aures distillare qn̄ obthalmia est in fieri. nā vel approximaret̄ aliqd̄ oleuꝫ calidū in virtute vel oleū frigidū. Prīo qdē oleum calidū nocet siue mā sit calida siue frigida. nā mām fluentē agitādo ꝛ eliquādo facit magis fluere: ꝛ cū hoc poros magis obturat qd̄ est cōe nocumētū oī oleo. posset tn̄ mā frigida esse pauca: ita ꝙ per viā resolutiōis traheret̄ ad ↄ̄triū ꝛ ꝓhiberet̄ a fluxu ponēdo aliqd̄ oleū calidum in aures vel ad caput: ꝛ hoc relinquit̄ estimationi. Nocet ēt oleū frigidū ꝙ̄uis mā esset calida. Rō huius est: qꝛ exprimit eā versus oculū nō minus ꝙ̄ versus aliā ꝑtē. res enī debētes repercutere debēt occurrere a ꝑte ad quā mā vadit: nō aūt a parte a qua mā venit. Cum ergo mā fluat a capite vsus oculos nō est ↄueniēs capiti applicare oleū ros. qꝛ ex hoc mā magis in oculuꝫ fluit. Ex q̄ ēt appꝫt ꝙ oleū ro. si tūc ponat̄ in auribꝰ vehemēter nocet. Nā auris cōicat cerebro versus ꝑtem posteriorē: qꝛ neruus auditus orit̄ a quinto pari neruoꝝ: vt Auicē. ponit ꝑmo can̄. fen. i. cap̄. de anathomia neruoꝝ cerebri: oleum ergo rosatū repellit mām ita ad partē anteriorē cerebri sicut ad posteriorē ꝛ magis ad anteriorē: qꝛ mā habet illuc cursum: hoc ergo est qd̄ Auicē. voluit dicere. ꝛ distillatio olei in aurē: ꝛ si sit rosaceū ē magni nocumēti: qm̄ magnificat obthalmiā. s. ꝑ impulsionē materie versus oculuꝫ ꝛ cōstrictionē vapoꝝ. Ex qbus ēt appꝫt ꝙ quāto in capite ꝛ corpore est maior repletio: tāto istoꝝ oleoꝝ appositio ꝛ distillatio ī aurē magis nocet.

¶ Uiso de obthalmia fiente oportet videre de obthalmia facta.

Dico ꝙ si obthalmia sit facta ita ꝙ tota ĩtẽtio medici sit ad mãm que est in oculo ⁊ non sit intẽtio ad caput nec ad alia membra: tũc non expedit capiti apponere aliquod oleum nec aliquod medicamen nisi forsan noua surgeret intentio preuisiua de qua prius diximus: nec ẽt ad resoluendum illam materiam ab oculo est necessarium vtplurimum aliqḋ oleum ponere in oculo: ⁊ hoc qꝛ auctores fecerunt colyria appropriata in resolutione materierum ab oculo ⁊ alias medicinas que suo loco apparebunt: ⁊ ideo nõ expedit vti oleis. ad hoc quidam tamen vtuntur oleo balsami in resolutionibus materierum vt post declarabitur.

¶ Sed circa predicta dubitatur. diceret aliquis quare oleum rosa. non posset poni ad frontem ad repercutiendum sicut possunt poni stiptica alia: vt Auicen. ponit ⁊ precepit supra capitulo de canonibus vniuersalibus curationis oculi. ⁊ infra etiã ponet. ¶ Ad hoc respondebitur infra. ¶ Notandum tamen' ꝙ cũ loquimur de oleo rosato precipiendo eius visum aut prohibendo: intelligo de oleo rosato communi ⁊ vsuali quod fit ſm communem descriptionem Nicolai. in alijs enim oleis rosatis possent esse alie virtutes cum quibus possent aliter iuuare vel nocere quas ex illorum oleorum compositione consideres ſm diuersos auctores. ¶ Ad rationes in in contrarium apparet solutio. Ad primam ꝙ concessum est ꝙ capiti possumus quandoq̧ oleum rosatum applicare. ¶ Ad Gilbertum dicendum ꝙ olea calida docet applicare fronti quando materia frigida est pauca: cuius signum est: qꝛ vomitus ⁊ euacuationes vult precessisse. ¶ Ad tertium concessum est. ¶ Ad quartum dicendum est dupliciter. Primo ꝙ in dolore oculorum humorali nõ competit appositio rei calide in auribus: sed in dolore de materia ventosa. scilicet que non habeat materiam multam a qua eleuetur. Uel aliter ꝙ non est simile de appositione frigidorum in auribus ⁊ de appositione calidorum quando materia est in fluxu ad oculos: quia olea frigida premunt materias in cerebro ⁊ mouent eas versus oculum quanuis que fluit non esset vehementer multa: vnde nocumentum habuit ille de quo recitat in libro de mirabilibus Rasis. Sed oleum calidum stillatum in aurem in materia frigida si sit pauca pōt facere aliquam diuersionem ad contrarium per viam resolutionis. ¶ Ad quintum dicendum ꝙ oleum rosatum prohibetur: qꝛ frigidum repercussiuum. ¶ Tu dices non est frigidum multum. ¶ Dicendum ꝙ veruȝ est: sed est tante frigiditatis ꝙ pōt materiam repercutere: ⁊ non est dubium ꝙ magis noceret si esset magis stipticum ⁊ frigidum: ⁊ ideo. A. dicebat. Et si sit oleum rosa. quasi dicat ꝙ de oleo rosato nõ videretur ꝙ deberet nocere ⁊ tamen nocet. ¶ Et cũ dicitur ꝙ auctores precipiunt frigida ⁊ repercussiua per nares. Dicendum ꝙ ipsa sunt cõuenientiora q̄ȝ per aures: qꝛ occurrunt materiebus ex parte cõuenienti. vnde magis possunt ab oculo repcutere versus intus. ¶ Ad Auenzoar dicendum in contrarium ꝙ timet olei viscositatẽ adherentem. suus etiam sermo est valde mirandus.

¶ Or si fuerit materia procedens ex membro: tunc oportebit vt euacuet᷑ mẽbrum illud ⁊ trahat᷑ ad ꝯtrarium partis cuȝ qualibet re. s. per clystere aut flobothomiam ⁊ alia. Et fortasse non sufficit flõmia ex cephalica ⁊ est necessaria flõmia arterie timporis ⁊ auris ad abscindendũ viã ꝑ quã aduenit materia: ⁊ illud qñ materia aduenit oculo per arterias extrinsecas.

¶ Hic Auicen. ponit tres cõuenientes in prohibitione cursus materie ⁊ tractu ad cõtrarium. Et primo facit hoc. Secundo quoddã declarat. ibi (Cunq̧ voluntas.) ¶ Considerandum ꝙ Auicẽ. duo docet facere. Primo scilȝ euacuare membruȝ: si a membro fuerit ꝓcedens ⁊ nõ fuerit ꝑ viam ꝯgestionis in oculo. Secũdo docet incidere arteriam. Per primam operationem duas intẽtiones perficimus: qꝛ trahimus materiam ad contrarium. Secũdo qꝛ cursuȝ prohibemus. v.g. si epar mittit sanguinẽ ad caput ⁊ oculos opȝ te flobothomare venam epatis: ex qua flobothomia trahitur materia ad cõtrariũ sui cursus ⁊ ex hoc prohibet᷑ etiam ire ad oculum ⁊ est quasi vnus actus. Et eodem modo si cerebrũ est mittens flobothomamus venam cephalicam. Et qꝛ stomachus ⁊ partes intestinoꝝ possunt quandoq̧ esse membra mittẽtia: ideo quando euacuamus ⁊ diuertimus cũ clysteri. Similiter ẽt qꝛ alie materie a sanguine possunt esse ille que ad oculum vadunt: ideo qñq̧ euacuamus ⁊ diuertimus cum pharmacia. Et qꝛ aliquãdo diuertimus cũ ventosis cum scarificatione: aliquando sine: aliquando etiam per fricationes ⁊ ligaturas sine euacuatione sensibili a membro: ideo Aui. dixit cum qualibet re. s. per clystere aut per flobothomiam ⁊ alia. ¶ Dico secundo ꝙ Auic. docet aperire vel incidere arteriam timporis vel auris. ⁊ per hãc operationẽ principaliter habemus prohibitioneȝ cursus materie ad oculũ: qꝛ clauditur via vnde currit: non autẽ ex hoc habet᷑ manifesta diuersio ad ꝯ̃rium: sed aliqua diuersio possit dici. ¶ Notandum tamẽ ꝙ Auicẽ. dixit fortasse: qꝛ possibile est ꝙ per flobothomiam solaȝ cephalice materia sit tracta ad contrarium: ⁊ facta sit prohibitio cursus vt non ĩdigeamus incidere arteriam. Si ergo materia que fluit ad oculum sit multe renouationis vadens ad extrinsecas arterias: ⁊ ille arterie sunt quasi dilatate ⁊ disposite ad portandũ materias sicut ductus portant aquam: vt sumitur a Rasi secundo continentis secundo capitulo. oportet incidere eas: qꝛ flobothomia non sufficit de cephalica nec de alijs venis ⁊c̄.

¶ Dubitatur: vtruȝ in obthalmia quãdo clysterizamus debeamus facere clystere lenitiuum solum vt ex cassia ⁊ oleo communi vel violato ⁊ zuccharo rubeo vel aqua ordei ⁊ cõsimilibus: an debeamus facere clystere acutum: vt cuȝ hiera ⁊ benedicta: aut acutius vt cum agarico vel centaurea vel colloquintida ⁊ similibus. ¶ Uidetur ꝙ lenitiua clysteria sint fiẽda auctoritate Mesue ca. de obthalmia. vbi dicit. lenificet᷑ natura quantũ possibile est cũ facilitate. Itẽ qḋ magis agitat non cõpetit: sȝ clystere acutũ est tale cũ ĩflãmet. vnde etiam prohibetur in frenesis principio ⁊ conceditur lenitiuũ: vt Mesue. cap̄. de cura frenesis. ¶ In ꝯ̃rium est Rasis. z. cõtinẽ. z. ca. vbi dicit. purget᷑ vẽter cũ medicina violẽta vel clysteri violento. Idẽ ẽt infra ponit᷑ clysterizare cũ clysteribus violẽtis. ¶ Dicendũ ꝙ in obthalmia cuȝ clysteri: vel intendimus ad fecum eductionem ⁊ sic sufficiunt clysteria lenitiua: vel ad materieruȝ diuisionem ⁊ euacuationẽ ⁊ sic potes vti clysteribus fortibus. ¶ Notandum tamen ꝙ securius possumus vti eis quando materia est digesta: vel aliqualiter digesta q̄ȝ omnino in ꝓ̄ncipio: ⁊ hoc ideo qꝛ mã magis est apta euacuationi ⁊ minus timetur sua agitatio: ⁊ ideo Gal'. 13. terap. ca. 9. tertie distin. In materiebus circa epar faciebat clystere acutum maxime in declinatiõe digesta mã: in principio tamen vtimur non sic tute: ⁊ hoc esset quãdo non possemus aliter euacuare: vel qñ materia esset multa: vt cũ alijs eũonibus videmus clysterioꝝ indigentiam. ¶ Ad ꝯ̃ria dicendum ꝙ Mesue loquitur de lenificatione ventris qua intenditur intestinorum mundificatio. ¶ Ad rationem dicendnm ad presens ꝙ non est simile de frenesi ⁊ obthalmia: quia cum frenesi est febris cõtinua: ideo de inflammatione ex clysteri acuto magis timetur: ⁊ per ꝯsequẽs de agitatione materierum. Du^{m} 24^{o}

¶ Cũq̄ȝ volũtas adest incidẽdi arteriaȝ capitis: opȝ vt radat᷑ caput ⁊ ꝯsideret᷑ que illaꝝ paruaꝝ arteriaruȝ sit magis pulsans ⁊ maior ⁊ calidior ⁊ incidat᷑ ⁊ ꝑueniat᷑ ad finem in eius extirpatione si est ex eis que incidun tur ⁊ sunt parue nõ magne: ⁊ quãdo inciditur illa que est suꝑ timpus opȝ vt liget᷑ in primis: deide abscindat᷑ post q̄ȝ eligit illud cuius preterijt rememoratio. s. vt sit post euacuationẽ ⁊ abscindat᷑ maior minoꝝ ⁊ calidior earum: ⁊ opȝ ante incisionẽ vt stringat᷑ qḋ est in ea inferius cum filo firmo in longitudine ⁊ dimittatur ligatura in ipsa: deinde incidatur qḋ est post ipsam. Et cũ putrefit lȝ vt afferat᷑ strictura: ⁊ ipsa quidem est necessaria in ea que est maxima. In parua ṽo sufficit vt ꝓfunde scarificet᷑ quatenus currat qḋ in eis est de sanguine. Illud enim qñq̄ȝ ꝓximũ est iuuamẽto ventosarum in nocra ⁊ positioni sanguisugarũ suꝑ frontem.

¶ Hic Aui. declarat quoddã qḋ ipse dixerat. fortasse opȝ incidere arterias quare vult ostẽdere modũ incidẽdi eas ⁊ cõditiones que requirunt᷑. Et ꝑͦ facit hoc. Scḋo qꝛ qñq̧ nec flobothomia nec incisio arteriaꝝ sufficit: ostẽdit quid fiendum. ibi (Et qñq̧ nõ sufficit.) ¶ Ad intell'm ꝑ̄me ꝑtis ꝯsiderãdũ ꝙ Aui. in incisione arteriaꝝ capitis in gñe nos docet tria. Primũ est quas arterias debem' ĩcidere. Scḋm qñ debeamus incidere. Tertiũ qual'r dȝ fieri ista ĩcisio. Prĩo dico ꝙ docet arterias q̄s debem' ĩcidẽ. Notificat aũt istas arterias ex tribus. Prĩo ex parte situs: qꝛ sunt circa ꝑtes timpoꝝ vel auriũ: ⁊ h̄ certificat᷑ visu ⁊ tactu: vñ docet radere caput vt totus ꝓcessus arterie melius aꝑpeat. Notificat eas scḋo ex quãtitate: qꝛ tam ꝑua arteria q̄ȝ magna pōt ĩcidi: diuersimode tñ vt apparebit. Tertio notificat eas ex motu: qꝛ dȝ ꝯsiderari q̄ sit magis pulsans ⁊ que magis aꝑpeat dilatata: ⁊ illa est ĩcidenda: qꝛ ex hoc significat᷑ ꝙ mã portat᷑ ĩde ad oculũ. ¶ Scḋo Aui. docet qñ debeamus ĩcidere istas arterias. sunt aũt quatuor cõditiones in hoc attendende. ¶ Una est ꝙ flobothomia ⁊ alie euacuationes nõ ꝓfue-

rint. ex

rint.ex hoc significatꝛ ɔtinuus mãe motus ⁊ innouatio ad oculos:
vnde Auic.forsasse nõ sufficit flõmia ⁊ est necessaria flõmia arte-
rie ⁊c.vel incisio vel flõmatio vt apparebit.¶ Scðã cõditio est ꝙ
quãdo tu incidis arteriã corp⁹ sit ꝑus sufficiẽter euacuatũ.Ratio
est:qꝛ si corpus esset plenũ posset ꝓpter dolorẽ ⁊ cõmotionẽ factã
in loco incisionis mã multa ad caput trahi que per illas venas et
arterias disruptius fluet:vnde dicit.Ut sit post eũonẽ cui⁹eũonis
preteryt rememoratio.s.statim supra:vel preteryt ex cañ.vniuꝰli
ꝑmi libri:qꝛ eũatio particularis dꝫ sequi post vl'em.Incisio autẽ
vel extractio arterie timpoꝝ particularis eũatio est.Unde Rasis
2º ɔtinẽ.Et hec.s.incisio venarũ timporis dꝫ fieri post eũonẽ toti⁹ Dum 24m
corporis.¶ Tertia ɔditio est ꝙ mã feratꝛ ad oculum per arterias
extrinsecas:qꝛ si per intrinsecas.s.intra os capitis feratꝛ illa icisio
nõ ɔfert.Unde Rasis 2º ɔtinẽ.ca.2.Si mã spargitꝛ per venas oc-
cultas que descẽdunt suꝑ neruos.s.obticos non valet hec cura.Ɓ
dicit hic Aui.qñ mã venit oculo ⁊c.¶ Quarta ɔditio est ꝙ in capi
te nõ sit fortis dolor:qꝛ agitãdo mãm posset dolorẽ illũ augere:vñ
alia mala accidẽtia fieri possent.Hãc ɔditionẽ ponit Rasis scðo
ɔtinẽ.caꝑ.2.dicẽs.Cũ soda accidit fortis in morbis oculoꝝ nõ cu-
retꝛ patiẽs cũ extractione venarũ timpoꝝ donec mitigetꝛ soda:qꝛ
inducetꝛ patiẽti magnũ nocumentũ.¶ Tertio Aui.docet q̃liter dꝫ
fieri ista incisio.nã arteria que icidit aut est parua aut est magna.
Siquidẽ sit parua põt ex toto extirpari.i.magnũ frustũ de ea põt
eyci:vnde Aui.perueniatꝛ ad finẽ eius in extirpatione:si est ex eis
que icidunt ⁊ sunt parue.Si v̾o sit magna nõ põt extirpari.causa
est qꝛ maior de illis arteriys est ꝑncipiũ multoꝝ alioꝝ ramoꝝ:vñ
posset capiti nocumẽtũ fieri per remotionẽ vie spirituũ ⁊ sangui-
nis arterialis:etiã magnũ frustũ arterie maioris nõ posset ampu-
tari ⁊ extirpari sine magno labore ⁊ dolore.sufficit ꝫ ꝙ icidatꝛ ita
ꝙ pars a ꝑte separetꝛ:⁊ fit ligãdo sicut dicetꝛ.Hec dicta innuit hic
Aui.⁊ Mesue caꝑ.de obthalmia.⁊ Gal.13.tera.circa finẽ.
Dum. 25m ¶ Circa ꝑdicta sunt dubitationes.Prima dubitatio vtrũ medicus
debeat facẽ vim siue dr̃iaꝫ in incidẽdo arterias timpoꝝ vel arte-
rias circa aures.¶ Et dõm ꝙ vel inuenit istas equal'r pulsantes
vel inequal'r.Si equal'r ita ꝙ nõ possit cõprehẽdẽ ꝙ per vnã eaꝝ
plus feratꝛ mã q̃ per aliã:dico ꝙ ꝑus dꝫ incidẽ arterias timporuꝫ
q̃ circa aures.Rõ hui⁹ est duplex.Una qꝛ ille arterie sunt vie ma
gis appropriate partib⁹ oculoꝝ ⁊ ĩmediatius portãtes ad oculuꝫ.
Scðã rõ:qꝛ in ĩcisione arteriarũ timpoꝝ nõ timetꝛ sterilitas:time
tur tñ in incisione arteriarũ post aures:vt sumitꝛ ab Aui.infra fen
20.ca.3.Si aũt ineq̃liter pulsantꝛ:vnde in vna sentiatꝛ plus mot⁹ ⁊
cursus mãe q̃ in alia:dico ꝙ si arteria timpoꝝ sentitꝛ magis pul-
sans:⁊ ꝙ per eã mag̃ feratꝛ mã illa dꝫ incidi.Et si sentitꝛ ꝙ per ar-
teriã post aurẽ mag̃ feratꝛ mã dꝫ ĩcidi illa que est post aures.Hec
est snĩa.G.13.tera.cũ dicit.Opꝫ radentẽ caput tangẽ arterias que
posterius ꝭm alterutraꝫ aurẽ ⁊ que in fronte ⁊ ꝭm timpora.Que-
cũqꝫ earũ v̾o tibi appet calidiorẽ alys esse ⁊ mag̃ pulsare illas in-
cide.Ecce igitꝛ ꝙ Gal.nõ facit vim de loco arterie:sed vult ꝙ illa
ĩcidatꝛ que appet calidior ⁊ mag̃ pulsans:qꝛ per illã fertꝛ mã:⁊ qꝛ
arterie timporuꝫ plus cõicant oculis q̃ ille que sunt post aures:iõ
cõiter medici plus incidũt arterias timpoꝝ q̃ post aures.¶ No-
tandũ tñ ꝙ medici estimatio aliqñ posset vidẽ maiorẽ vtilitatẽ in
incisione arterie post aures q̃ timporuꝫ qꝛ vellet facere aliquam
diuersionem a partibus oculi plus q̃ faceret incisio vene post au
res:hoc autem stat in sua estimatione.
Dum 26m ¶ Scðã dubitatio est vtꝝ debeamus incidere venas nõ pulsatiles
timpoꝝ vel post aures.¶ Et vĩ ꝙ non:qꝛ auctores cõiter arterias
ꝑcipiũt incidi.¶ Amplius Gal.13.tera.volens assignare rõnẽ q̃re
incisionẽ faciẽdo circa timpora vel aures debemus ligare de filo
sirico forti:dicit ꝙ hoc est:qꝛ in arterys ɔtinuus est motus.vnde
si nõ ligantꝛ incise aperitꝛ orificiũ.in venis aũt cũ sunt ĩcise põt clau
di orificiũ sine ligatura facta cũ filo.¶ In ɔ̃rium arguitꝛ:qꝛ Azara-
uius in caꝑ.de sebel absolute dicit.Incidantꝛ vene timpoꝝ.Rasis
etiã.2.ɔtinẽ.sepe incidantꝛ vene.Cõfirmatꝛ rõne qꝛ mã põt per ve
nas fluere sicut arterias.¶ Dicendum ad hoc ꝙ in incisione harũ
venarum semper cuꝫ incidit arteria fit incisio vene:sed nõ semꝑ
cuꝫ fit incisio vene fit incisio arterie.Ratio est hec:qꝛ sicut appa-
ret per Gal.16.libro de vtilitate particularum capl'o.10.de distri-
butione arteriarũ.vene ⁊ arterie quando distribuũtur ad aliquaꝫ
particulam semper mittunt ramos aliquos circunadiacentibus
corporibus:sed vene mittunt ramos multos et magnos.Arterie
v̾o mittũt ramos pauciores ⁊ minores:⁊ causa est vt ipse subdit:
quia omnes particule indigent nutrimento:nõ autem omnes in-
digent mensuratione ⁊ euentatione caliditatis per pulsum arte-
rie vt particule frigide.Ex quo concluditur ꝙ vbicũqꝫ est arteria
circa particulas extrinsecas ibi est vena:sed nõ vbi est vena cir-
ca partes exteriores ibi est arteria.Pauci eniꝫ quidã rami vena-
rũ circa cutim reperiuntꝛ sine arteriarũ ramis:vnde dicit caꝑ.de

vtilitate venarũ.vbicũqꝫ videris vas arteriosuꝫ ibi necessario est
vena.paucis.i.q̃busdã venis diuisis ad ea que circa cutim sũt cor-
pora absqꝫ arterys.Cũ igitꝛ arteria circa timpora ⁊ circa aures nõ
sit sine vena:⁊ ramus arterie sit subtilior q̃ vene ⁊ sit ẽt mag̃ ꝓ-
fundus:sicut ẽt appet in arteria brachy nõ poterit medicus distĩ
guere arteriã a vena:ꝫ cũ ĩcidit arteriã necessario ĩcidit venã.Di
co tñ ꝙ nõ semꝑ cũ fit incisio vene fit ĩcisio arterie:qꝛ si ĩueniretꝛ
aliq̃s ramus vene in timporib⁹ qui esset calidus ⁊ nõ pulsans dicẽ
remus ꝙ per illã venã portatꝛ sanguis ad oculũ:⁊ iõ incidẽdo illaꝫ
incidemus solũ ramũ vene ⁊ nõ arterie.¶ Sed tu dices si cuꝫ illa
vena eẽt arteria ⁊ solũ plenitudo esset in vena posset cognosci re-
pletio an esset in sola arteria vel sola vena.¶ Dõm ꝙ si vena esset
plena ⁊ esset iuxta arteriã sentiretꝛ pulsatio arterie ꝑꝑ plenitudi-
nẽ in vena:⁊ lꝫ arteria nõ eẽt plena:sicut ẽt isto mõ fiunt dolores
pulsatiui:vt appꝫ scðo de ĩteriorib⁹ ca.3.Ex quo accipias ꝙ si vis
cognoscere venã nõ associatã arterie solã esse plenã sine arteria:
⁊ ꝙ sola vena sit illa per quã fit trãsitus mãe nõ põt cognosci nisi
qꝛ vides viã latã ⁊ calidã ⁊ nõ pulsantẽ.Sed repletio solius arte-
rie vel solius vene associate arterie non posset forsan distingui:qꝛ
si vides venã pulsantẽ latã ⁊ calidã hoc posset esse ꝑꝑ mãꝫ in sola
arteria:vel ꝑꝑ mãm in sola vena cui arteria associatꝛ.¶ Ex q̃b⁹ap
paret ꝙ solã venã possumus incidere si aliqñ reperitꝛ ꝙ per illam
solã mã feratꝛ.Causa aũt q̃re auctores noĩauerũt plus arterias q̃
venas est duplex.Una qꝛ vtplurimũ mã que vadit ad oculos per
venas ista vadit per arterias.Et rõ est:qꝛ ista mã venit a ꝑtib⁹ife
riorib⁹ ascẽdẽdo per ramificationẽ venarũ ⁊ arteriarũ.mã autẽ
apta ascẽdere est mã subtilis que plus ĩuenitꝛ in arterys.Ɓ est qð
dicit Rasis.2.ɔtinẽ.ca.2.Possibile est ꝙ occasio pulsationis ocu
loꝝ ⁊ earũ dolor sit ex sanguine calido ascẽdẽte ad caput:⁊ multi-
plicatꝛ in ipsis vel ꝓprys arterys:⁊ ex tunc querẽde sunt vene ⁊c.
⁊ incidantꝛ.Alia cã est ⁊ melior ꝙ rami q̊s ĩcidim⁹ in timporib⁹ vl'
fronte vel post aures sunt rami satis magni ⁊ notabiles q̃ sunt ra
mi venaꝝ existẽtiũ cũ arterys.rami.n.valde parui venaꝝ nõ sunt
cũ arterys:magni tñ nõ vĩ ꝙ absoluantꝛ ab eis.Et iõ ĩcidẽdo illos
ramos ĩcidimus simul venas ⁊ arterias:sed dicitꝛ ꝙ tũc vna inci-
ditꝛ arteria ꝓpterea qꝛ per pulsuꝫ iudicam⁹ q̃ arterie appropriatꝛ.
¶ Ad cõtraria apparet solutio.Ad Azarauium dõm ꝙ per venas
intelligit venas ⁊ arterias:aliquãdo enim vno noĩe nominantur.
¶ Tertia dubitatio est:vtrũ incisio venarũ ɔferat qñ mã vadit ad Dum 27m
oculos per venas intrinsecas.s.sub craneo.¶ Et videtꝛ ꝙ sic:qꝛ ĩ-
cisio illarũ venarũ ɔfert in passionib⁹ capitis de mã ĩtrinseca sub
craneo:ꝫ eadẽ rõne ɔfert in passionibus oculoꝝ factis a mã intra
craneũ.Sed sic est ꝙ illarũ venarũ incisio ad hoc cõfert:qð ꝓbatꝛ
ꝑmo auctoritate Aui.supra qui in caꝑ.de soda per cõitatẽ ad sto-
machũ docet incidere arterias timpoꝝ:sed stõchus mittit mate
rias ad partes ĩtrinsecas capitis:qꝛ colligatꝛ sibi per neruos sexti
paris.Iteꝫ Ras.1.ɔtinẽ.caꝑ.6.caꝑ.de epilepsia facta a vaporibus
stõchi.docet flõmare duas arterias que trãseunt per craneũ:sed
iste nõ sunt nisi arterie exteriores que ramificantꝛ per timpora ⁊
per partes auris.Sed epilepsia fit de mã ĩtra cerebrum:ꝫ flõmia
istarũ venarũ ꝓdest in mãeb⁹ ĩtra craneũ stantib⁹.Itẽ Ras.1.ɔti.
ca.10.in dolore antiquo capitis docet incidere venas amboꝝ tim
poꝝ.Sed dolores antiq̃ capitis sunt de mãeb⁹ ĩtra craneũ stanti-
bus:vt notũ est:qꝛ al'r passio nõ posset multum antiquari.Incisio
igitꝛ istaꝝ arteriarũ videtꝛ vtilis:⁊ q̃uis mã veniat ad oculũ a par-
tibus ĩtrinsecis.¶ In ɔ̃riũ est Aui.⁊ Rasis.2.ɔtinẽ.vt suꝑ allega-
tum est:imo dicit in.2.ca.satis in ꝑncipio.si accidit ex venis que
sunt intra craneũ ĩpossibile est eoꝝ cura.s.per venarũ incisionẽ.
Idẽ est de mẽte Mesue ca.de obthalmia.Idẽ sentit Gal.13.tera.
in fine vbi dicit.Sed cũ demũ vasoꝝ in ꝓfundo iacentiuꝫ ⁊ desuꝑ
simul cũ neruis ad oculos veniẽtiũ fuerit hec passio nihil hoꝝ.s.
incisionis venarum possibile est gerere:ideoqꝫ difficile sanabilia
omnibus talia reumata sunt.¶ Dõm ꝙ incisio arteriarũ timpoꝝ
vel auriũ vel frontis maxime ⁊ per se ɔfert in passionib⁹ reuma-
tis oculoꝝ factis per cursuꝫ mãe per venas exteriores.Rõ est:qꝛ
incisa vena ꝓhibet cursum.Ex quo apparet ꝙ per se non ɔfert si
mã veniat per ĩtrinsecas venas qꝛ ex hoc nõ tollitꝛ per se ille cur-
sus.Dico tñ ꝙ ex q̃dã ɔ̃ntia:⁊ per accidens põt ɔferrẽ.Et hoc ꝑꝑ
duas cãs.Una est qꝛ trũcatis illis venis diminuitꝛ oculo nutrimẽ-
tum:q̃re põt se ɔuertere super mãm que venit ad eũ a partib⁹in-
trinsecis ⁊ ɔsumere mag̃ eã.Scðã cã:qꝛ si locus incisionis dimit-
tatur apert⁹ ⁊ ꝓcuretꝛ in eo sanies tũc fit mãerũ mũdificatio per
illã partẽ ex qua eũone ⁊ mũdificatiõe põt mã ab oculo diminui.
Uel per ipsas partes tñ extrinsecas vel per cõitatẽ venaruꝫ que
exeunt per viã cõmissure:cui cõmissure timpora cõicãt mediante
pãniculo extra craneũ situato.Ex q̃b⁹ opꝫ colligere ꝙ si materia
fluat ad oculũ a venis extrinsecis:⁊ solum velis cursum ꝓhibere
sufficit facere ĩcisionẽ ⁊ statim regenerare carnẽ.Si aũt vis ꝙ de.

mā que est circa partes oculi euacuet per locū incisionis: opꝫ generare ibi saniē: ⁊ ponere ibi medicinas attractiuas. Et iō Auicē. supra cap. de cura sode per cōitatē docebat īponere in loco vbi ille vene cauterizant sarcocollā ⁊ crocū ⁊ aliq̄ stiptica. sarcocollaꝫ qdē ⁊ crocū ad maturationē ⁊ attractionē: stiptica aūt pro tūc ad ꝓhibendū fluxū sanguinis. Et per hunc modū pōt teneri ꝙ cauteriū ⁊ incisio illarū venarū ꝯfert in egritudinib⁹ de mā sub craneo ⁊ passionib⁹ oculoꝝ etiā de mā ab intra fluente. Et per experientiam ego vidi hoc ⁊ audiui a quibusdam expertis oculistis ꝙ ipsi inueniunt iuuamentum in passionibus oculorū de materia ab intra veniente per apertionem illarum venarum. ¶ Ex quibus soluuntur contradictiones que vident esse inter auctores.

Dum 28m ¶ Quarta dubitatio est vtrū possimus incidere arteriā magnā in tēpore vel post aures. ¶ Et videt ꝙ nō: q2 Aui. dicit ꝙ ꝯsideretur que illarū paruarū sit maior: ꝗ vult ꝙ nulla magnarū īcidi possit. Amplius arteria magna est deferēs spirituꝫ ad multa mēbra: sed illa incisa oīa illa mēbra possent periclitari. ¶ In ꝯtrariū arguit. Prio q2 Mesue magnā aut paruā docet incidere. Itē ligatura arteriarū euntiū ad mēbrū q̄ntūcūq͂ sit magna arteria nō facit nocumentū: vt ponit Gal. ī libello de vtilitate pulsus. 1. c. ꝗ q̄ntūcūq͂ magna arteria capitis incidat vel liget nō videt ꝙ inde debeat eē dubiū. ¶ Dōm ꝙ oēs arterie que sunt in timporib⁹: ⁊ post aures pñt dici parue cōparate ramo earū qui est in collo a quo ipse ramificant. nā ramificatio arterie timporꝝ ⁊ ēt circa aures ē ab arterijs carotidis. i. subethicis ꝫm ꝙ ponit. G. 16. lib. de vtilitate ꝑticularū 12. ca. Arterie aūt que sunt subethice magne sunt: ⁊ q̄ntū ad h̄ Aui. hic oēs arterias timpoꝝ ⁊ circa aures vocat paruas. si aūt iste arterie intra se cōparent vna earū respcū alterius dꝫ dici magna et minus parua. ¶ Ulterius ꝯsiderādū ꝙ arteria dupl'r pōt dici magna. Uno mō nāliter: q2 est sicut stipes respcū alteri⁹. Alio mō accidētal'r: q2 per cursuꝫ māe ⁊ repletionē est dilatata ⁊ facta manifestior. ¶ His habitis dico ꝙ arteria magna ꝑꝑ cursuꝫ māe ⁊ repletionē illa dꝫ incidi siue sit cū h̄ magna nāliter: siue sit de paruis nāliter. ⁊ rō est: q2 talis īcisio fit ad ꝓhibēdū cursuꝫ: sed cursus nō pōt ꝓhiberi nisi īcidat via vñ currit mā. talis aūt est arteria plena vt p̄supponit: ⁊ iō auctores nō ꝯsiderauerūt: an arteria sit magna vel parua ex nā: sed an sit repleta ⁊ per eā currat mā: q2 illam debes īcidere. Cognoscis aūt ꝙ sit repleta: q2 appet lata pulsans ⁊ calida: vt Aui. pōit: vñ. G. 13. tera. circa finē. opꝫ aūt radētē caput diligēter tāgere arterias que posterius ꝫm alterutraꝫ aurē: ⁊ que in frōte ⁊ ꝫm timpora. Quecūq͂ v̄o earum tibi apparēt calidiores alijs esse ⁊ mag̃ pulsantes illas īcide. Ecce ꝙ. G. solū attendit que arteria sit plena per quā fert mā. ¶ Sed tu dices si per venas ferat mā frigida quō potero illō cognoscere: q2 mā frigida nō facit apparere pulsationē nec calidiorē arteriam. ¶ Dōm ꝙ signa que Aui. ponit significāt mām que fert eē calidā: ⁊ h̄ q2 vtplurimū illā ꝯtingit fieri a partib⁹ īferiorib⁹: vt supra dictū fuit. Et h̄ videt. G. sentire p̄allegato loco. dicēs aliqñ calidus sanguis ⁊ vaporib⁹ plenus ad caput fert ⁊ supabūdat maxime ꝫm arterias in quo vtilissimū iuentū ē a medicis arterie īcisio. si aūt qñq͂ aliq̄ mā flegmatica per venas portaret: ⁊ nō eēt alia via curādi etiā īcisionē fieri opꝫ: vt notū est: vel si māe fride infecissent arterialē sanguineꝫ: vt Serap. p̄mo breuiarij. 9. cap. ¶ Ad ꝯ͂ria īducta appet sol'o. Ad auctoritatē Aui. iā est dictū. ¶ Ad rōnē dōm ꝙ per alios ramos ꝓcedētes a stipite poterit portari spūs ⁊ sanguis: ⁊ ēt per poros sicut appet in his q per īcisionē vel ruptoriū ex hernia curati ꝫm ꝑtes īferiores testiculoꝝ nutriri pñt: imo qñq͂ aliqō simile spmati ab eis resudat: vt ab vtroq͂ latē curati aliqd humiditatis emittūt in coitu: q̄uis forsan illa humiditas non veniat a testiculis: ⁊ iō si aliqs eēt infelix in mō ramificationis arterie ⁊ vene timporꝝ: ⁊ ꝑ venā iuxta obticū parū de nutrimento veniret ad oculuꝫ: iste posset eē in periculo per īcisionē maioris arterie vel vene timporꝝ: sicut ego vidi hoīeꝫ cui post īcisionē vene ī timpore oculus īcepit ꝑuificari nutrimēti defectu: ⁊ in fine tot⁹ oculus est exiccatus. Ego tñ ī excusationē medici operātis dixi fuisse nō ꝑꝑ īcisionē: sꝫ ꝑꝑ malitiā passionis in oculo. Et poterat h̄ defendi: estimatio tñ plus indicabat ꝙ essēt nutrimēti defect⁹ ex vene īcisione. Istud tñ raro credo ꝯtingere ⁊ nō posset p̄uideri ab aliq̄ medico: ⁊ iō nō dubitet medicus ex hoc vbi nocumentū videt: sed secure īcidat. ¶ Ad rōnem in oppositū nō r̄ndeo: q2 non est ꝯtra nos: lꝫ falsum ponat: vt videat sermo. G. illud sonare: alia tñ est ibi sua occulta intētio.

Dum 29m ¶ Quinta dubitatio est vtꝝ qñ ligamus arterias debeat fieri vna ligatura vel due. ¶ Uidet ꝙ vna de itētione Aui. ⁊ videt ꝯsonum v̄bis. G. 13. tera. ¶ In ꝯ͂riū Mesue ca. de cura obthalmie. vbi dicit. si fuerit ex arterijs magnis liga cuꝫ filo de sirico in duobus locis. ¶ Propter sol'onē notāduꝫ ꝙ diuersimode hodie arterie iste p̄cidunt. Quidā solū īcisionē faciūt cutis ⁊ arterie simul: ⁊ īplēt locū īcisionis tastis de bombyce vel filis. Et qdā cū albumine oui īfundunt tastas. Et qdā v̄o alij sunt q solū cutim īcidūt ⁊ arteriā accipiunt cū vncino vel cū digitis de qb⁹ fuit Jesus Haly tracta. vlti. 25. cap. Et sunt qdā qui incidunt eā: ⁊ vtrāq͂ partē cauterizāt. Alij sunt qui ligant eā: ⁊ isti sunt duoꝝ modoꝝ. Quidā ligāt eā in duobus locis: ⁊ in medio faciunt incisionē: vt docet Mesue. Quidā ligant in vno loco ⁊ faciunt incisionē sub ligatura versus oculū nō versus stipitē arterie: sicut Auicē. docet: ⁊ hoc est qō vult dicere. Opꝫ vt stringat qō est in ea inferius in lōgitudine. i. ꝫm longū cuꝫ filo ⁊c̄. vel cū filo siricino in lōgitudine. i. cū filo siricino lōgo: ita vt pendeat extra īcisionē: ⁊ dimittat ⁊c̄. vt arteria nō possit aperiri: deinde incidat qō est post ipsam. s. ligaturā. post. s. versus oculuꝫ. Quidā v̄o sunt qui cauterizāt cutim ⁊ venas sine alia incisione. Et in cauterio qdā faciūt vim volētes ꝙ sit ex auro: vt Gilbert⁹ lib. 3. Harū v̄o diuersitatū causas reddere esset ꝓlixū. ¶ Tamē sciendum ꝙ diuersitas est inter solā incisionē ⁊ cauteriū: q2 cauteriuꝫ est magis securū in p̄mo occursu a ꝓhibitione fluxus sanguinis: ⁊ q2 p̄parat ad saniationē faciendo escarā. Inter ligaturā v̄o vnā ⁊ duas est differētia: q2 si vis venā versus oculū euacuare fac vnā solā ligaturā vt orificiū vene incise versus oculū remaneat apertum: vt illā venā possis euacuare si credis ibi sanguinē malū esse. si autē hoc nō vis fac duas ligaturas: vt Mesue precipit. In hac autē p̄cisione oportet vnū generale attēdere. Primo ꝙ quocunq͂ modo potes facilius expediri ⁊ sine maiori molestia fiat. Oportet scdō etiā attēdere infirmi morē. Quidā enim sunt qui omnino timent cauteriū. Et quidā qui oīno timent ferruꝫ incidēs. hoc īnuebat Haly. in sermone generali in thegni. tracta. 3. 137. cōmē. Tertio opꝫ attēdere dispositionē tēporis: in hora enim estatis non est tutū cauterizare: vt Auicē. īnuit supra cap. de cura sode ꝓpter cōmunitatē. ¶ Ex quibus apparet solutio ad cōtrariū. ¶ Ultimo cōsiderandū ꝙ littera que dicit: ipsa necessaria est in ea que est maxima: pōt dupliciter exponi. Primo vt velit dicere ꝙ ipsa ligatura est necessaria in maxima obthalmia: ⁊ h̄ vt ex toto fluxus ꝓhibeat. In parua v̄o. s. obthalmia sufficit vt ꝓfunde scarificet. s. arteria: nec expedit vt liget ⁊ incidat: q2 mā nō est multa. Scdō mō pōt exponi: vt velit dicere: ipsa ligatura est necessaria in maxima scꝫ arteria: ⁊ hoc ꝓpter timorē fluxus. In parua v̄o arteria sufficit ⁊c̄. quasi dicat nō expedit illā incidere: sed solū scarificare: ⁊ cū vētosa inde accipere materiā. ¶ Ex quo appare quid vult dicere illud enim. In hoc enim Auicē. suadet vētosas quādoq͂ ponēdas esse in nocra. i. circa partes colli. Nocra enim est locus vbi colluꝫ cōiungit humeris. Suadet etiā sanguisugas ponēdas esse fronti: q2 tales vētose ⁊ sanguisuge ꝓhibēt cursum ⁊ materiā euacuant. Illud ergo. s. scarificatio venarū timpoꝝ vel illud. s. incisio venaꝝ timpoꝝ ⁊ maxime cū cauterio ꝓximuꝫ est in iuuamēto ventosarum ⁊c̄. i. iuuant sicut vētose ⁊c̄. q2 ꝓhibent cursuꝫ ⁊ materiā euacuant a loco. Dixit autē quādoq͂: q2 cū debite fit ⁊ cū materia non est multa nec vt forma scarificatione ꝓfunda mā educat: ⁊ nō attrahat plus de materia q̄ sit illud qō per scarificationē educit.

¶ Et quando non sufficit illud qō fit fiat flobothomia ex lachrymali angulo ⁊ ex vena frontis: cū tamē ventose nocre sunt vltimi iuuamenti.

¶ Hic Auicē. ostēdit quid fienduꝫ quādo p̄dicta remedia nō sufficiunt. ¶ Ad cuius intellectū cōsiderandū ꝙ. A. duo īnuit. Primuꝫ est quid est fiendū quādo p̄dicta remedia nō cōferūt. v̄. g. nec flobothomia nec incisio venarū: q2 debet aperiri vena lachrymalis domestici: que est multū manifesta vena: vel vena frontis. s. propinqua supercilijs. Et causa est: q2 si ista remedia nō cōtulerint: significat ꝙ materia est multa circa partes oculi que poterit euacuari apertione venarū ꝓpinquaruꝫ. s. lachrymalis ⁊ frontis aut vnius earū ꝫm ꝙ tibi videbit. ¶ Secundū qō Auicē. occulte īnuit est qōdā remediū quo multū debemus vti iudicio meo quādo tales operationes particulares facimus circa caput. In istis morbis mālibus oculoꝝ hoc remediū est appositio ventosarum circa collū. In obthalmijs. n. que ꝓtelant ⁊ in quibus incidimus venas timpoꝝ ⁊ flobothomamus lachrymales venas vel venas frontis est timendū cōtinuo de nouis tractib⁹ materierū ad oculū taꝫ ꝓpter operationē ⁊ cōmotionē quā facimus q̄ ꝓpter debilitatē ⁊ aptitudinē oculoꝝ ad recipienduꝫ: ⁊ ideo est vtile sepe facere apponi ventosas ad colluꝫ cum scarificatione vel sine ꝫm ꝙ tibi videtur: ⁊ hoc est qō Auicē. ibi innuebat cum dixit: cuꝫ tamen ventose nocre sint vltimi iuuamenti.

¶ Cunqꝫ prolongatur egritudo administrentur sief in quibus ponuntur es vstum et atramentum vstum: et quandoqꝫ sufficit facere alcofol ex aloe solo.

¶ Hic Aui. ponit quēdam cañ. Et primo facit hoc. Secundo quod

dixit complet ⁊ probat.ibi(Et cum prolōgatur obthalmia.) ¶Ad euidentiam primi oportet quedam vocabula exponere.s.quid sit sief.est eniꝫ medicina oculoꝝ dura in forma ossis dactylorum vel pedone scachoꝝ.⁊ trociscꝰ etiā pōt dici sief.Alcofol est medicina in forma pulueris subtilissimi:sicut ille qui est in radio solis.Colyriū est oē qđ colando in oculo mittit:⁊ iđ taꝫ sief ꝙ alcofol pōt dici colyriū qn̄ cū aliq̄ liquido miscent ⁊ in oculū instillant:tamē alcofol hꝫ ꝓpriū modū appositionis.s.cū radio. ¶Scđo sciendum ꝙ es vstum est rame vstum:⁊ moduꝫ adustionis ponit Seruitor 28.libͦ.Et facilior ⁊ melior vt videt est:ꝙ accipiat limatura eris pars vna sulphuris pars octaua:ponant in pecia lutata cū argilla ⁊ permittat siccari ⁊ post sepeliat in igne facto ex stercoribus aīaliū duobꝰ diebꝰ:⁊ erit es vstum.Et ad sciendū hos modos cōburēdi ⁊ lauādi ⁊ faciēdi alias ꝑparationes opꝫ medicū oculistā hēre librū ꝑdictū.Uirtus aūt eris vsti est fortiter desiccatiua ⁊ stiptica cū acuitate:vt Aui.ponit.⁊ Gal.9.de simplici medicina cap̄.35. ¶Atramentū est multiplex:vt ponit.A.vnde vitrioluꝫ ⁊ cinabriū ⁊ atramentuꝫ scriptoꝝ oīa dicunt atramenta.in oībꝰ autem atramētis est virtus exiccatiua fortis ⁊ stiptica mordicatiua:sed adustio remouet ab eis mordicationē:vt Aui.2ͦ cañ.5.cap̄.Aloes notū est. ¶Ex qbus apparet ꝙ iste medicine cōueniūt quādo obthalmia ꝓlongat.nā quādo factis ꝑdictis remedijs permanet in oculis passio significatur ꝙ mā est grossa difficilis resolutionis in partibꝰ oculoꝝ:vnde indigemus medicinis fortis exiccationis:vt illa mā cōsumat ⁊ ꝓhibeat:etiā in hac forti exiccatione:qꝛ ꝯcurrit aliqua mordicatio ne trahat mā ad oculū ⁊ in hoc facit stipticitas istaꝝ medicinarū:⁊ qꝛ aliqn̄ mā nō est vehemēter grossa:vn̄ nō indigemus forti medicina sicut es vstū ⁊ atramenta:iđ sufficit puluis ex solo aloe:qꝛ est minoris īpressionis ꝙ̄ es ⁊ atramentū.

Dub^{m} 30^{m} ¶Dubitat vtrū aloes qđ ponit in oculo debeat esse lotū:⁊ cuꝫ quo etiā debeat lauari. ¶Dōm ꝙ vel vis mām magis exiccare ⁊ resoluere ⁊ minus oculū ꝯfortare per stipticitatē aloes:⁊ tūc nō debet lauari.Uel vis ꝙ sit minus resolutiuū ⁊ magꝭ stipticuꝫ:⁊ sic debes illuꝫ lauare.Rō est:qꝛ lotio accipit sibi partes subtiles ⁊ dimittit grossiores stipticas:vt sumit a Mesue in suo de ꝯsolatione medicinarū.⁊ ab Aui.2.cañ.5.cap̄.Res aūt cū qbus lauat sunt diuerse:qꝛ si vis remittē suū calorē laua cū aq̄ pura vel cū aq̄ ro.si aūt vis addere in sua calefactione laua cū vino vel cū aqua feniculi.Sief aūt in qbus ponunt es ⁊ atramētū scribunt a Rasi.9.Almāso.ca.de vngula.⁊.5.cañ.sūma.2.tracta.2.⁊ a Serap̄.7.sue practice.

¶Et cum prolongatur obthalmia ⁊ non iuuatur ab aliquo:tunc scias ꝙ in tunicis oculi est materia mala corrumpens nutrimentum superueniens ei:quare recedens confuge ad aliquid qđ sit sicut abluta thutia permista lenitiuis sicut cerusa ⁊ climia aurea abluta ⁊ amilo ⁊ pauco gummi.

¶Hic Auic.ꝓbat hoc qđ dixit ⁊ cōplet.Ad cuius euidentiā est notandū ꝙ Auic.posuerat ꝙ in obthalmia quādo ꝓlōgat:debemus vti medicinis fortis exiccationis cū aliq̄ stipticitate:⁊ posuit exēplum de ere vsto atramento ⁊ aloe.Uult ergo Auic.ꝓbare.Primo ꝙ tales medicine exiccatiue cōueniāt.Scđo vult ponē alias medicinas cōueniētes.Ad ꝓbādū autē arguit sic:quādo in oculis est mā mala habituata ita ꝙ corrūpit nutrimētū veniēs ad oculum quāuis sit bonū:opꝫ vti medicinis que materias illas exiccēt ⁊ oculū ꝯfortēt:sed tales sunt medicine exiccatiue cū stipticitate cōfortatiua:sed quādo obthalmia ꝓlongat ⁊ nō iuuat per eūones ⁊ flobothomiā ⁊ incisiones venarū:hoc nō est ꝓpter aliud nisi qꝛ in oculo est mā mala:ergo opꝫ tales ponere medicīas.Ex qbꝰ apparet ꝙ merito Auic.istū cañ.⁊ ꝑcedentē hic posuit.Medicus.n.oculista qn̄ curauit obthalmiā cuꝫ pharmacijs ⁊ flobothomijs et incisionibꝰ venarū timpoꝝ ⁊ cū colyrijs repercussiuis ⁊ sedatiuis dolorū:⁊ etiā resolutiuis cōmunibꝰ credit fecisse totū qđ expedit:vnde turbat ꝙ oculus nō ꝯsequit sanitatē perfectaꝫ ex sua cura.Uoluit igit Aui.nos docere rectū modum operationis post tātas res factas in obthalmia:qꝛ opꝫ oculū ꝯfortare ⁊ rectificare suam malā cōplexionē ⁊ mām infixaꝫ exiccare.Et ideo etiā Rasis.2.cōtinentis.cap̄.2.dicit ꝙ post incisionē arteriaꝝ vt nulla videat via cursus materierū ad oculuꝫ adhuc multiplicat reuma in oculo:ħ est ꝓpter malā cōplexionē fixam in oculo que nutrimentū corrūpit. ¶Scđo ꝯsiderandū ꝙ Aui.hic ponit alias medicinas ꝯueniētes in obthalmia ꝓlongata sicut thutiā cerusaꝫ ⁊c̄. ¶Propter qđ notandū ꝙ ex medicinis cōuenientibꝰ in hoc:q̄dā sunt leuiores ⁊ securiores sicut medicamen qđ hic Aui.ponit.Quedā sunt fortiores sicut illud qđ supra posuit.Uidens igit Aui.medicamē qđ superius posuerat fortis esse exiccationis:voluit hic ponere leuius medicamen quo securius vti possumus:⁊ ideo ab eo est incipiendum:vnde dixit.cōfuge ad aliqd ⁊c̄.quasi dicat.dimissis flobothomia ⁊ alijs eūonibꝰ:ꝑm ad qđ venias sit medicamen de thutia ⁊c̄.differt etiā hoc medicamē a ꝑori:qꝛ istud ꝯuenit in mā magꝭ mordicatiua que hꝫ secū aliquid de calore malo ⁊ acuitate.Sed si mā sit humidior ⁊ grossior tēdens ad frigiditatem vtilius esset medicamen de ere vsto ⁊ atramēto ⁊ aloe. ¶Tertio opꝫ hic qđdā generale attēdere ꝙ quādo cōponimus medicinas pro oculis:aliqn̄ per eas volumus eandē operationē sicut per es vstum ⁊ atramētū intēdimus exiccare.Aliqn̄ vna miscet cū alia:qꝛ volumus ꝯriā operationē sicut in augmēto obthalmie admiscemꝰ stiptica ⁊ resolutiua:sicut qn̄ facimꝰ colyriū ex cerusa ⁊ sarcocolla.Aliqn̄ miscet vt vna alterius remoueat malitiā sicut medicine viscose miscent cū acutꝭ:vt eaꝝ acuitas remittat:sicut ponit cerusa cū viride eris.Aliqn̄ ꝟo vt penetrādo iuuēt sicut crocus ⁊ succus raffani ⁊ balsamus.Admiscet qn̄qꝫ alijs medicinis oculoꝝ ꝓpter istaꝫ ītentionē:lꝫ etiā hēant alia iuuamēta.Aliqn̄ miscent vt resistāt ei qđ oculus posset incurrere de nocumēto ex medicīa cōposita:vt si medicina esset attractiua ponimus cuꝫ ea medicinā stipticā vt attractionē ꝓhibeat:sicut lapis emathitꝭ ponit ī qbusdā colyrijs acutis:lꝫ etiā hēat aliā vtilitatē.Aliqn̄ miscent vt medicīas alias faciāt morari in oculo:⁊ hoc faciūt q̄dā medicine sui viscositate q̄ adherēt:sicut gūmi arabici vel dragagantuꝫ:q̄dā sui friditate quia figūt ⁊ īmobilitāt mām ⁊ ꝓhibēt a resolutione sicut opiū ⁊ cāphora.Aliqn̄ miscent ꝓpter cōem intentionē que est oculi ꝯfortatio sicut credūt qdā ꝙ auri limatura muscus ⁊ ambra a ꝓprietate cōfortēt oculos. ¶His habitis dico ꝙ medicamē qđ hic ab Auicē.ponit est recte cōpositū.basis enī vel fundamētū in hac medicina est thutia in qua est virtꝰ exiccatiua ⁊ stiptica.ē etiā basis climia aurea que etiā exiccatiua ⁊ ꝯfortatiua est que ambo conueniūt in obthalmia ⁊ māebꝰ oculoꝝ qn̄ querit illarū exiccatio ⁊ aliq̄ stipticatio.debēt aūt lauari vt remoueat ab eis mordicatio.miscentur aūt cū cerusa:qꝛ sui glutinositate tenet eas in loco ⁊ mittit acuitatem vel mordicationē earū:etiā qꝛ sui siccitate iuuat ad exiccādū materias illas.amilū ēt ⁊ gūma dragaganti ad liniēdū ponunt.cū ꝭ operatus es cū hac medicina:⁊ nō videris effectū poteris ꝑmutare ad medicamē factū cuꝫ ere vsto ⁊ atramēto:vel poteris vti isto medicamīe augēdo in eo thutiā ⁊ climiā ⁊ ponēdo parū de cerusa ⁊ parū de amilo ⁊ parū de dragaganto ꝺm ꝙ tibi videbit.

¶Dubitat vtrū cerusa que oculis administrat debeat lauari. ¶Et dōm ꝙ securius est abluere cerusaꝫ.Rō est:qꝛ cerusa hꝫ de virtute aceti:qꝛ in eiꝰ factione requiritur acetū:vt lib.29.Seruitoris.lotio autē illam virtutem aufert per quā posset mordicare.vnde Rasis 2ͦ cōtinētis.1.cap̄.Cerusa habet superfluitateꝫ aliquā aceti:⁊ ideo eius ablutio est bona. Dub^{m} 31^{m}

¶Dubitat vtrū in ꝑncipio cursus māerū ad oculum possimus vti thutia ⁊ medicinis recipientibus eaꝫ. ¶Et videt ꝙ sic:qꝛ in principio possumꝰ vti medicinis frigidis repercussiuis:sed thutia est huiusmodi:qꝛ est frigida ⁊ stiptica ꝺm Gilbertū.vnde lib.3.quelibet thutia mitigat ⁊ repercutit.Item qđ ꝯfert in doloribꝰ oculorum videt in ꝑncipio cōferre siue cōuenire:qꝛ tūc dolores īcipiūt qui debent sedari ne materia trahat:sed thutia cōfert doloribus oculoꝝ:vt Auicē.2ͦ cañ.cap̄.de thutia.⁊ Mesue in capitulo de cura doloꝝ oculoꝝ.docet facere alcofol ⁊ sief cū thutia. ¶In ꝯriūm sunt auctores qui cōmuniter in obthalmia ⁊ cursibꝰ māerū nō incipiunt a medicinis in qbus sit thutia.vnde Auicen.hic vtebat ea in obthalmia prolongata. ¶Ad huius intellectū notandū ꝙ thutia est medicina vere frigida ⁊ sicca in cōplexione:apud quosdam est sicca in scđo:apud quosdam ꝟo in tertio vt apud Albumasar:virtꝰ autē scđa est stiptica ⁊ aliqualiter mordicatiua ⁊ corrosiua. ¶Tamen sciendū ꝙ corrosio est duplex.quedā proprie dicta que fit a forti calido ⁊ sicco:sicut in viride eris:⁊ talis corrosio non est in thutia nec mordicatio illā corrosionē sequēs.quedaꝫ est corrosio debilis que est fortis exiccatio ⁊ talis est in thutia. ¶Et ꝓpter hoc soluunt cōtradictiones que sunt de thutia īter auctores.Nā Jesus Haly.tracta.3.cap̄.27.ponit ꝙ thutia desiccat sine mordicatione.⁊ cōmuniter plures auctores cōcordant.Gilbertus tamē ⁊ quidā alij dicūt ꝙ omnis thutia corrodit.veꝝ est tamē ꝙ aliter possent cōcordari.Nam thutia lota nō est corrosiua nec mordicatiua:qꝛ suas partes subtiles acutas perdidit.vn̄ Serapio auctoritate Gal.cap̄.de thutia.Uirtus thutie ablute est sicca ⁊ plus desiccatiua omni alia medicina sine mordicatione.Sed thutia non lota hꝫ aliquid de mordicatione:qꝛ tenet de virtute partiū ignearum.vn̄.G.9.de simpli.medi.11.cap̄.Thutia que ex fornacibꝰ est hꝫ necessario de ignis potētia.decēter ꝭ lauātes ipsam operatur siccitatē modicā ⁊c̄.Ex quo caplͦ ⁊ alijs auctoribꝰ habet ꝙ thutia q̄dā est mineralis ⁊ q̄dā ex fornace:⁊ hn̄t diuersitatē in virtutibus aliquā:⁊ ex suis capitulis legere debes.Similiter quedam est alba:quedam nigra:quedam rubea:⁊ aliquam habent diuersitatē. Dub^{m} 32^{m}

¶ Superius Aui. ꝺterminauit de causis rupture cornee z spẽbus ei⁹ que maxime manifestant per modos exit⁹ vuee z acuitionis oculi: hic determinat de cura. Et ꝑ ponit curaz ei⁹ qñ est in ꝑn°. Scdo qñ est in ꝓcessu. ibi (Cu₃ aũt vlcerat.) Tertio qñ ruptura iam est z aꝑꝑet exit⁹ vuee siue eminẽtia. ibi (Cũ aũt fit ruptura.) ¶ Ad ꝑmi euidentiã sciendũ ꝙ ruptura cornee tũc est in ꝑn°: qñ in ea fit pustula mala de mã calida acuta ad quã stati₃ sequunt accidẽtia praua. s. dolor fortissim⁹ pulsatio rubedo ex multa attractione mãerũ: z statim talis mã sui acuitate ĩcipit aliquã vlcerationẽ in cornea facẽ que vlceratio si ꝓcedat ꝑducit ad dilatationẽ cornee z exitũ vuee. Põt aũt h̃ ꝑnᵐ rupture duob⁹ modis in ĝñe curari: vt sumit a Rasi. 9. Almãsoris cap̃. 16. de vlcerib⁹ oculi. Primo cũ reb⁹ ꝓhibẽtib⁹ vel curãtib⁹ absq; hoc ꝙ mã in saniẽ ꝯuertat. Scdo cũ reb⁹ saniãtib⁹ illã mãm. Primo igit Aui. ponit curam ꝑmã. Scdo ponit secũdã. ibi (Et du₃ ꝑseuerat.) in ꝑncipio. ⁋ Prima in duas. Primo ꝑmittit qualis debet esse cura rupture inchoantis. Secũdo declarat. ibi (Qđ ĩdigent.) ¶ Dicit primo ꝙ dum perseuerat. s. ruptura in via generationis eius. i. in ꝑncipio: vel eius cura est cura vlcerũ vel bothor. i. vlcerũ bothoralium ẽm ꝙ diximus scilicet in capitulo de exituris oculi z exituris cornee. ¶ Circa quã partẽ cõsiderandũ ꝙ ruptura cornee cu₃ exitu vuee h₃ tria ꝑncipia successiue z per ordinẽ se habẽtia. Unum est ꝑncipiũ qđ est ipsamet ruptura cornee parua ad quã sequit exit⁹ formicalis: z ideo si ꝓcedat augmẽtando: q̃ maior fiat disruptio fiat exitus dictus vuea: z si adhuc maior fiet exit⁹ vesicalis z clauualis: vt superius declaratũ est. Et curã hui⁹ ꝑncipij rupture cornee. A. ponit ibi. formicalis võ. Aliud est ꝑncipiu₃ cornee qđ nõ est pars rupture cũ exitu: sed valde illi ꝓpinqua: z tale ꝑncipiũ est vlceratio manifesta in cornea cũ qua nõ exit vuea aliquo exitu: nec formicali nec vueali nec vesicali. Sed si illud ꝑncipiũ. s. illa vlceratio manifesta parũ plus crescat statim exibit vuea: z de tali ꝑncipio rupture cornee Auic̃. loquet ibi. cũ autẽ vlcerat. z ibi ponit cura₃. Aliud ꝑncipiũ rupture est adhuc mag remotũ a ruptura cũ exitu vuee z est ꝑsentia malarũ mãerum acutarũ in cornea facientiu₃ pustulas paruas que mãe nõ absoluunt a quadã vlceratione quã faciunt in cornea: l₃ nõ sit manifesta vlceratio: sicut illa de qua stati₃ dictũ est: tamẽ si talis vlceratio ꝓcedat z fiat maior perueniet ad illam z ex illa perueniet ad rupturam cũ exitu vuee: z q̃ istud ꝑncipiũ rupture est remotius inter omnia tria principia: ideo dixit dum perseuerat ruptura in via generationis. i. in via ad generationẽ. Sunt igit ista tria principia rupture cũ exitu sic per ordinem se habẽtia. Quia ꝑmo est ꝑncipiũ qđ dicit via generationis. Scdo est ꝑncipiũ qđ est vlceratio manifesta: z tũc ruptura mag

approꝑinquat ⁊ de tali ꝑncipio loquit̄ ibi.cum autē vlcerat̄.Tertio est ꝑnm qd̄ dr̄ exit⁹ formicalis.¶Cōsiderādū 2° ꝙ lr̄a que dic: vlcerū ⁊ bothoꝛ:pōt dupl'r exponi.Uno mō vt dcm̄ ē.i.vlcerū bothoꝛaliū.Alio mō pōt exponi.ꝑꝑ qd̄ sciendū ꝙ mā que ad corneā fluit vel vlcerat corrodēdo sine vera aꝑatione:vl' vlcerat q2 facit verū apostema paruū calidū qd̄ dr̄ bothoꝛ:qūocūq3 vlceratio icipiat̄ in cornea est verū dicere ꝙ ruptura tūc h3 viam sue gn̄ōnis. Quantū g̊ ad vlceratione cornee factā a mā absq3 vera vel manifesta aꝑatione dixit.est cura vlcerū.Sed quantū ad vlcerationez factā cū bothoꝛ vel ꝙ pōt fieri ex bothoꝛ:dixit.⁊ bothoꝛ.

Dubm pm ¶Sed circa dicta dubitat̄ ꝑmo:vtrum exit⁹ vuee formicalis possit fieri non precedentibus principijs dictis.

Dubm 2m ¶Scd̄a dubitatio est:vtꝝ vna spēs exit⁹ vuee vt vesicalis ⁊ claualis possit fieri nō ꝑcedente formicali.⁊ Ad ꝑmā dubitationē dōm ꝙ rupture cornee cū exitu vuee vel fiunt a cā extrinseca vel fiunt a cā itrinseca.Si qdē fiant a cā extrinseca vt incisione cū cultello. est dōm ꝙ pōt fieri exit⁹ vuee absq3 h̄ ꝙ ꝑcedat alia vlceratio occulta vel manifesta.Dico absq3 ꝙ h̄ ꝑcedat ꝑcessu tēporis a medico signabilis:vt notū est.Si aūt fiat ruptura cornee cū exitu vuee a cā itrinseca:tūc ꝑcedūt ista duo ꝑncipia.s.vlceratio parua:⁊ vlceratio manifestioꝛ.Nā māe humorales fluētes ad oculū ꝑmo paruz vlcerāt:postea auget̄ vlceratio:postea fit disruptio ⁊ exit⁹:vt notū est.⁊ Ad scd̄am dubitationē eodē mō dōm ꝙ exit⁹ vuee vel fit a cā exterioꝛi vt cultello:⁊ sic pōt fieri exit⁹ vualis vel vesicalis absq3 hoc ꝙ ꝑcedat formicalis.Uel talis exit⁹ fit a cā itrinseca humorali:⁊ tūc vtplurimū ꝑcedit exitus formicalis:q2 mā corrosiua vel vlceratiua ꝑus facit paruā rupturā q̄3 magnā.Dico aūt.vtplurimū:q2 posset aliq̄ mā saniosa in multa q̄3titate colligi in cornea ⁊ subito facere magnā corruptionē:vnde fiet statim exitus vuealis vel vesicalis nō ꝑcedente exitu formicali.

¶Qd̄ indigent mundificatione corporis qualiscunq3 sit egritudo euacuando per flobotbomiam ⁊ solutionem:⁊ post euacuationem administretur balneum ex aqua dulci:⁊ proprie quādo est in complexione acuitas preter qd̄ moretur in aere balnei nisi parū:⁊ neq3 etiam multiplicet sūmersionē capitis sui in aqua fontis siue sit calida siue sit frigida:⁊ neq3 administrētur olea super caput.Quidā enim illorum mittunt materiam ad oculum propter resolutionē materiei inuēte in cerebro ⁊ attrahunt qd̄ non est in ipso:⁊ exprimunt ipsum propter inspissationem pororum resolutionis. Cum ergo non inuenit vacuū currit ad extremitates cerebri.Et op3 qdē vt cibi sint boni chimi tēperati frigidi humidi ⁊ reliquū corpus similiter.

¶Hic Aui.declarat istā curā.Ad cui⁹ itellectū ꝯsiderādū ꝙ itētio in curatione hui⁹ ꝑncipij rupture est sex res.Prima eūatio māe. Scd̄a distractio vel diuersio ei⁹ ab oculo.Tertia rectificatio q̄litatis māerū i toto ⁊ trāspiratio.Quarta adeq̄tio māerū in oculo: ⁊ repulsio ei⁹ si est'pos̄is.Quīta itētio in vlcere ichoāte.Sexta rectificatio regimis.

pa intētio ⁊ Pria itētio cōplet̄ eūando mām cū flōmia ⁊ pharmacia.q̄liscūq3 sit egritudo.i.siue sit a cā extrinseca siue itrinseca.Uel qualiscūq3.i.siue sit vlceratio bothoꝛalis siue nō bothoꝛ. De q̄ aūt vena ⁊ ex q̄ ꝑte sit fiēda ⁊ que ꝑcedat:an flōmia an pharmacia superius ꝑfecte declaratū est ex scia Aui.vniuersaliū ꝑncipioꝝ.s.ꝑmi libri.⁊ pa fen hui⁹ tertij cap̄.de canonib⁹ vniuersalib⁹ curationis egritudinū cerebri:⁊ ꝑfecte dixim⁹ supra ca.de obthalmia.Et iō Aui.hic nō resumpsit.Pharmacia aūt que istis dat̄ est que purgat acutos humores ⁊ eos tēperat:sic aq̄ fructuū ⁊ hiera ⁊ ifusio myrabolanoꝝ:vt inuit Halya.5.pract.cap̄.41.de cura vlcerū oculi.⁊ sup̄ declarate sūt tales medicine cap̄.de cura obthalmie.

2a ⁊ Scd̄a.s.diuersio māe cōplet̄ cū eūonib⁹ dictis ⁊ cū balneo.

3a ⁊ Tertia itētio.s.rectificatio q̄litat̄ māerū in toto corpe ⁊ trāspiratio ē̄t fit per balneū.Hoc aūt balneuz Aui.regulat qnq3 modis. Prio eni ostēdit tp̄s sui vsus:cū dicit.post eūonē administret̄ balneū:q2 stāte multa repletione eēt cā agitationis ⁊ flux⁹ māerū ad patiētē particulā.Scd̄o ostēdit ex q̄ aq̄ fiat:cum dicit ex aq̄ dulci. nā balneū ex hac aq̄ trāspirat corpus educēdo fumosas supflu itates ⁊ tēperat ariditatē vel acuitatem corpis ⁊ humoꝝ:vt colligit̄ 10.ca.10.⁊.11.tera.ca.9.Tertio ostēdit in q̄ dispōne corpis proprie ꝯfert cū dicit.ꝑꝑe qn̄ est in cōplexione acuitas ⁊ caliditas acuta. sicut in corporib⁹ cholericis vel habētib⁹ adustos humores.istis eni vehemēter ꝯfert balneū:q2 trāspirat acutos vapores ⁊ acuitatē tēperat.h̄ aūt est vehemēter vtile in cura vlcerationū oculi: q2 humores ꝑ eoꝝ acuitatē maxie sunt cā vlceꝝ:vt sup̄.A.exiture oculi.s.vlcerose generant̄ ab humoribus acutis adustis.Quarto tāgit modū vsus balnei.s.q̄3tū ad ꝑtes balnei:⁊ q̄3tū ad ꝑtes corporis:cū dicit.ꝑter ꝙ moret̄ ⁊c.Prio qdē q̄3tū ad ꝑtes balnei:q2 patiēs d3 plus morari in aq̄ balnei ⁊ nō in aere.Rō est:q2 balneū per sui aquā plus humectat ⁊ remittit acuitatē humoꝝ.Balneū eni3 in aq̄ sui humectat ⁊ aer calefacit:vt Aui.p̊ lib.fen.2.illo cap̄.qdā ornate loquētiū.Scd̄o tāgit modū vsus q̄3tū ad ꝑtes corpis:q2 nō ꝯcedit iponi sup caput siue aq̄ sit calida siue frida.Et rō est:q2 aq̄ fontis.i.tine balnei.si est calida trahit mās ad caput.si aūt est frigida ꝑmit mās ad oculos.Et ꝑꝑ hāc cā3 Aui.ꝓhibet apponi olea sup caput.Nā talia olea vel sunt calida sicut camomillinū ⁊ anhetinū:vel sunt frida vt rosatū ⁊ violatu3 ⁊ nenufarinū.Sigdē olea capiti approximata eēnt calida ista nocēt dupl'r.Prio q2 eliquando faciūt fluere mās ad oculū in quo est debilitas ⁊ aptitudo receptionis ꝑꝑ vehemētiā passionis.Scd̄o q2 attrahūt ad cerebrum mās que nō sunt in eo:imo ab alijs ꝑtib⁹ attrahūt:⁊ h̄ est qd̄ Aui. dicit.qdā eni illoꝝ.s.oleoꝝ vt olea calida mittūt mām ad oculum ꝑꝑ resol'onē.i.eliq̄tionē māei iuēte in cerebro:⁊ attrahūt qd̄ non est in ipso.Si aūt ista olea sint frida ipsa nocēt capiti approximata:q2 exprimūt cerebrū ⁊ ispissando oppilāt poros capitis a q̄bus fit māerū resol'o.Māeb⁹ igit̄ retētis ⁊ poris oppilatis:q2 māe nō iuenerūt vias vacuas q̄b⁹ recipiant̄ fluunt ad extremitates cerebri:⁊ q2 oculi sunt in extremitate cerebri:⁊ mō ꝑꝑ passionez sunt apti ad recipiēdū mās:iō illuc fluūt:⁊ h̄ est qd̄ dicit.⁊ sup.q̄dā illorū oleoꝝ vt olea frida.exꝑmūt ipm̄.s.cerebrū.vel ipsam.s.mā3 ꝑꝑ ispissationē ⁊c.Tota tn̄ ista lr̄a pōt referri ad olea calida.De frigidis eni nō est dubiū ꝙ exꝑmūt mās:s3 olea calida exꝑmūt:q2 trahunt mās ad cerebrū:q2 oppilāt vias per vnctuositatē que oppilate nō pn̄t recipe mās que trahunt̄ q̄re currūt ad extremitates. Quinto tāgit q̄litatē quā d3 hēre aq̄ balnei:q2 d3 eē calida vel frigida.per fridā autē possumus itelligere minus calida3.d3 eni esse aqua mag̊ vel minus calida b̄m diuersitatē corpoꝝ ⁊ b̄m diuersitatē corpis ⁊ ꝯsuetudinis:vt si corp⁹ patiētis hēat humores multum acutos ⁊ sit estas ⁊ ꝯsuetudo balneādi in aq̄ parū calida tunc pōt aq̄ cū qua lauat̄ parū calefieri ⁊ sic dicet̄ aq̄ frida.Et possem⁹ itelligē aquā fore fridā:vt si hō eēt icēsus sine febre ⁊ satis carnosus ⁊ tp̄s calidū posset in aq̄ frida lauari.

⁊ Quarta itētio est adequatio māerum in oculo ⁊ repulsio:⁊ istud dedit itelligere Aui.ex cap̄.de exituri ⁊ de obthalmia:⁊ hoc fit ponēdo in oculū sief albu3 dissolutū cū lacte mulieris:vt ponit Rasis.9.Almāsoris cap̄.de vlcerib⁹ oculi cap̄.16.vnde Halyab.5.practi.cap̄.de vlceribus oculi ca.41.colyriū instilla albū sine opio cū mulieris lacte cui filia est. Posset etiā dissolui cu3 albumine oui:vt Mesue ponit in hoc ca. 4a

⁊ Quinta intētio que est ad vlceratione cornee inchoantem l3 sit satis occulta cōplet̄ tn̄ cum medicinis exiccatiuis:⁊ hoc facit sief albū.vnde Halyab.post verba ꝑdicta subdit.cu3 colyriū albū ex desiccantib⁹ ⁊ refrigerātib⁹ sine punctione cōpositu3 fit:lac aute3 refrigeret lenificet ⁊ declinet.Et hāc intētionē Aui.dedit intelligi ex his que dixit in cap̄.de cura exiturarū.Siquis eni ꝯsideret ista cura que hic ponit̄ est illa que posita est ibidem.Et possemus dicē ꝙ Aui.tāgit curā istā quātu3 ad hanc intētionē qn̄ dicit post:⁊ curet̄ cura vlcerum. 5a

⁊ Sexta intētio que est regiminis rectificatio cōplet̄ cibādo infirmum cibis habētib⁹ tres ꝯditiones.Prima ꝙ sint boni chimi.i.nutrimēti boni.Scd̄a ꝙ sint tēperati.s.in quātitate:vel tēperati.i.ꝯueniētis q̄litatis.s.fride ⁊ humide.Tertia cōditio est ꝙ sint fridi ⁊ humidi:⁊ hoc vt opponant̄ acuitati humoru3 currentiu3 ad oculos:⁊ q2 remittē caliditatē ⁊ acuitatē humorum est valde vtile in cura harum vlcerationu3 ichoātiu3 in oculo:ideo bonu3 est ꝙ totū corp⁹ disponat̄ ⁊ alteret̄ versus frigiditatē ⁊ humiditatē:⁊ hoc est qd̄ dicit.Et reliquum corp⁹ similiter. Istud autē totum fit cauēdo a carnib⁹ ⁊ vino:⁊ ꝑꝑrie vino dulci: vt Rasis ꝑallegato cap̄.Et da sibi lactucas vel portulacas ⁊ mala granata ⁊ vinum granatoꝝ ⁊ iulep.s.cū multa aqua:⁊ aquā ordei ⁊ cōsimilia:vt sumit̄ a ꝑdictis auctorib⁹.Fac etiā ꝙ aer qui inspiratur ab eo sit frigidus:balneu3 eni facit hoc.nā l3 aqua calida calefaciat ꝑmo occursu:postea tamē infrigidat:vt Auicē.1.can̄.fen 2a illo cap̄.Quidam ornate loquētium. 6a

¶Sed circa ꝑdicta dubitat̄.ꝑmo vtru3 qui balneat̄ in ꝑn° vlcerationis que est via in exitū vuee debeat sūmergē caput in aq̄. Dubm 3m ⁊ Uidet̄ ꝙ sic:q2 talis balneatio fit ad tēperādā acuitatē māe faciētis pustulā vlcerosa3:sed isto maxime idiget mā que est in capite:cū sit ꝑꝑinquioꝛ oculo q̄3 sit mā que est in toto corpore.⁊ In ꝯtrium est Aui.⁊ Dōm ꝙ nō est tutū sūmergere caput in balnei aq̄.Quia si aqua sit calida eliquat mās versus oculū:si sit frigida exprimit. Alia cā est:q2 facit retentionez anhelitus ex qua replent̄ ⁊ extenduntur vene circa caput.Tertia cā est:q2 medicine que oculo oc-

currunt in hac passione cū hoc ꝙ equāt acuitatē māe debent esse exiccatiue ꝯferētes vlceri vt dicet. Aqua aūt sui humiditate sola in h̄ nocet. ¶ Sed tu dices: si iste īfirm⁹ nō sūmergit caput in aq̄ stabit in aere calido: ⁊ tūc mag̃ nocebit. ⁋ Dō͡z ꝙ iudicio meo isti īfirmo dꝫ parari tina aque coopta: ⁊ ex̄ teneat caput: tal'r ꝙ non occurrāt vapores ⁊ aer calidus ad caput. ¶ Notādū tn̄ ꝙ forsan nō eēt malū ꝙ patiēs bene clausis oculis sūmergeret caput in aq̄ ⁊ parū staret: ⁊ paucis vicib⁹ vel duab⁹ vel trib⁹: qꝛ ex h̄ aliqual'r tēperet acuitas humoꝝ ī capite. Nec timem⁹ dissolutionē māerū pp duas cās. Prima qꝛ nō multū īprimeret calorē si sit calida nec frigus si sit frida pp paucā moraꝫ. Scd̄o qꝛ iā p̄supponit ꝙ corp⁹ sit eūatū: ⁊ iō Aui. nō ex toto ꝓhibuit summersionē: sꝫ multitudinem summersionis: cuꝫ dixit: ⁊ neqꝫ multiplicet summersionem. Ex quibus contraria soluuntur.

Dub^m 4^m ¶ Scd̄o dubitaƭ vtꝝ medicamē repcussiuū qd̄ approximaƭ in p̄n° istaꝝ pustularū vlcerosarū sit eiusdē virtutꝭ cū eo qd̄ approximaƭ in p̄n° obthalmie: vt. v̄.g. sit illud idē sief albū qd̄ superi⁹ dixim⁹ in p̄n° obthalmie. ⁋ Et vꝛ̄ ꝙ sic ex ītētiōe Rasis. 9. Almāsoris p̄allegato cap̄. vbi absolute p̄cipit sief albū īponēduꝫ nec ponit aliā descriptionē sief albi in ca. curationis vlcerū oculi. Itē ex mēte Aui. q̄ ītētionē repcussionis que cōpetit in h̄ p̄n° tacuit: qꝛ expresserat sup̄ vt dcm̄ est. Ampli⁹ in p̄n° obthalmie ponunƭ sief repcussiua: vel alie medicine fortes vel debiles opiate vt sup̄ declaratū fuit. Sed iste p̄nt repellē mās istoꝝ bothoꝛ vlcerosoꝝ vel pustularuꝫ: igiƭ ille medicine ⁊ illa sief maxime ꝯueniūt. ⁋ Oppositū sumitur ex Halyab. 5. prac. ca. 41. qui ꝓpriū colyriū ꝯficit in hac passione. ⁋ Dōm ad h̄ ꝙ colyria que instillanƭ in oculuꝫ in p̄n° harū pustularū vel bothoꝛ vlcerosoꝝ dn̄t ab alys que instillantur in p̄n° obthalmie calide: ⁊ ꝯueniūt cū illis. Primo qdē ꝯueniūt in cōi intentione que est remissio acuitatis māe ⁊ repulsio ⁊ actualis lenificatio ⁊ sedatio doloris: ⁊ iō cōicāt in albumine oui vel lacte ⁊ cerusa ⁊ gūma arabica ⁊ amilo ⁊ qn̄qꝫ opio. Sed dn̄t qꝛ sief albū qd̄ instillaƭ in p̄n° hoꝝ bothoꝛ habētiū aliqꝫ vlcerationē dꝫ hēre in se virtutē plus exiccatiuā ex hac vlceratione. Ulcera enī īdigēt exiccatione: vt ibidē Halyab. ēt cōplexio cornee hoc indicat que forsan est siccior q̄ꝫ cōplexio ꝯiunctiue qd̄ signat maior durities. Dn̄t ēt scd̄o qꝛ in hmōi bothoꝛ mag̃ cogimur vti opiatis pp vehemētiaꝫ doloris: q̄ꝫuis ēt opiatis regulariter nō vtamur vt supra perfecte declaratū fuit: ⁊ qꝛ sief qd̄ ꝯuenit hic dꝫ esse siccius q̄ꝫ illud qd̄ ꝯuenit in obhalmia calida pura absqꝫ vlcere: iō sief Halyab. est valde vtile: qd̄. ℞. climie argenti aduste ⁊ lote: eris adusti cuiuscūqꝫ. ʒ. ij. caquie. i. achacie. gūme arabice cuiuscūqꝫ. ʒ. iij. ceruse. ʒ. j. tere oīa ⁊ distēpera cū albumine oui: ⁊ cū opus fuerit vtere liquefacto cuꝫ lacte puelle ⁊ bombycē ībibitū h̄ colyrio suppone. Et iō Zoar tra. 6. 16. ca. collaudat sief rosarū: nō tn̄ credo ꝙ illd̄ qd̄ ipse ibi describit ꝯueniat in p̄n°. Et iō Aui. supius cap̄. de exituris oculi dicebat ꝙ si fuerit obthalmia cureƭ ⁊c. ⁊ ꝯiungaƭ īter sedationē doloris ⁊ sedationē vlceris. q. d. si fuerit obthalmia nō sufficiūt medicīe ad obthalmiā solā: sed debēt iungi medicine sicce: ⁊ iō in sūma loquēdo subiunxit. Et ad sūmū canon electionis medicinarū in ipso est: q̄m opꝫ vt eligaƭ oē qd̄ exiccat absqꝫ mordicatione. Et h̄ voluit in p̄n° hui⁹ cure: cū dixit. Cura est cura vlcerū ⁊ bothoꝛ. ¶ Cōsiderādum tn̄ pp ꝯ̄dictiones tollēdas ꝙ in p̄n° harū pustularū ⁊ vlcerationū: vel vlceratio est puissima valde: vñ ꝯfidis ꝙ exiccatio ceruse sufficiat: ⁊ sic sufficit sief albū cōe cui⁹ descriptionē sup̄ posui: ⁊ sic fuit ꝯtentus Rasis sief albo: qd̄ dixerat in cap̄. de obthalmia: lꝫ illud sit siccū pp sarcocollā ⁊ opiuꝫ: ⁊ iō in h̄ casu videƭ mihi vtile sief Jesus qd̄ sup̄ in p̄cedēti cap̄. scripsi sup illo cap̄. ⁊ si fuerit hec obthalmia. Uel vlceratio est manifestior q̄ꝫuis sit in p̄n° qd̄ dꝛ̄ via gnōnis: ⁊ vt sic ꝯfert sief Halya. vbi est fortior exiccatio q̄ꝫ in sief albis frigidis ad obthalmiam propter climiam ⁊ es vstū. Ex quibus contraria cessant si intellexisti premissa.

Dub^m 5^m ¶ Tertio dubitaƭ vtꝝ in p̄n° vlcerationis cornee absqꝫ exitu vuee a cā extrinseca facte ⁊ vlcerationis facte a cā ītrinseca. s. hūorib⁹ acutis fluētib⁹ ad oculū debeam⁹ vti eisdeꝫ medicinis. ⁋ Et videƭ ꝙ sic: qꝛ Aui. nō distinguit eas hic: nec in p̄cedēti ca. Probaƭ rōne: qꝛ vtriusqꝫ cōis ītētio est sedatio doloris: ⁊ ꝓhibitio māei ⁊ vlceris ꝯsolidatio: sed vnū ⁊ idē medicamē. v̄. g. sief albū oīa ista facit: vt sup̄ appet: igiƭ vtrobiqꝫ ꝯuenit. vide Azarauiū cap̄. de arsanac. ⁋ In ꝯ̄riū sumiƭ a Gilberto cap̄. de vlcerib⁹ oculi. q in vlcerib⁹ factis a cā extrinseca nō ꝯcedit lac mulieris poni in oculū ⁊ ꝯcessuꝫ est sup̄ in vlcerib⁹ factis .. mā. ⁋ Dōm ꝙ qd̄ querit de medicinis localib⁹: nō enī dubitaƭ ꝙ vtrobiqꝫ ꝯuenit eūatio per flōmiaꝫ vel pharmaciā ƀm diuersitatē dispōnū corporis. De medicinis v̄o apponēdis sup oculo īuenio quādā discordiā īter cōiter operātes ⁊ famosos auctores. Nā cōiter opantes accipiūt albumē oui: ⁊ post cōquassationē vel sine cōquassatione īponūt pecias siue cottuꝫ: ⁊ ponūt sup oculo tal'r ꝙ attigat corneam vulneratam; ⁊ dimittunt

sic. 15. dieb⁹: qdā valde paucioꝛib⁹. Aly v̄o operātes accipiūt aquā ro. paucā ⁊ pmiscēt p̄dicto albumini: ⁊ eodē mō oculo applicant. Quidā v̄o bonus operatoꝛ dixit mihi ꝙ ipse accipit germina que reperiunƭ in ouo ex gallina calcata ⁊ accipit ex eis. 12. ⁊ terit tal'r ꝙ fiat vnguētū ⁊ ponit sup oculo: ⁊ dicit ꝙ est mirabile: ⁊ inueniƭ in quodā libello parue auctoritatis. Sed famosi auctores videnƭ īnuere ꝙ in p̄n° vulnerū vel vlcerū cornee a quacūqꝫ cā fiant ītendamus cū medicinis in qb⁹ cū virtute ꝓhibitionis ⁊ sedationis sit virt⁹ īcarnationis vlceris. vñ Aui. in p̄cedēti cap̄. nō distinxit curā istoꝝ vulnerū. Et Mesue de cura vulnerū ⁊ vlcerū oculi dicebat. Tertiā rem. s. administrationē medicaminis circa vulnus cōplēt administrationes medicaminū facientiū nasi carnē in vlcerib⁹: ⁊ ēt ꝯsolidātiū vlcera: sicut sief albū in p̄n° cū lacte mulieris ⁊ albumine oui. Ecce ꝙ Mesue in p̄n° vulnerū vel vlcerū: nō distinguendo siue sit ex pcussione vel ex mā docet applicare aliud q̄ꝫ albumē oui. ¶ Ad ītellectū igiƭ istoꝝ dico ꝙ vlceratio oculi inchoans a cā exterioꝛi ⁊ a cā īterioꝛi ꝯueniūt in plurib⁹ reb⁹ in p̄n° cure ⁊ differūt. Prio qdē ꝯueniūt qꝛ in vtroqꝫ vulnere est ītētio sedare dolorem repellere vel ꝓhibere mām ⁊ ꝯsolidare ne ꝓcedat vulnus ⁊ ne saniei fiat gnō. Nam vt dicit Mesue preallegato cap̄. sanies in hac passione est suspecta: ⁊ pp has ītētiones est ꝯueniēs albumē oui in p̄n° vtriusqꝫ. Differūt aūt in duob⁹. Prio qdē qꝛ in vlcere a cā īterioꝛi est vehemētioꝛ doloꝛ vtplurimū q̄ꝫ si fiat a cā exterioꝛi īcidēte: ⁊ h̄ pp malitiā ⁊ motū māe: ex qbus solo ꝯtinuitatis est in fieri. Sed solo ꝯtinui a cultello q̄ꝫtū est respcū cāe extrinsece post ei⁹ īcisionē est in facto esse ⁊ vt sic minus doloꝛosa ex pte hui⁹: vt pōt in gn̄ali colligi. 4. de accidēti ⁊ morbo. ca. 6. ⁊ in libello de malitia cōplexionis diuerse cap̄. 4. Differūt 2° qꝛ est maioꝛ excessus q̄litatis. s. caloꝛis in vlcerib⁹ a mā cholerica adusta q̄ꝫ in vlcerib⁹ a cā extrinseca: ℥ opꝫ ꝙ medicamē locale qd̄ poniƭ sup oculo q incipit vlcerari a mā acuta ⁊ adusta hēat aliqd plus de īfridatione ⁊ aliqd plus de sedatione doloris: q̄ꝫuis in p̄n° ītēdam⁹ in sedatione doloris nō per alias medicinas q̄ꝫ per īfridātes ⁊ lenificātes ⁊ applanantes sicut albumen oui ⁊ sief albuꝫ: ⁊ similia. ¶ His p̄missis dico iuxta id qd̄ mihi videƭ: vlceratio oculi a cā exterioꝛi vel ē in corporibus valde humidis ⁊ teneris maxime ex etate vt corpora pueroꝝ ⁊ puberū. Uel est in corpoꝛib⁹ siccis ⁊ iam pfectꝭ vel senescentib⁹. Siqdē talis vlceratio sit in corpoꝛib⁹ humidis vt pueris credo ꝙ sufficiat solū albumē oui: qꝛ oēs p̄dictas ītētiones aggregat: sedationē doloris lenificationē ⁊ repulsionē māe vel prohibitionē per aliqꝫ friditatē quā hꝫ ēt īcarnat. Nā in tali etate pauca sufficit exiccatio ad īcarnādū: sed in albumine oui possum⁹ dicere ꝙ est exiccatio aliq. vñ Serap̄. cap̄. de ouis. ponit hūc ƀmonē. Cōplexio oui est fridioꝛ parū q̄ꝫ corp⁹ tēperatū: ip̄m nāqꝫ īfrigidat īfrigidatione tēperata ⁊ desiccat desiccatione sine mordicatione. Et qꝛ nō distinguit de partib⁹ oui: sed dicit de toto ouo: possumus dicere ꝙ etiā in albumine est talis virt⁹. ⁊ ideo Gal'. 11. de simplici medicina cap̄. 24. de ouis. vtere igiƭ albumine oui nō solū in oculis: sed in oīb⁹ alys quotquot suauissimarū īdigēt medicinarū vlcera. ⁊ post p̄dicta Gal'. ponit ꝙ ip̄m albumē oui solū siue oua cuꝫ cortice apponanƭ in cōbustionibus ignis est vtile. ⁊ subdit cām. et enī īfrīdat moderate siccatqꝫ suauiter. ¶ Sed ꝯtra p̄dicta arguiƭ ꝙ albumē oui pōiƭ humide cōplexionis ab Aui. 2. cañ. ⁊ Albumasar cap̄. de albumine oui. ⁋ Dōm ꝙ albumē oui actual'r est humidū humiditate fluida leni: vñ lenificat ⁊ applanat: tn̄ virtual'r aliqꝫ paucā vꝛ̄ hēre exiccationē: vt p̄missi auctores testanƭ. ¶ Si auteꝫ talis vlceratio sit in corpoꝛib⁹ siccioꝛib⁹ cuꝫ ista corpora egeāt siccis medicinis in qbus sit manifesta siccitas: dico ꝙ talia vulnera oculoꝝ facta a cā extrinseca nō debēt curari in p̄n° cū solo albumine oui sicut cōiter operātes faciūt. Hoc ꝓbo p̄mo per rōnes. Secundo per auctoritates p̄assumptas ⁊ per alias que ponenƭ. Hoc declaro per rōnes. Nā quotiēs medicus pōt curare vulnera ⁊ ꝓprie suspecta ad saniē per viā īcarnationis dꝫ illud facē: sed stāte vulnere in oculo si cū albumine oui ponas medicinas mag̃ siccas tūc curaƭ vulnus simplici īcarnatione: qd̄ nō pōt facere solū albumen oui: qꝛ est pauce exiccationis: igiƭ opꝫ alia medicamīa apponere cū albumine oui: īmo apud quosdā sine albumine vt videbitur. Scd̄a rō est: nam medici operātes suspicanƭ ponē aliqd aliud timētes de doloꝛe in oculo: sed in vlcere maioꝛis doloꝛis sicut est vlcus a cā humoꝛali nō timem⁹ ponere aliqd cū albumine: ℥ multo minus debemus timē ibi. ¶ Sed tūc dubitaƭ que medicina sit ista quā debeo ponē cū albumine oui vel sine eo. ⁋ Rñdeo ꝙ in h̄ auctores vadunt ꝓprys vys ƀm ꝓprias estimationes ⁊ experientias. Credo enī ꝙ Aui. ⁊ Mesue miscuissent parū de sief albo cum albumine oui ⁊ accepissent illud cū lana pecia vel stupa v'l cotto ⁊ applicuissent oculo vulnerato ex pcussione. Dico aūt ꝙ paruꝫ posuissent de isto sief: qꝛ nō tātū q̄ꝫtuꝫ posuissent in vulnē facto a mā humoꝛali acuta ⁊ adusta. Nā pp vehemētiorē doloꝛē ⁊ fortiorem

inflāmationē

inflāmationem que sunt in talibus vlceribus a cā humorali expe-
dit ꝙ cū albumine oui ponat plus de sief albo ꝙ̄ in vulnere facto a
cā primitiua: ⁊ ꝓ eandē cām posset poni sief fortioris īfrigidatio-
nis. Sed Jesus haly in cap. 48. de solutione cōtinuitatis eueniē-
tis ꝯiūctiue a causa primitiua docet applicare oculo sedenegi. i. la-
pidē emathitis: cū modica cāphora qn̄ est exitus sanguis. vel thu-
tiā qn̄ nō est fluxus sanguinis nec videt curare de albumie oui. vn̄
dicit trac. 2. 48. ca. Solutio cōtinuitatis cōiunctiue a causis est ex
cā primitiua: sicut ꝑcussio vel casus vel lapis: cura est īcipere scin-
dere mām ⁊ ꝓhibere eā ne fluat ad oculū: ⁊ si exierit ex eo sanguis
pulueriza cū sedenegi cū modica cāphora ⁊ liga oculū cū binda for
ti: ⁊ si nō exierit sanguis pulueriza cū thutia nutrita ⁊c̄. Credo tn̄
ꝙ iste res miscerent cū albumie oui eēt ꝯueniēs. ⁊ ī ca. 61. loquēs
de sol'one cōtinuitatis eueniētis cornee. opꝫ ligare oculū cū institia
forti ⁊ puluerizare in oculuꝫ qđ ꝯfortet ⁊ stringat sicut thutia mi-
sta cū aqua myrti. ¶ Gilbertus vͦ in cap. de egritudinibus cornee
alia docet oculo apponere. s. albumē oui cum succo plātaginis. vn̄
dicit hūc sermonē. Accidūt aūt vulnera qn̄ꝗ ex causis extrīsecis
vt ictu in ꝑcussione: ⁊ tunc statim insistendū est cū claro oui ⁊ suc-
co plātaginis. Herbe enim consolidātes iuuāt. Ecce ꝙ Gilbertus
vult ꝙ vltra albumē oui ponant res consolidātes. ¶ Modernus
vͦ Guilelmus placētinus in cap. de vlceribus oculoꝝ talē moduꝫ
operādi ponit ꝙ in vlceribus pupille cornee seu coniūctiue factis
euacuationibus per flōmiā vel ventosas ponat sup oculū albumē
oui mistū cuꝫ oleo rosato: ⁊ super illud ponant pecie tres vel qua-
tuor magne que comprehēdāt frontē ⁊ maxillā totā īfuse in aqua
que sic fit. ℞. vini granatoꝝ. ℥. ij. aque rosa. lib. 5. boli armeni. ℥. j. ⁊
puluerizet ⁊ bulliat in aquis predictis post colet ⁊ in colatura in-
fundant pecie: ⁊ fiat vsqꝫ ad securitatē vlceris ne ampliet vel apo
stemet: post securitatem vͦ ponat intra oculū sief albū. ¶ Ex qui-
bus auctoritatibus apparet ꝙ auctores nō sunt ꝯtenti in his vlce
ribus inchoātibus a causa primitiua ponere soluꝫ albumē oui sine
alia medicina. Apparet ēt qūo vtimur medicinis eisdē in vlcerib⁹
factis a cā primitiua ⁊ factis a cā humorali ⁊ quomodo diuersis.
¶ Ad dictum Gilberti q nō cōcedit impositionem lactis in oculū:
dōm ꝙ hoc est verum ꝙ nō ꝯuenit purum: qꝛ hꝫ humiditatē ⁊ ab-
stersionē que ibi nō requirit. Sed si misceat cū medicinis incarnā
tibus predictis: potest cōpetere sicut competit in pricipio bothor
vlcerosoꝝ cū albumine oui: tn̄ albumē oui adhuc est ꝯuenienti⁹ in
vlceribus a ꝑcussione qꝛ vnit ꝑtes mēbri que ꝑ īcisionē sunt sepa-
a te qđ nō faceret lac: qꝛ albumen hꝫ viscositatem qua adheret ⁊
Dubᵐ 6ᵐ coniungit partes membri vt sensus ostendit.
¶ Quarta dubitatio est vtrū ruptoriū super capite vel apud aures
cōpetat in hac passiōe. ¶ Videt ꝙ nō: famosiores auctores nō po-
nunt. Amplius Auic. ꝓhibet olea calida super caput: qꝛ attrahunt
materias que nō sunt in eo: ergo multo magis ꝓhiberi debent hmōi
ruptoria. ¶ In oppositum est cōis vsus medicoꝝ q tantum creuit
ꝙ vulgus in hoc cōmuniter operat. Statim enim cū vident in cor
nea aliquē pūctū album: precipiūt vulgares cātarides poni circa
aures. ¶ Dicendū ꝙ ruptoriū diuersificat qn̄ꝗ ex parte eoꝝ cum
quibus fit. qn̄ꝗ eniꝫ fit cū cantaridibus mistis cū axungia: qn̄ꝗ fit
cū calce ⁊ sapōe: qn̄ꝗ cū synapi vel stercore colūbino: qn̄ꝗ rasura
vitis albe ⁊ similibus: lꝫ diuersimode iste res rumpāt. Diuersificat
ēt ex parte loci: qn̄ꝗ ponit ex parte superiori capitis in loco vbi ē
cōmissura: qn̄ꝗ ponit post aures: qn̄ꝗ ponit in brachys. Alcana-
mosali ēt docet ponere iuxta aurē versus faciē in loco vbi termi-
nat os mādibule: vt aꝑet lib. 6. 1. c. docet ēt apponere subtus bar
bā: vt aꝑet in. 2. ca. eiusdē libri. ¶ His p̄missis omissa diuersitate
ruptoriū ex parte eoꝝ cuꝫ quibus fiunt: qꝛ esset valde ꝓlixū: dico
ꝙ huiusmodi ruptoria ante euacuationē non ꝯueniunt. s. ruptoria
in capite. rō est: qꝛ illa agitāt mām: ⁊ replēt magis caput: ⁊ faciunt
materias ad oculos magis currere. Sꝫ factis euacuationibus vni
uersalib⁹ pn̄t ita apponi capiti: ⁊ magis laudo apponere circa col
lū ⁊ circa aures posterius ꝙ̄ superius in capite. Et rō est qꝛ euacu-
ant cū diuersiōe maiori ⁊ trahūt ad locū a quo mā minus est apta
currere versus oculū: ⁊ ꝓpter hanc cām laudat perforatio extre-
mitatis auricule ⁊ īpositio laquei ibidē. Ruptoria aūt in brachys
possunt apponi quāuis corpus hēret circa ꝑtes suꝑiores aliquā ⁊
nō multā repletionē: qꝛ talis euacuatio ꝑ loca illa est satis diuersi
ua. Illud tn̄ qđ maxime cōuenit est incisio venaꝝ timpoꝝ ne refū
dat materia ad oculos. Et quidā īcidūt venas q̄ apparēt in ꝯiuncti
ua: ⁊ vtraqꝫ inueniunt mirabilis vtilitatis: ⁊ est verum. Hec oīa
possunt ꝑfectius ītelligi per ea q̄ supra diximus de cauterio. ¶ Ad
contrariam rōnem dōm ꝙ lꝫ olea calida ēt post euōnem possint
mittere mām ad oculum: hoc tn̄ nō sic faciūt ruptoria. Nam olea
oppilant viscositate. Sꝫ ruptoria magis sunt cā tractus ad extra.
Aliter tamen posset dici: vt colligitur supra ca. de obthalmia. cum
querebat de appositione oleorum ad caput.

¶ Et duꝫ perseuerat in principio oportet vt maturetur
⁊ curetur cura vlcerum.

¶ Hic Auic. ponit curam predicte dispositionis per medicinas sa-
niantes illam materiā: ⁊ dicit ꝙ dū perseuerat in principio. s. pre-
dicta via generationis rupture maturetur. i. ponantur medicine
maturatiue ⁊ curetur ⁊c̄.
¶ Dubitat vtrū in vlceribus īchoātibus in oculo debeamus matu- Dubᵐ 7ᵐ
rationi ītendere. ¶ Et videt ꝙ sic. Primo ex Aui. hic. Itē sanies
in omni vulnere est magnū signū securitatis: vt in afo. ⁊ in cōmēto
5. ꝑticule. afor. 23. Calidū faciens saniē. ¶ In ꝯrium est Mesue ca.
de cura vlceꝝ oculi. vbi dicit. Sanies in hoc vulnere est suspecta.
¶ Dōm ꝙ vel ista vlcera inchoātia possumus curare cum medicī
nis predictis que repellunt mām: ⁊ tūc est melior cura ꝙ̄ si fiat sa
niatio. Nā sanies est suspecta: qꝛ īdicat maiorē vlcerationē: mate
ria enim que ꝯuersa est in sanieꝫ cepit sibi maiorē locum: vn̄ ma-
ior vlceratio facta est. Et qꝛ mā saniosa est corrosiua ꝓprie cuꝫ in
parte remanet: ideo ēt facit suspitionē generatio eius in vlcerib⁹
oculi. Si aūt talis cura nō sit possibilis opꝫ ītendere ad medicinas
debite maturatiuas. Nā exquo mā nō pōt repercuti si tu persistis
cū reꝑcussiuis retinebit mā in parte que erit cā putrefationis tu-
nicarum oculi ⁊ cecitatis: minus ergo malū est ꝙ tu intendas ad
maturationem. Et hoc est qđ Auicē. ponebat. Et dum in principio
perseuerat maturetur. i. dum ista dispositio remanet in principio:
⁊ cum iam fecisti curam que in principio competit. s. curam cum
repercussiuis: tunc permuteris ad maturatiua.
¶ Sed hic q̄runt qnꝗ. Primo qūo cognoscit ꝙ sumus in p̄n°. Dubᵐ p̄ᵐ
¶ Scđo dubitat quanto tꝑe debeo vti istis repercussiuis. Dubᵐ 2ᵐ
¶ Tertio dubitat quare non ꝑmutamur de repercussiuis ad reso- Dubᵐ 3ᵐ
lutiua cum sit melior curatio ꝙ̄ generatio saniei.
¶ Quarto dubitat que sint ista maturatiua ad que permutamur. Dubᵐ 4ᵐ
¶ Quinto dubitat an oporteat gradatim trāsire ad maturantia. Dubᵐ 5ᵐ
¶ Ad primā dubitationem dōm ꝙ remanētia dispositionis in suo Ad p̄ᵃᵐ
p̄n° cognoscit per remanētia accidentiū cū quibus incipit. v̄. g. qꝛ
factis tuis remedys ꝯuenientibus cū frigidis in p̄n° morbi: adhuc
stat dolor calor ⁊ pulsatio. Ex hoc enim significat ꝙ curatio ꝑ me
dicinas repulsiuas nō sufficit: vn̄ oportet transire ad maturatiua.
⁊ hoc voluit Rasis. 9. Almāso. ca. de vlcerib⁹ oculi. ca. 16. dicēs. In
initio sief albū cū lacte mulieris est mittendū: ⁊ si pulsus iā alleuia
ri ⁊ sedari videt sperandū est ꝙ egritudo soluetur sine saniei col-
lectione. ꝙ si pulsus. i. pulsatio oculi: post extractioneꝫ sanguinis
⁊ vētris sol'onē ac sief albi iniectionē qescē nō vr̄ ꝑua fiducia ē ha-
bēda in hoc qđ dixit. ꝙ. s. egritudo recedat absqꝫ saniatione.
¶ Ad scđam dubitationē dōm ꝙ tempus vsus illarum rerum re- Ad 2ᵃᵐ
manet in pura estimatiua medici: cum enim medicus estimat ꝙ
iaꝫ mā est repulsa per vsum medicinaꝝ si esset possibilis repulsio:
⁊ tamen videt ꝙ remanet: tunc debet permutare remedia.
¶ Ad tertiam dōm ꝙ ista maturātia sunt resoluentia etiaꝫ: ⁊ ideo Ad 3ᵃᵐ
vel maturāt vel resoluūt. Nā si nō resoluūt maturāt vt iā appare-
bit: ⁊ iam declarata fuerūt ista super cap. de obthalmia calida.
¶ Ad quartā dubitationē dōꝫ ꝙ maturātia ista sunt in qbus est ca Ad 4ᵃᵐ
lor cū siccitate aliqua. Et hoc iō vt habeat aliquā vim resolutiuaꝫ
materiei: quā si nō possint resoluere maturēt. Et iō nō īciperemus
maturationē cū mucilagine sola seminū cydonioꝝ vel semīs lini:
qꝛ in istis est virtus maturatiōis ⁊ nō virtus resolutiōis: sꝫ īcipie-
mus cū aqua decoctiōis fenugreci: vel cū mucilagine ei⁹. Et iō sief
de thure qđ ponit Rasis ibidem est vtile ad hanc intētionem. Et
qꝛ Aui. ista dixerat suꝑ ca. de cura obthalmie: ideo hic omisit.
¶ Ad qntā dubitationē dōm ꝙ opꝫ gradatim trāsire a reꝑcussiuis Ad 5ᵃᵐ
ad maturātia: ⁊ iō p̊ poterimus miscere aliqd de sief de thure cuꝫ
sief albo: vel dissoluere parū de sief albo cum aqua fenugreci: ⁊ sic
ꝓcedere quousqꝫ ponas purū sief de thure cū lacte mulieris: tunc
eni vel mā resoluet vel maturabit: sꝫ qꝛ reꝑcussio nō potuit remo
uere mām exquo significat ꝙ mā est grossa: ideo credēdum est ꝙ
nō erit obediēs resol'oni: sed maturabit: ⁊ hoc est qđ voluit Rasis
supra cū dixit. parua fiducia in h̄ qđ dixim⁹ est hn̄da. q. d. si nō po-
tuit repercuti saniabitur: ⁊ hoc vtplurimum ꝯtingit. ¶ Ex quibus
soluunt in ꝯrium inducta. Et primo ad Auicen. dōm ꝙ non con-
cedit medicinas generantes saniē nisi cū materia nō potuit reper
cuti. ¶ Ad Hip. dōm vno modo ꝙ lꝫ saniei generatio ꝓm se sit lau
dabilis in omni vulnere. s. qꝛ est signum digestionis: tn̄ ex parte lo
ci qn̄ꝗ est suspecta sicut in pulmone ⁊ sicut in oculo: ⁊ quādoqꝫ est
suspecta ex parte materiei sicut in herisipila. vn̄. 7. particul. afor.
In herisipila sanies malū. Vel aliter dōm ꝙ generatio saniei in
vulnera est secura respectu gn̄ationis putredinis: vel virulētie vel
oīmode cruditatis. vn̄ Hip. 6. ꝑtic. afo. Lixa bona cruda vͦo mala.
¶ Ad auctēꝫ Mesue dōꝫ ꝙ lꝫ sit suspecta generatio saniei tn̄ qn̄ꝗ
cogimur nō hn̄tes aliā viā meliorē: sicut aliqn̄ penuriā boni panis

hñtes deteriorẽ comedimus: vt Gal. 6. de regimine sanitatis.

¶ Ulterius ꝯsiderandū ꝙ littera que dicit: ⁊ curet̃ cura vlcerū: pōt duobus modis exponi. Primo vt supra dictū fuit ꝙ Aui. velit ꝙ in tota hac egritudine a pncipio vsq; ad finē itendat̃ cum medicinis siccis que ꝯueniūt vulneribus inquantū vulnera sunt: ⁊ in hoc. A. ponit quintā intentionē quā habemus in hac dispositiōe vt supra declarabat̃. ⸿ Scđo modo pōt exponi ꝙ per hoc Aui. velit ostēdere modū medicinarum maturantiū que cōpetunt in hac passione: nā debēt esse maturatiua que habeāt siccitatē ⁊ caliditatē cōuenientes resolutioni ⁊ maturationi: sicut sit de thure: ⁊ ideo dixit curetur cura vlcerū. i. si tu maturas mām ponas medicamē tale qđ cōueniat vlceri. s. siccū. dz ergo esse medicamē maturatiuū cū aliqua siccitate virtuali. ⸿ Tertio modo pōt exponi ꝙ ex hoc. A. velit magis te reddere attentū ad curā vlceris q̄ in pncipio: nā qñ maturatur tūc est maioꝛ vlceratio. s. per locū quē mā capit q̄ prius: ⁊ ideo opz plus vlceri intēdere q̄ prius. s. medicinis siccis. ⸿ Quarto mō pōt exponi: ꝑꝑ qđ sciēdū ꝙ solutio ꝯtinuitatis q̄dā est sine sanie ⁊ ꝯsueuit vocari vulnus: ⁊ quedā ē cū sanie ⁊ cōsueuit vocari vlcus. In vlcere igit̃ cū sit sanies est duplex intētio. s. absterſionis ⁊ ꝯsolidatiōis. vult igit̃ dicere. A. ꝙ cū materia est maturata: opz ꝙ intendas ad abstergentia ꝯsolidātia: ⁊ hoc est qđ dicit maturetur: ⁊ supple facta maturatiōe curet̃ cura vlcerū: ⁊ iō subdit. cū aūt vlceratur ⁊c̃. ⸿ Quinto modo ꝙ Auic. velit ꝙ tunc fiat cura que competit exituris in quibus est sanies ⁊ nō sunt erupte: quasi dicat ꝙ ista sanies erumpatur ſz ꝙ possibile est: ⁊ ideo exponitur cura vlcerum idest exiturarum.

¶ Cum autem vlceratur tunc administrentur in primis super ipsaz emplastra stiptica cū abstersiuis: sicut cydonia ⁊ lentes decocta cum melle: ⁊ sicut aqua granati ⁊ oliue vitellus oui ⁊ crocus ⁊ granatum muzum decoctum cum pauco aceto ⁊ aqua acreste ⁊ biscoctū: deinde fiat emplastrū: aut si tolerat distillet̃ in oculuz cum amilo ⁊ similibus.

¶ Hic Aui. ponit curā rupture ꝓcedētis: ⁊ hoc nō est aliud: nisi ponere curā vlceris magis manifesti. ¶ Ad cuius intellectuz considerandum ꝙ materia postq̄ est matura ⁊ erumpit facit manifestiorem vlcerationem q̄ ante eruptionem: ⁊ ideo tunc dicitur oculus vlcerari manifestius q̄ prius: ⁊ hoc est quod dicit. Cum autem vlcerat̃. i. cuz fit vlceratio manifestioꝛ q̄ prius: ⁊ hoc est: qꝛ sanies erumpit ad extra tunc administretur ⁊c̃.

Dubm 8m ¶ Dubitat̃ vtrum in vlceribus saniosis oculi debeamus simul miscere abstergentia ⁊ stiptica. ⸿ Videt̃ ꝙ non: primo qꝛ Mesue auctoritate filij Sezar docet puluerizare solā sarcocollā nutritā. Itē Serapio tracta. z. 11. cap̃. dicit. Et si prohibeat̃ sanies ab egressiōe administremus ea que extrahūt eā: sicut myrra ⁊ mellilotū ⁊ mucilago ⁊ seminis lini: cū ergo declinat vlcus administramus qđ repleat ipsum. Ecce quō Serapio primo abstergit saniē ⁊ postea ponit alias medicinas. Amplius in aꝑatibus īterioꝝ membroꝝ ⁊ exterioꝝ cū erumpūtur: pmo abstergimus deinde ponimus stiptica: deinde īcarnatiua ⁊ sigillatiua: vt ponit Aui. pmo lib. fen. 4. ca. de cura apostematuz: igitur sic faciemus in vlceribus oculi saniosis. Amplius medicine quaꝝ in vna impedit operationē alterius non debēt misceri: vt pōt particulariter colligi p̊ cañ. fen. 4. ca. de dispositionibus medicinaꝝ soluentiū. ⁊ scđo regiminis acutoꝝ. 11. cōmento. sed medicamē stipticū ⁊ abstersiuū se impediūt. Nā stipticū tenet qđ deberet deponere abstersiuum nō igit̃ miscēde. ⸿ Oppositū vult Auic. ¶ Ad hāc dubitationē dōm ꝙ vlcera saniosa in cornea: vel non suspecta de exitu vuee: vel sunt suspecta de exitu vuee. Siqdē in eis non sit suspitio: tūc secure possumus vti abstersiuis: que saniem abstergāt absq; mistione stipticoꝝ fortiuz: sicut sit de thure: qꝛ cōplēdo maturationē abstergit: ⁊ cum distillas ponas suꝑ oculo ⁊ liga pilā de bōbyce: qꝛ videbis in ea recipi saniez. Quidā autē nostroꝝ socioꝝ cū aqua zuccharata abstergūt: ⁊ qdaz cū mellita aqua: ⁊ qdā cū aqua decoctōis fenugreci: sic̃ in p̊cedēti ca. docuit Aui. Si aūt sit suspitio de exitu vuee: tūc non possumus vti puris abstersiuis: qꝛ ex hoc timet̃ de dilatatione vlceris. Volētes ergo ad hoc securari miscem̃ ea que reprimūt oculū: ne acuatur ⁊ ne exeat vuea: ⁊ que ꝯstrigāt ⁊ veniāt partes cornee vlceratas: ⁊ talia sunt stiptice medicīe: ⁊ sic fecit Rasis. 9. Almāso. in suo sief qđ composuit in fine capituli de vlceribus oculi. c. 16. Et propter eandē cām si īdigemus abstersione qñ vuea actu iā exiuit nō vtimur solis abstersiuis sed mistis cū stipticis: ⁊ ideo Jesus Haly cap̃. suo. 65. docet applicare mellicratū cū aqua folioꝝ oliue: lz forsan ꝑ mellicratū intelligat quādā aliam medicinam q̄ sit ⁊ aqua ⁊ mel vt lr̃a exterioꝛ ponit ibi. ¶ Sz tu queres quō cognoscā qñ nō est suspitio de exitu vuee: ⁊ quādo est dubiū. ⸿ Dōm ꝙ de hoc īdicat seu indicat visus. Nā si vides vlcera parue longitudinis vel latitudinis ⁊ nō profunda ⁊ nō vides oculum acui: tunc non suspicamur exitū vuee. Sz si vides vlcera magna ⁊ vides ꝙ īcipit oculus acui: tūc suspicamur exitū vuee: ⁊ tūc cū abstergētibus medicinis miscemus stiptica sicut hic facit Aui. ⸿ Quidam aūt operatoꝛ oculista intus ponebat abstergētia. ⁊ extra. s. superapplicabat emplastra stiptica. ¶ Scđo quereret aliquis de qua istarū medicinaruz debet plus ponere. ⸿ Dōm ꝙ quādoq; de abstersiua: quandoq; de stiptica: ⁊ quādoq; equaliter ſm ꝙ intētio abstergēdi vel ꝓhibendi exitū superat: ⁊ hoc remanet in estimatiua medici. ¶ Ad ꝯ̄ria dicendum ꝙ ꝓcedunt in vijs suis. ⸿ Ad Mesue primo dicendum sicut iam apparet. ⸿ Vel dōm ꝙ illa sarcocolla est nutrita in succo rubi ex quo acquirit stipticitatem. ⸿ Ad Serapionez dōm ꝙ tūc illa pura approximant̃ quando non est timoꝛ de exitu vuee. ⸿ Ad rōnem dōm ꝙ in apostematibus mēbroꝝ interioꝝ non timemus de eo qđ timemus in vlceribus oculi: vt apparet. ⸿ Ad secūdā dicendū ꝙ medicina vna impedit operationem alterius dupliciter. Primo cū nocumēto corporis: sicut solutiua medicina īpedit operationē alterius solutiue medicine si nō bene scieris permiscere vt sic mistio nō laudat̃: vt Aui. ⁊ Gal. locis preallegatis loquūtur. Alio modo medicina vna impedit opationē alterius cū iuuamēto qꝛ refrenat effectū purū alterius medicine qui purus effectus eēt malus sicut in multis apparet: ⁊ talis mistio est bona ⁊ ita hic qꝛ pura abstersio vbi est suspitio de exitu vuee est mala. refrenamus igit̃ hoc cū stipticis. Et qꝛ ītētio Auic. finalis in hoc ca. est cura exitus vuee: iō suā mentē ad h̔ semꝑ direxit. Supra v̄o: qꝛ pure curabat vlcera: ideo cū nō fuit suspectus de exitu precepit abstergētia cū dixit. Si in vulneribus fuerit sordes: tūc cū syrupo ⁊ melle ⁊c̃. Dub

¶ Considerandū post ꝙ Aui. tria emplastra docet facere in quibus est abstersio ⁊ stipticitas. Primū est de lentibus ⁊ cydonijs coctis cū melle. Nā hoc emplastrū cū melle hz abstersionē ex cydonio ⁊ ex lēte hz stipticitatē. Modus cōponēdi est vt teras vel ꝯtundas lentes ⁊ cydonia ⁊ ponas in melle. Quātitas aūt erit ſm ꝙ tibi vr̃. Si enī vis debilē opationē stipticaꝝ: sufficēt ponere lētiū ⁊ cydonioꝝ vel vini cydonioꝝ. añ. ℥. 5. mell. ℥. iij. vel. ij. ⁊ posses colare: vt remaneret virt̃ lentiū ⁊ nō corp̃. Si āt velles fortē opationē eoꝝ pone plus de eis ⁊ totū emplastra suꝑ oculo. ⸿ Scōm emplastruz est ex aqua, i. succo granati. s. dulcis aut muzi. ⁊ oliue. i. folioꝝ oliue succo ⁊ vitello oui ⁊ croco. Hoc enim emplastrū abstergit ⁊ stipticat. Nā in omnibus speciebus granati vsq; ad acetosuz est abstersio cū stipticitate: vt Aui. z. cañ. c. de granatis. Et si vis stipticitatē manifestiorē exprime totū pomū: ⁊ succus folioꝝ oliue hz stipticitatē ⁊ exiccationē ꝯuenientes oculo. vñ. z. cañ. succus folioꝝ oliue cōfert egressioni oculoꝝ ⁊ vlceribus cornee. Debēt aūt eē folia oliue domestice: vt Serap. ponit ca. de oliuis. Et Aui. Vitellus oui lenificat ⁊ cōplet maturationē ⁊ sedat ēt dolorē. Crocus abstergit ⁊ hz aliquā stipticitatē: vt Aui. c. de croco. Et ideo crocus ⁊ vitellus oui cū oleo rosato cōmēdant̃ in ꝑcussionibus oculi: vt Aui. z. cañ. cap̃. de ouis. Et propter illū tex. ⁊ istū posset aliquis credere ꝙ. A. hic. Cū aūt vlcerat̃. ponat curā vlceratiōis facte a cā primitiua: tñ ſm veritatē hoc nō iret ad mentē suam: qꝛ in pn̊ istoꝝ vulneꝝ nō ponimus medicinas abstergētes: sed alias quas supra declarauit: ⁊ iō in pn̊ illoꝝ vulnerum nō competeret vitellus oui cū croco sz magis in ꝓcessu. Et si Aui. z. cañ. p̊cipiat in percussione. Dico ꝙ vel intelligit ꝙ nō ponitur in pn̊. Vel intelligit in ꝑcussione vbi est cōtusio ⁊ nō solutio ꝯtinuitatis manifesta: ⁊ hoc credo magis veruz. ⸿ Tertium emplastrū est de granato muzo seu dulci decocto: suꝑ. decocto ⁊ dispumato in aceto ⁊ aqua. i. succo acreste. Debet autē totū granatū coqui. s. cū granis ⁊ medullis ⁊ cortice maxime interiori ⁊ bis coqui vt bñ vniat̃: ⁊ maxime fit ne acetū remaneat non mistū sed icorporet̃ illis. Hoc aūt emplastrū qđ abstergit ⁊ stipticat est notū. Docet aūt Aui. aliqd de hoc īstillare in oculo cū amilo ⁊ similibus: vt dragagāto vel cū albumine oui: ⁊ in summa cū aliq̄ re leui: vt nō posset exasꝑare nimis: ⁊ iō dixit. si tolerat. qꝛ nō inducat dolorē fortē. ¶ Cōsiderandū vlterius ꝙ sic̃ Aui. ordinatim ponit hec emplastra: ita ordinē hñt in virtute ⁊ vsu. Primū. n. emplastrū plus abstergit ꝑꝑ mel. Sz tertiū plus stipticat. Et iō prius possumus vti primo emplastro: postea scđo: vltimo tertio.

¶ Cū aūt sit ruptura curetur cum cura rupture.

¶ Hic Auic. ponit curā rupture quando iā exit vuea. Et primo premittit in generali curā. Scđo in spāli exequit̃. ibi. (Formicalis.)

¶ Dicit primo ꝙ cū ruptura fit. i. est: curetur cura rupture.

¶ Cōsiderādū ꝙ Aui. vtitur fit pro est nō solū hic sed alibi. vñ primo cañ. fen. z. ca. de signis apostematū. dicit. cūq; illud qđ collectū ē fit matuꝝ vt cōiter oēs ibi exponūt. Poterat āt vti h̔ mō loquēdi Aui. qꝛ volebat statiz loqui de ruptura formicali que est qōdā

fieri ⁊

fieri ⁊ quoddā p̄n^m respectu aliarum rupturaꝝ. ¶ Considerandū etiam ꝙ Aui. signanter dicit ꝙ facta ruptura vnde exit vuea curetur cura rupture. s. que est cū exit: vt velit ꝙ tota intentio dirigat ad illā: vnde si esset sordes in ruptura nō possemus vacare ad abstergendū: sed maxime ad ꝓhibendū exitum ⁊ ad reprimendū qđ iam exiuit si est possibile ⁊ ad consolidandum.

¶ Formicalis vō curetur cum ꝓhibitiuis stipticis.

¶ Hic ponit curā exitus formicalis. Scđo ponit qd fiēdū ī clauali. ibi (Illi vo.) Prima in duas. Primo ponit curā per medicinas. Scđo per ligaturā. ibi (Et scias.) Prima in duas. Primo ostēdit cuius virtutis debēt esse medicamina que approximantur. Scđo enumerat ea. ibi (Et cum vaporatiōbus.) ¶ Dicit primo ꝙ ruptura cornee cum qua est exitus formicalis debet curari cum medicinis quarum virtus sit prohibere illū exituꝫ ⁊ repellere intus quātum est possibile: sicut sunt medicine stiptice.

Dub^m 9^m ¶ Dubitat̄ hic: quare Aui. nō posuit curā aliarum specieꝝ duaꝝ exitus vuee. Dōm ꝙ loquēdo de cura exitus formicalis dedit ītelligi de scđa specie. s. de vuea: qꝛ ipsa curat̄ cū prohibitiuis stipticis: tñ difficilius ꝙ̄ formicalis: loquēdo ēt de īpossibilitate cure clauualis ītelligit ēt de īpossibilitate cure q̄rte speciei q̄ dr̄ orbicularis. ¶ Cōsiderādū ꝙ Aui. notāter dicit: cū ꝓhibitiuis stipticis: nā medicīe q̄ ꝓhibēt exitū vuee ⁊ īpellūt ītus qđ de eo exiuit possent eligi duoꝝ modoꝝ. Quedā q̄ facerēt h̄ frigiditate sine stipticitate manifesta: sicut est succus solatri ⁊ succus sempuiue. ⁊ medicīe q̄dam cū opio: sicut est sief albū cū opio. quedā que faciūt hoc cū stipticitate manifesta sicut galle ⁊ rose sicce terra sigillata ⁊ hmōi. Exit⁹ aūt vuee nō cū q̄buscūq̄ ꝓhibitiuis curamus: qꝛ nō cū p̄mis sed secūdis. s. faciētib⁹ h̄ cū stipticitate. Et cā est. Prīo qꝛ stiptica fortissime ↄstrīgēdo īpellūt vueā que exiuit ⁊ ꝓhibet vlceris dilatationē. Scđo qꝛ ꝑ siccitatē quā h̄nt ↄsolidant cornee vlcerationeꝫ ⁊ reducunt partes distantes: ⁊ ideo dixit Aui. cum prohibitiuis stipticis. i. que prohibent ⁊ impellunt cum stipticitate.

¶ Et cū vaporationibus cū aceto ⁊ aqua ⁊ vino pōtico: aut cum aqua in qua bulliuit rosa ⁊ fiat alcofol.

¶ Hic enumerat has medicinas stipticas que habēt virtutē stipticā ꝓhibitiuā. Et p̄mo enumerat medicinas simplices: lꝫ aliquā nominet cōpositam. Scđo enumerat medicinas cōpositas. ibi (Et ex colyrijs.) ¶ Ad prime ꝑtis ītellectū ↄsiderandū ꝙ oēs iste medicine h̄nt virtutē cōstrictiuā ⁊ ꝓhibitiuā exitus vuee. Et p̄mo vapor aceti aque ⁊ vini pōtici. s. simul mista: lꝫ enim solus aceti vapor cōstringat: tñ aqua remouet sui mordicationē: ⁊ vinū ponticū vigorat ↄstrictionē. Fit aūt talis euaporatio cū lapide molari ignito. videt̄ enim ꝙ ex hoc acq̄rat aliquā vim ↄstringēdi. vñ scđo cañ. ca. de lapide molari dicit. vapor aceti ab eo ꝓhibet fluxū sanguis ⁊c̄. Secūdū medicamen est aqua decoctiōis rose. s. sicce: qm̄ sunt magis stiptice. Tertiū medicamē ē alcofol. i. puluis subtilissimus vel colyriū ex colyrijs stipticis. s. que statim dicent̄. Quartuꝫ medicamē est succus folioꝝ oliue: qꝛ habēt stipticitatē: ⁊ succus virge pastoris. s. simul cū eo: vel per se: qꝛ ēt est prohibitiuus: ⁊ stipticitatē h̄ꝫ. Aliud est spica inda: qꝛ illa est plus stiptica: vt Aui. z. cañ. Rosa ⁊ plumbū vstum ⁊ alia que ponunt̄ ꝙ habeāt stipticitatē prohibitiuam est notū. Chimolea vtimur pro ea fece inuēta sub rota acuentis gladios que conficitur ex ferro ⁊ ipso lapide rote: ⁊ quanuis nō sit vera chimolea: tamen pro ea videtur posse poni: vt dicit Simon ianuensis cap̄. de chimolea.

¶ Et ex colyrijs stipticis ⁊ ex medicinis quidē iuuatiuis in ipsa sunt succus folioꝝ oliue ⁊ succus virge pastoris. Et ex medicinis singularibus stipticis sunt spica ⁊ rosa ⁊ plumbum adustuꝫ ⁊ chimolea ⁊ terra sigillata ⁊ cerusa: ⁊ ex alcofol gallaruꝫ partes due deinde anthimonij ꝑtes. x. Et ex colyrijs colyriū hamyr ⁊ hādimur ⁊ bedutium de iseles ⁊ colyrium arabicum. Et ex eis que sunt fortia ē colyriū berdene triseles. Et cū ex eo distillat̄ aliq̄d liget̄ frons ⁊ dormiat resupinus.

¶ Hic Auic. enumerat medicinas compositas. Et primo quasdam enumerat. Scđo quarūdā ponit descriptionē. ibi (Colyriuꝫ forte.) ¶ Considerandū circa primā partē ꝙ alcofol qđ docet Aui. est ex duab⁹ ꝑtibus gallaꝝ: ⁊ ex decē partibus anthimonij: ita ꝙ anthimonium sup̄at. Et cā est qꝛ mirabilē vr̄ habere ꝓprietatem in hoc anthimoniū: ⁊ iō tā arabice ꝙ̄ grece dr̄ medicīa ocularis: vt sumit̄ a Simone ianuēsi ca. de anthimonio. ⁊ iō quidam cum solo anthimonio colyrizato curant exitum vuee formicalis. ¶ Cōsiderandū secundo ꝙ in. 5. cañ. tu nō īuenies colyria sub hoc noīe nec aliquā simplicē medicinā sic noīatā in. z. cañ. nec ab alijs auctorib⁹ q̄ sunt apud me. Ista ḡ noīa sunt forsan noīa cōponentiū vel locoꝝ: q̄dq̄d tñ sit illa colyria q̄ cōpetūt sunt stiptica repssiua ↄstrictiua ⁊ exiccatiua: ⁊ ꝙ̄uis sub isto noīe quo hic ponunt̄ non repiant̄ in. 5. cañ. tñ ibi multa colyria ponunt̄ que sunt vtilia in exitu vuee: sic̄ est colyriū qđ ibidē dr̄ rabiosuꝫ. Et colyriū Gal'. ibidē. Et colyriuꝫ fatais ibidē. Et colyriū qđ noīat̄ esciuū. Et colyriū qđ dicit̄ stella. Et colyriū iuuamēti. Et colyriū pomale. Et multa alia colyria q̄ ponuntur ab Haly. 10. sermone sue prac. c. de colyrijs. c. z3. Hodie tñ cōiter operātes vtunt̄ sief de plūbo descriptiōe quā ponit Mesue. ca. de vlceribus oculoꝝ. qđ ē. ℞. plūbi vsti anthimonij thutie ablute calcucecaumenō. i. eris vsti supple ⁊ loti: gūmi arabici draganti. añ. ʒ. ij. opij. ʒ. 5. fiat sief cū aqua pluuiali. Et ponit idē Ras. 9. Almanso. eodē ca. 16. Rasis vō. z. ↄtinētis. ca. z. dicit ꝙ si superuenit eminentia: curet̄ cū anthimonio lapide emathitē ⁊ cerusa: ⁊ assiduet̄ ligatio cū plumaceolis. Et q̄dā sunt q̄ solū sic curāt. ¶ Cōsiderandū vlterius ꝙ in q̄busdā synonymis īueni ꝙ hamyr est lutū. Colyrium igit̄ hamyr ē colyriū in q̊ ītrat lutū aliqđ: ⁊ tale est colyriū qđ dr̄ esciuū: ⁊ colyriū qđ dr̄ stella: vbi recipit̄ bolisemos. i. lutū samiū. i. terra sigillata. Uel ēt posset poni ꝓ bolo armeno. Quid āt sit colyriū handimur bedutiū de iseles colyrium arabicū ⁊c̄. nō inuenio. ¶ Cōsiderādū ēt ꝙ in appōne hoꝝ colyrioꝝ docet ligari frōtem. s. cū oculis: vt medicamē retineat̄ ⁊ premat̄ exitus vuee. Et dormire resuppine ꝑꝑ eādē cām: ⁊ vt vuea reuertat̄ ad ꝑtē īteriorem.

¶ Colyriuꝫ forte ad illud cinis fusorū in quo purgatur es ⁊ crocus ⁊ amilum ⁊ dragagantum conficiantur cū albumine oui galline nati ea die: ⁊ quandoq̄ꝫ ponitur in ea lapis iament.

¶ Ponit curā antique ⁊ pro. i. chronice. ⁊ q̄r cura est difficilis ideo mag̃ subtiliauit se. ¶ Hec aūt cura se vertit p̄mo ad diuersionē mãe cū dicit: crura vētoseẗ: ⁊ fuit necessariū q̄r multa malitia facta in palpebris facit eas receptiuas multū malarū mãerū: ⁊ ideo ad longinqua opꝫ diuertere vt ad crura ēt: q̄r mã ista sillac antiq̄ est de mã mel'ica. Hec aūt mãerū diuersio fit apte ad inferiora: ⁊ iō ponenẗ ventose circa p̄tes domesticas cruriū: ⁊ h̄ cū scarificatione. Vñ Azara. ca. de alsillac. Curatio veteris est cū scarificatione timporꝝ ⁊ cruriū. ¶ Scd̄o vertit se ad illius eūonē cū dic̄. Flobothomemus siue flōmenẗ vene frontis. Et intellige φ si expedit fiat flōmia ō brachio ⁊ deẗ pharmacia. ¶ Tertio vertit se ad remouēdū aridā mãm ⁊ durā: ⁊ h̄ fit cū balneo calide aque assiduato. ¶ Quarto vertit se ad fortē ↄstrictionē viarū palpebre ne recipiāt s̄m intētionē Aza. ⁊ simul cū h̄ ad exiccationē mãerum que sunt in ea ⁊ dissolutionē ēt earꝝ ⁊ hec fiunt cū medicamīe facto ex ere vsto in quo est fortis exiccatio ⁊ stipticitas. in draganto est lenificatio ⁊ remissio acuitatis ⁊ posset exponi dragāti. i. vitrioli: q̄r stipticum ⁊ exiccatiuum. Alia patent.

Dubium ¶ Dubitaẗ: vtrꝫ in sillac cōpetat flōmia. ¶ Et videtur φ nō ex Jesu haly trac. 2. 16. ca. vbi dicit. ꝓhibe habentē istā egritudinē ab extractione sanguis. ¶ In ↄ̄riū est Aui. ⁊ Azarauius dicēs. cura veteris est cū flōmia. ¶ Dōm φ ego inuenio auctores ↄcordare de flobothomia fienda in sillac antiqua: vt Aui. hic ⁊ Azarauius in cap̄. de sillac. ⁊ ipse Jesus dicit. Si elongata fuerit ipsa egritudo flobothomia in lachrymalib⁹. In noua aūt nō p̄cipiunt eā: ⁊ rō hui⁹ pōt esse: q̄r in noua cū fiat ex mã subtili forsan est timēdū de maiori furia subtilis humoris. Si aūt talis humor esset cū abūdātia sanguinis oporteret flōmare. In antiq̄ aūt obthalmia: q̄r est facta corruptio ⁊ infectio sanguinis circa partes oculi ꝓpter multū tempus quo' mã mala stetit: vnde etiā facit oculū semꝑ aptū ad recipiēdū: ideo cōpetit flōmia cōis vel particularis s̄m φ videẗ medico. Et ꝓpter hanc cām in multis passionib⁹ oculorꝝ antiquis ⁊ etiā capitis q̄uis mã nō videaẗ multū sanguinea īueniẗ vtilitas in flōmia. Si tñ sillac esset de mã distanti a sanguine nec esset alicubi in sanguine corruptio nō cōpeteret flōmia. Et sic cessant ↄ̄ria.

¶ In ea autē que fit successione obthalmie est expertum colyrium s̄m hunc modum draganti atrimenti ⁊ croci ⁊ spice: oium añ. pars. j. Sumanẗ de sedenigi. x. partes: fiant colyria ⁊ fricenẗ ex eis palpebre.

¶ Hic ponit curā eius que fit successione obthalmie. ¶ Cōsiderādum φ si post obthalmiā remanet sillac imaginādū est φ in palpebra fit defect⁹ ⁊ corruptio mãerū vnde apta est suscipe: ⁊ q̄r p̄supponiẗ φ ꝑꝑ curā obthalmie iā sint facte eūones: iō solū restat venire ad localē medicinā in qua fit virt⁹ stiptica exiccatiua ⁊ resolutiua vt iam apparet: ⁊ ideo laudat colyrium hic positum q̄d dicit esse expertum: ⁊ ↄfert etiā in sillac veniente per se absq̄ obthalmia: sedenigi. i. lapis emathitis.

¶ De gesse palpebrarum. Cap̄. 5m.

Est vt accidat palpebris difficultas mot⁹ ad claudendū cum sunt aperte ⁊ ad aperiendū cū sunt clause cū dolore ⁊ rubedine sine humiditate s̄m plurimū. Et ↄsequiẗ eas plurimū vt non obediant ad aperiendum cum exiccatione apud somnū. Et plurimū quidem ipsius non est sine frustis lippitudinis separatis dure sicce: ⁊ neq̄ est cū ea cursus nisi per accidens.

¶ Superius Aui. determinauit de passione palpebrarū que diciẗ sillac: hic determiat de alia que diciẗ gesse. Et p̄mo notū facit hāc egritudinē. Scd̄o pōit curā. ibi (Opꝫ vt assiduet.) ¶ P̄ria in duas. P̄rio notificat eā per sui accidētia. Scd̄o ponēdo cām dicti īnuit modos esse huius egritudinis. ibi (Qm̄ est.) ¶ Circa p̄mā partem Aui. notificat hāc passionē per sex accidētia. ¶ Primū est ī actiōe motiua. nā difficulter aperiunẗ palpebre cū sunt clause ⁊ ecōtra: ⁊ cā in hoc pōt esse duplex. Vna diuersitas nocumēti ex parte diuersorꝝ musculorꝝ claudentiū vel aperiētiū palpebrā. Scd̄a cā est induratio palpebrarꝝ ꝓpter siccitatē vnde remanēt in eo situ quo ponunẗ ⁊ difficulter alio mō situari pñt. hic enī est de effectib⁹ siccitatis. ¶ Scd̄m accidēs est in actione sensitiua cum dolore. Hoc aūt accidēs fit q̄ñq̄: vt Aui. ponet: vt cū mala cōplexio diuersa et ꝓprie calida que qm̄ ↄiungiẗ inducit dolorē vt ipsa mã sicca grossa soluēs aliquo mō ↄtinuū. ¶ Tertiū accidēs est in q̄litate mutata ⁊ est rubedo cū dicit. ⁊ rubedine: ⁊ h̄ ēt accidēs fit q̄ñq̄ vt cum est ibi dolor vel calor attrahētia mãm calidā subtilem que aptior est ad motū ⁊ cū hoc rubificāt. ¶ Quartum accidēs est in exeunte mutato: q̄r talis dispō est s̄m plurimū sine humiditate. s. fluere ab oculis: ⁊ hoc ideo q̄r hec egritudo est a siccitate cōplexionali vel a mã grossa sicca que nō reddunt oculū lachrymosum neq̄ emittentem humiditatē aliā. Dixit aūt s̄m plurimū q̄d dupl'r pōt exponi. Primo s̄m plurimū. i. nō est plurima humiditas: lꝫ possit esse pauca: vt diceẗ. Vel s̄m plurimū. i. vtplurimū: q̄r q̄ñq̄ est cū hac passione humiditas. i. aliq̄ lippitudo: vt Aui. ponet. ¶ Quintū accidēs est vt cū homo excitaẗ a somno nō pōt aperire palpebras: ⁊ h̄ est q̄d dicit. ↄsequiẗ eas plurimū. s. palpebras plurimū. i. maxime q̄r maxime fit h̄ post somnū. ¶ Sextū accidēs est apparitio aliquorꝝ frustorꝝ lippitudinis dure sicce ⁊ sunt frusta separata nō φ sit cū hac passione cursus humiditatū ab oculo nisi ꝓpter accidens: vt ꝓpter dolorē facientē lachrymare: aut ꝓpter appositionē medicinarū dissolutiuarꝝ ꝓuocantiū lachrymas que dicunẗ in hoc cap̄. Illa aūt lippitudo appꝫ: aut ꝓpter expulsionē alicui⁹ partꝭ illius mãe sicce: vel ꝓpter defectū palpebrarū in digerēdo ꝓpriū nutrimentū. Hec est enī vna cā lippitudinis: vt Gal'. in cōmē. p̄mi ꝓnosticorꝝ cōmē. 13. ⁊ Auic̄. 4° cañ. fen. 2. cap̄. de signis factis in oculo. hmōi lippitudo generaẗ ꝑꝑ defectū virtutis oculi in nocte in maturando vel digerēdo mãm. Sunt aūt frusta lippitudinis separata ꝓpter ariditatē ꝓhibentē ↄtinuationē. Dixit aūt plurimum: q̄r pōt vtraq̄ istarū cārū lippitudinis nō esse quandoq̄.

¶ Dubitaẗ: vtrꝫ h̄nti gesse sit difficili⁹ ap̄ire palpebras post somnū. Dub. 2m ¶ Videẗ φ nō: q̄r somnus retinēdo euaporationē humectat: sꝫ vigilia cū resoluat exiccat: vñ somn⁹ q̄eti vehemēter similis existit: vt Aui. lib. 1. fen. 2. ca. de his que ꝓueniūt ex somno. cū igiẗ humectatio habilitet motū palpebrarꝝ in gesse: igiẗ post somnū melius aperienẗ. ¶ In ↄ̄riū est Aui. hic ⁊ Rasis 2° ↄti. c. 1. aucto. Joānity. ¶ Dōm vt appꝫ ad sensum φ in gesse post somnū difficilius aperiunẗ oculi q̄ in vigilia q̄uis mã nō sit multū sup̄flua. Rō est duplex. Vna q̄r in somno palpebre mouenẗ ⁊ situanẗ īferius: in vigilia aūt nō tātū: ⁊ ideo difficilius est post somnū subleuare palpebras q̄ in vigilia. Et q̄r ista cā nō placet: ideo est alia. nā in somno sanguis ⁊ calor nālis ad interiora retrahiẗ. vñ Aui. 3. de aīalibus. vlti. ca. qñ dormit hō sanguis ↄuertiẗ ad īteriora: ⁊ sig̃natio super hoc est: q̄r hoīe dormiēte si scindaẗ ei⁹ cutꝭ nō exibit sanguis sicut in vigilāte. ⁊ est sermo Aristo. 3° de hystorijs aīaliū. ca. de sanguie retracto. igiẗ īterius sanguine exteriora: ⁊ ꝓprie frigide p̄ticule ⁊ sicce sicut sunt palpebre ꝓuatione sanguis exiccanẗ: ⁊ q̄dāmō infrigidanẗ ⁊ fit quasi q̄dā ↄgelatio: ⁊ hoc ꝓprie accidit cū particule sunt infirme: ⁊ ideo nō sunt apte ad motū: imo īpediunẗ quousq̄

sanguis ⁊ calor exterius refluat: ⁊ idͦ q̄si ex nãe instinctu tales homines fricãt oculũ post somnũ. hãc cãm inuit Jesus Haly tra. 2. ca. 18. de gesse. dicēs. signũ gesse est difficultas motionis palpebre in exiccatiōe a somno. q. d. in somno suggit humiditas v̄sus intus ⁊ remouet ab exteriorib⁹. Et ex hoc appet solutio cuiusdã pblematis. quare qdã patiētes in iūcturis ⁊ neruis surgētes a somno nō pñt mouere mēbra nisi prius fricēt ea. cã ei⁹ iam appet: lȝ alia posset dari. ¶ Ad rōnē dōm ꝙ humectatio a somno in talib⁹ corporib⁹ est accidētalis: sed exiccatio est ppter pnationem humidi naturalis. ⁊ aliter posset solui: sed fieret sermo plixus.

¶ Quoniã est ex siccitate aut humore viscoso declinãte ad siccitatē valde: sed qñqȝ est dolor ⁊ rubedo.

¶ Assignãdo cãm accidētis ponit cãs hui⁹ passionis. Et pmo facit hoc. Scdͦ ponit spãle nomē cuidã ex specieb⁹ gesse. ibi (Jlla vͦ.) Tertio cōplet sermonē in causis. ibi (Et multotiēs.) ¶ Circa pmã partē ↄsiderãdũ ꝙ Aui. pbat q̄re cũ gesse nō est cursus humiditatũ. s. nec lachrymarũ nec lippitudinis multe humide dicens ꝙ est qm̄ est ⁊c̄. Ex hoc ēt ipse ponit cãs gesse: q2 est duplex. s. siccitas vl' humor viscosus qui est grossus cũ viscositate: ⁊ sic per grossitiem est terreus grossus ⁊ siccus: q2 nō est lubricus: q2 tamē dolor rubificans ⁊ terreus pōt facere fluxum lachrymaruȝ: ⁊ hic dolor qñqȝ gesse ↄiungit: ideo cũ gesse qñqȝ est cursus per accidens: ⁊ hoc est qδ dicit. Sed qñqȝ est dolor ⁊ rubedo.

¶ Jlla vͦ que fit a fricatione sine materia fluente ad ipsam nominatur siccitas oculi.

¶ Circa scdãȝ partē ↄsidera ꝙ duplex lr̃a reperit ibi. Una q̄ dicit. illa vͦ que a fricatione. i. a siccitate pura sine mã ⁊c̄. Alia lr̃a dicit. a siccitate. ⁊ posset exponi a fricatione. s. ↄiũctiue: q2 siccitas ↄiunctiue aliqñ cōicat palpebris ⁊ facit gesse ⁊ illa erit exiccatio in palpebris: ⁊ hec expō ↄsonat lr̃e Jesus palle. c. cũ dicit. Aliqñ accidit ista egritudo. i. siccitas ↄiunctiue. ⁊ qñ accidit ↄiũctiue fortasse hȝ participationē cũ palpebra. ⁊ idͦ subdit. A. ⁊ noĩat siccitas oculi. i. noĩat siccitas ab oculo veniēs ad palpebras: lȝ pncipal'r sit in oculo fricãte sua siccitate palpebras: ⁊ talis oculi siccitas etiaȝ vocat gesse ↄiũctiue de q̄ Jesus fecit capl'm cũ loqt de morbis ↄiũctiue: ⁊ idͦ hȝ gesse duo capl'a apud Jesum que Aui. simul cōprehēdit.

¶ Et multotiēs est illic cōplexio calida ⁊ materia plurima grossa indigens euacuatione.

¶ Circa tertiã partē ↄsidera ꝙ ex hac pticula cũ pmo cōplet diuisio cãrũ gesse: q2 cã ei⁹ est siccitas vel sola vel cũ mala cōplexione calida: cã eius ēt est siccitas cũ humore grosso multo egēte euõne vel pauco. ⁊ posset ītelligi ꝙ Aui. velit ꝙ cũ gesse qñqȝ est mala cōplexio calida simul cũ humore grosso indigēte euõne. iste aũt humor grossus pōt esse multoꝝ modoꝝ: vt pȝ. Et ↄsidera ꝙ Aui. p h̄ qδ dicit. multotiēs est illic mala cōpl'o cal'a. īnuit hãc diuisionē ꝙ mala cōpl'o cal'a qñqȝ ↄiũgit illi ⁊ qñqȝ nō. ⁊ si ↄiũgit qñqȝ ē cũ mã vt chol'a subtilis aliq̄. ⁊ qñqȝ nō. ⁊ hmōi ipse reminiscit in cura.

Dub^m 2^m ¶ Dubitat: vtrum cause gesse sint bene assignate. ¶ Uidet ꝙ nō: q2 Halyab. 9. theo. ca. 13. de passionibus palpebrarũ. loquens de grauitate motus palpebre dicit. Grauitas palpebre ex vētositate fit grossa. ⁊ ista grauitas videt ex smone suo esse illa quã Aui. vocat gesse. Amplius alie cãe sunt qbus palpebre difficulter mouent vt mollificatio siue paralysis ⁊ virtutis defect⁹. ¶ Jn ↄ̄riũ est Auicē. ¶ Dōm dupl'r. Primo ꝙ lȝ difficultas motus palpebrarum possit fieri a multis causis: tamē antiquoꝝ ↄsueta appellatiōe gesse dicitur difficultas motus ppter siccitatē ⁊ sm ꝙ antiqui hec nomina posuerunt ita vtimur. vnde Gal'. in libro de quatuor tēporibus morbi particularibus. lex cōmunis est oĩbus grecis ꝙ noĩbus rerum quecũqȝ habemus posita ab antiquis vtimur. ¶ Scdͦ dōm ꝙ gesse nō est quecũqȝ difficultas mot⁹ palpebre: sed determinata ad hoc ꝙ si palpebra superius situet duriter mouet deorsuȝ: ⁊ si inferius situet duriter mouet sursum. Hoc aũt fit a siccitate pprie ⁊ nō ab humido paralyticãte vel a casu virtutis: q2 humiduȝ paralyticãs facit cadere palpebrã: sed casus virtutꝫ nō sinit eam perfecte claudi: ⁊ qñqȝ ex toto claudit ppter virtutis casum cum īpossibilitate apertionis. Ex qbus cessant ↄ̄ria scdͦ inducta. ¶ Ad Halyab. dōm ꝙ per grauitatē palpebrarũ intelligit aliã passionē de qua Aui. facit mentionē. Uel dōm ꝙ illa vētositas intelligitur esse cōiuncta humori grosso viscoso sicco.

¶ De cura. Cap. 6^m.

portet vt assiduet vaporationeȝ oculi cum spōgia ĩfusa in aq̄ tepida ⁊ assidue vtat balneo cũ aq̄ dulci eq̄li ⁊ ponat sup oculũ apud somnũ albumē oui cōquassatũ cũ oleo rosa. Et assidue faciat sudare caput cuȝ hũectatiuis ⁊ oleis ⁊ embrocis ⁊ caputpurgijs humectantibus cum oleo violato ⁊ nenufarino ⁊ reliquis.

¶ Hic ponit curã. Et pͦ ei⁹ que fit a siccitate sine mã. Scdͦ ei⁹ q̄ fit cũ mã. ibi (Et si signãuerit.) ¶ Circa pmã ptē ↄsidera ꝙ tota itentio Aui. est ad humectãdũ palpebras ⁊ ptes capitꝫ: ⁊ h̄ fit cũ vaporatione ex aq̄ tepida ⁊ balneo dulcis ⁊ eq̄lis aque: nō. n. dȝ eē calida multũ q2 resoluēdo exiccaret. Albumen oui ⁊ alia que ponit ēt idē faciũt. Et ↄuenit mag' oleũ nenufarinũ ⁊ violatũ si ibi ↄiungat mala cōplexio calida ⁊ ex h̄ dolor ⁊ rubedo. Assidue sudare faciat i. stet ita humidũ cũ istis sicut si sudaret. non. n. vult ꝙ puocet sudor: q2 exiccaret. Reliqs vt amigdalino cucurbitino ⁊c̄.

¶ Et si significauerint dispōnes ꝙ cuȝ siccitate sit mã cholerica solues cũ volubili: qm̄ in ipsa est pprietas.

¶ Ponit curã qñ est ibi mã grossa ⁊ subtilis cholerica. Et duo fac. Prĩo qñ est subtilis. Scdͦ qñ est grossa. ibi (Et si estimat.) ¶ Cōsidera circa pmã partē ꝙ mã ista chol'ica dȝ ītelligi subtilis respectu mãeꝝ grossaꝝ de qb⁹ dicet q̄ exiccat ⁊ īducit malã cōpl'onē calidã q̄ qñqȝ ↄiũgit gesse: vt dixit. A. Et q2 chol'a ista subtilis est: sufficit in euõne ei⁹ volubilis: ⁊ est illa spēs de q̄ dicit Auic. 2° cañ. ꝙ euacuat cholerã adustã que nobis nō est in vsu: ⁊ forsan intelligit per volubilē illã herbã que vocat lebleb de qua dicit Simon Januēsis ꝙ est facilis sol'onis: ita ꝙ dat in febre acuta ⁊ est spēs lacticinij nō nascēs ĩ locis cultꝫ ⁊ vbiqȝ. nos tñ purgarem⁹ cũ pill'is vl' hierę notꝫ vl' myrabolanis citrinis vl' reubarbaro sȝ ꝙ videret.

¶ Et si existimat ꝙ illic sit mã grossa exiccata indigēs resol'one resoluat cũ mucilagine fenugreci ⁊ mucilagine semis lini acceptꝫ cũ lacte. Jste. n. ãbe qñ ponunt sup oculũ auferũt algesse ⁊ euãnt humorē. Et ex eis q̄ ad eã expta sũt sunt adeps galline ⁊ mucilago seĩs lini ⁊ cera ⁊ oleũ ro. ponat illδ desup semp: ⁊ in palpebris admistret qδ attrahit lachrymas sic̄ colyriũ arasistratis. Plurimũ. n. ↄfert in mãli chronica admistratio alcohol puocãtiũ lachrymas. Jpsa enĩ resoluunt mãm grossaȝ ⁊ faciũt eã currere: ⁊ attrahũt ex hũorib⁹ subtilib⁹ illud qδ lenit eã ⁊ resoluũt ipm sua resol'one.

¶ Circa vltimã ptē ↄsiderãdũ ꝙ in cura gesse cui⁹ mã ē grossa exiccata in pticula. ītētio est triũ reꝝ pter ītētionē cōeȝ euõnis mãe si expedit. ¶ Prĩa qdē ē mãe remollitio. ¶ Scdã est ei⁹ resol'o. Has duas ītētiōes Aui. pficit cũ mucilaginib⁹ scriptꝫ acceptꝫ cuȝ lacte: q2 cũ lacte misceant: vl' q2 semĩa ĩfundant in lacte capno vl' alio: ⁊ cũ illo suggat mucilago. in h̄. n. medicamine ē hũectatio mollificatio ⁊ resol'o. ⁊ idͦ dic̄ iste ãbe. s. mucilagines: vel ãbe. s. mucilagines ⁊ lac ⁊c̄. Perficit ēt Aui. has ītētiones cũ alio medicamine de adipe ⁊c̄. Tertia ītētio ē mãei dissolutio ⁊ euõ p ptē in lachrymas ↄuertēdo mãm: ⁊ h̄ fit cũ colyrio arasistratꝫ qδ est 2^m colyriũ positũ 5° cañ. sũma 2^a trac. 2. ⁊ tãdē Aui. cũ dic̄. plerũqȝ. pbat ꝙ alcohol vel colyriũ vel aliud medicamē puocãs lachrymas ↄferat in cura gesse de mã grossa. ⁊ pbat ex q̄tuor. Prĩo q2 ipsa alcohol lachrymas puocãtia resoluũt. i. dissoluũt mãm grossaȝ: ⁊ ista sunt puocãtia lachrymas subtilia calida sicut piper myrra ⁊ hmōi. Secũdo q2 dissoluēdo faciũt fluē has medicias: vnde dicit faciũt currere. Tertio q2 ppter calorē ⁊ dolorē quē hmōi colyria inducunt sicut colyriũ arasistratis trahunt humiditates quedã subtiles ad partes palpebrarũ. tales aũt humiditates lenificãt ⁊ molliũt eã. s. mãm grossaȝ. Quarto q2 sui calore resoluũt ipaȝ. s. mãȝ: vel ipaȝ. s. gesse. i. ppter pdictas opōnes puocãtium lachrymas curat gesse. ista sunt general'r declarata supra tractatu pmo quarto capl'o.

¶ De grossitudine palpebrarũ. Cap. 7^m.

Egritudo est sequēs scabiē: ⁊ qñqȝ faciũt ipaȝ possidere linimēta frida sup oculũ ei⁹: ⁊ cura est alcohol factũ ex lapide lazuli ⁊ lapide armeno: ⁊ ex nucleis dactyloꝝ adustis ⁊ spicis duab⁹: ⁊ administratio balnei assidua ⁊ alienatio vini: qñqȝ vͦ fricat plurimũ cũ radio ⁊ colyrio rubeo leni: sed fricatio cũ zucchara qñqȝ excitat ⁊ attrahit.

¶ Superius Aui. determinauit de gesse: hic determinat de grossitie palpebrarũ. Et pmo ponit cãs eius relinquens nota signa. Secundo ponit curã. ibi (Et eius cura est alcohol.)

Dub^m p^m ¶ Dubitat᷑ vtꝝ grossitudo sit dispō sequēs scabiē. ¶ Videt᷑ ꝙ nō: qꝛ ei⁹ mā nullo mō ꝯuenit cū mā scabiei. Nā eius mā est frida ⁊ humida: vt ponit Jesus trac. z. 19. cap̄. vbi pones dr̄iam inter gesse ⁊ grossitiē dicit. cā eius. s. grossitiei est mā frida ⁊ humida. Amplius videt᷑ cōcedē ꝙ cā grossitiei sit mā vaporosa. bene ante h̄ dicit. cā eius. s. grossitiei sunt vapores grossi ⁊ frequētatio cene. Jste autē cāe nō ꝯcordāt cū causis scabiei quas Aui. ifra ponet cuꝫ dicit. cā scabiei est mā salsa nitrosa. ¶ Jn ꝯriū est Aui. ¶ Ad hui⁹ ītellectū ꝯsiderādū ꝙ grossities palpebrarū ſm ꝙ nomē sigñat est qdā egritudo in qua palpebre sunt grossiores ꝗ̄ debeāt: ⁊ in hoc ꝯuenit cū multis passionibus vt sillac inflatione ordeolo grandine ⁊ scabie. Tñ ſm ꝙ pōt sumi ex remedijs positis ab Aui. iungēdo ſmonem ei⁹ cū dictis Rasis z° ꝯtinē. v̄sus finē: ⁊ cū dictis Azarauij cap̄. de oppil'one palpebraꝝ. ista egritudo quā Aui. noīauit grossitiē ānectit sibi cām palpebrarū: ⁊ in h̄ differt ab ordeolo ⁊ inflatione ⁊ a multis. ēt mā hmōi grossitiei dꝫ intelligi ꝙ sit quieta nō pruritiua vel corrosiua: ⁊ in hoc differt a sillac ⁊ scabie. ēt dꝫ ītelligi ꝙ ps īterior palpebre nō sit īfecta: ⁊ in h̄ ēt differt a scabie. Est igit᷑ grossities palpebre dispō in q̄ palpebra appꝫet grossior ꝗ̄ debeat cū casu piloꝝ absq̄ pruritu. ¶ Hec aūt egritudo pōt ꝓuenire trib⁹ modis. Primo per reliquiā a scabie derelictā vel ēt a sillac: ⁊ hoc qñ mā iam est diminuta: ⁊ cessauit ardor ⁊ prurit⁹: ⁊ remissa est eminētia pustulosa: ita ꝙ pustule nō sūt: sꝫ solū remāsit aliq̄ mā grossa īgrossans: ⁊ remāsit pēnularuꝫ. i. piloꝝ casus: ⁊ ista egritudo dr̄ sequēs scabiē: qꝛ est aliqd derelictū a scabie vel a sillac. Et qꝛ iste passiones multū ꝯueniūt: iō qdā auctores nō distinguūt eoꝝ capl'a sꝫ īcludūt capl'm de grossitie in. c. de scabie ⁊ in. c. de sillac: ⁊ qdā in ca. de casu piloꝝ. ¶ Scd̄o pōt ꝓuenire ex linimētis fact̄ sup oculū: vt vsu colyrij albi opiati. ⁊ cā est ista: qꝛ medicamina multū frigida īgrossant ⁊ detinēt mām in palpebra ⁊ claudūt viā vapoꝝ q sunt mā piloꝝ palpebraꝝ. Et hos duos modos Aui. tangit in lr̄a ⁊ eoꝝ ponit curā cū dicit. cura ei⁹. ¶ Jntētio aūt in cura ei⁹ est maxime cū medicis localib⁹: qꝛ euōnes p̄supponunt᷑ eē facte in morbis p̄cedētib⁹ hāc grossitiē. Jntētio aūt in eis est mollificatio ⁊ diuisio grosse māe: ⁊ h̄ fit administratione assidua balnei ⁊ vaporis siue vaporationis ēt cū aq̄ tepida: ⁊ credo ꝙ dꝫ p̄cedē h̄. ¶ Scd̄a ītētio est resol'o vel dissolutio māerū illarū grossarū sicut dictum fuit statim in supiori ca. ¶ Tertia ītētio est piloꝝ regñatio: ⁊ has duas ītētiōes ꝑficiūt medicine quas Aui. ponit. s. lapides ⁊ nuclei dactyloꝝ cōbusti q fortiter exiccāt. ⁊ due spice. s. nardi ⁊ romana. hec enī medicie simul ⁊ diuisim exiccāt ⁊ resoluūt fortiter illam mām ⁊ pñt ꝓuocare lachrymas illā dissoluēdo ⁊ appropriant᷑ generationi piloꝝ vt sumit᷑ z° ꝯtinē. in multis locis. ⁊ Azarauius capitulo de depilatione palpebrarū ponit h̄ medicamē. ℞. nucleoꝝ dactyloꝝ cōbustoꝝ. ʒ. j. s. spice romane. ʒ. ij. terant᷑ ⁊ ponat᷑ de puluere in loco. Laudat ēt Aui. ꝯfricationē factā cū radio. s. inuoluto in colyrio rubeo leni: ⁊ hoc qñq̄ qꝛ mā vel non est multū grossa: ⁊ tūc sufficit colyriū rubeū lene. vel est mag̃ grossa ⁊ dura: ⁊ tūc nō sufficit: sed indiget colyrio rubeo fortiori. hec aūt colyria declarata sunt supra capitulo de obthalmia frigida.

Dub^m z^m ¶ Dubitat᷑ vtꝝ fricatio cū zuccharo ꝯueniat in grossitie palpebrarū. ¶ Videt᷑ ꝙ sic: qꝛ in scabie p̄cipit᷑: vt Zoar s° lib. 4. ca. ⁊ Haly in thegni trac. 3. 150. cōmē. ⁊ Jesus trac. z. cap̄. 4. Et scias ꝙ si scabies fuerit antiquata ꝓlongata nō ꝓsperabit᷑ in ea aliqd nisi fricatio cū zuccharo. Sed scabies antiqua est multū ꝯformis grossitudini palpebre: īmo quasi sunt idē vt appebit. ¶ Jn ꝯriū est Aui. ¶ Dōm ꝙ medicus fricans cū zuccharo palpebrā grossam vel est ꝯtentus sola fricatione cum zuccharo nō vtens alio remedio ⁊ vt sic nō est ꝯueniēs. Et rō est: qꝛ zuccharuꝫ est debile in dissoluendo: vnde si fricet᷑ mouebit mām ⁊ dilatabit eā ⁊ nō educet nec resoluet: iō nō laudat᷑ fricatio cū eo: ⁊ h̄ est qd̄ dicit. Fricatio cum zuccharo excitat. i. mouet mām: ⁊ attrahit. i. ex h̄ est cā attractionis: qꝛ mām dilatat magis. Vel talis fricatio fit ad p̄parandū alijs fortiorib⁹ operationib⁹: ⁊ sic pōt ꝯuenire ⁊ cessat ꝯtradictio que videt᷑. Prohibet᷑ aūt vinū qꝛ timet᷑ de motu māerū versus oculū. iaꝫ enī palpebre sunt debilitate ex morbo p̄cedente quē sequit᷑ grossities ⁊ nō sunt valde apte receptioni. vinū aūt sui virtute delatiua mouet mās vel illas illuc p̄cipitari facit: ⁊ ideo dixit alienatio vini. Jn hoc tamē est ꝯsiderandū ꝙ diximus supra. ca. de obthalmia. ¶ Tertio mō pōt ꝓuenire grossitudo ex aliq̄ mā que de se īcipit īgrossare palpebrā: nō qꝛ sequat᷑ scabiē: nec qꝛ sequat᷑ vsum frigidoꝝ: ⁊ talis mā ita ingrossat ꝙ non vlcerat nec ledit interius palpebrā: sed facit grossitiē cū quadā eminētia apparēti ⁊ oppilādo poros pōt facē cadere pilos: ⁊ hec grossitudo in p̄mo visu similat᷑ scabiei vt medicus credat ꝙ palpebra sit scabiosa nō tamē ꝙ sit. ⁊ iō ēt pōt dici sequēs scabiē. i. similis scabiei: qꝛ mā istius non est ita sicca ⁊ arida sicut mā gesse: qꝛ faceret motū difficilē: ⁊ ideo respectu illius pōt dici humida a qua ēt mā pōt surgere aliqs vapor qui inflat ēt palpebrā: ⁊ pōt illā rubeā facē. ⁊ istū modū grossitiei explicauit Jesus Haly pallega. ca. dicēs. Est grossities que cadit in palpebra supiori: ⁊ siquis viderit eaꝫ estimat ꝙ in palpebra est scabies: ⁊ qñ reuersas eā videbis eam mundā: ⁊ videbis colorem palpebre exteriorē rubeū grossum vt estimet aliqs ꝙ accidit in palpebra bothor ⁊c̃. Hunc aūt modū grossitiei Aui. dedit ītelligi ex modis positis: qꝛ ꝯuenit in nā māerū cū illis ⁊ etiam in cura. Unde Jesus ibidem dicit. Alcoholes oculū cum sief rubeo leni: et hoc est qd̄ Aui. dicit. qñq̄ fricat᷑ ⁊c̃. colyrio rubeo leni. ¶ Ex qbus soluunt᷑ ꝯtraria: ⁊ apparet capituli expositio.

¶ De inflatione palpebre. Cap̄. 8^m.

Accidit ꝓpter materias subtiles ⁊ vapores ⁊ ꝓpter debilitatē digestionis ⁊ malitiā eius sicut fit in febribus vigilatiuis ⁊ in vigilijs: ⁊ qñq̄ fit in p̄ncipio hydropisis ⁊ cacesie ⁊ ꝑ ap̄ata humida sicut peripleumonia ⁊ lythargia.

¶ Hic Aui. determinat de alia passione palpebraꝝ que dicit᷑ inflatio. Et p̄mo ponit eius cās. Scd̄o docet ꝓnosticari ex quadā inflatione. ibi (Et qñq̄ accidit.) Tertio ponit curā. ibi (Et cura est.)

¶ Dubitat᷑: an cā īflationis sit mā subtilis vaporosa. ¶ Videt᷑ ꝙ nō: qꝛ mā mel'ica nō est subtilis: sed vna spēs inflationis fit a mā melācholica: vt Rasis z° ꝯtinē. aucte Joānitij. cap̄. 1. dicēs. Jnflatio accidit q̄tuor modis: ex vētositate: ex superfluitate flegmatica nō grossa: ex supfluitate aquosa: ⁊ ex supfluitate grossa mel'ica. ¶ Jn ꝯriū est Aui. ¶ Ad sol'onē huius ⁊ lr̄e ītellectū ꝯsiderandū ꝙ inflatio absolute sumpta sumit᷑ z^r. Uno mō ꝓ inflatione vesicosa que fit a mā aquosa expulsa per viā ebullitionis a sanguine de q̄ Aui. facit capl'm lib. 4. fen. 3. ca. de vesicis ⁊ inflationibus. ⁊ cadit inter ap̄ata calida. ⁊ hoc mō nō sumit᷑ hic: lꝫ posset sumi. Alio mō sumit᷑ pro inflatione que est idē ꝙ mēbri intumescētia ex mā frigida vaporosa aquosa vel mista ⁊ cadit inter ap̄ata frigida: ⁊ hoc mō sumit᷑ hic: de qua ēt in gñali fiet sermo p̄mo lib. fen. z. ca. de egritudinibus cōpositis. ⁊ 4. lib. fen. 3. trac. z. ca. 1. Et in sūma hec īflatio nō est aliud ꝗ̄ palpebre tumor ex mā vaporosa vel vapori ꝓpinqua sicut esset aquosa subtilis: ⁊ in hoc differt a sillac ⁊ gesse materiali ⁊ grossitudine. ¶ Assignat aūt. A. sibi cām īmediatā: cū dicit. ꝓpt᷑ mās subtiles. Sciēdū tñ ꝙ mā nō est oīno subtilis: qꝛ nō retinent᷑ sub cute: sed est subtilis respectu māerū humoraliuꝫ. i. que stant sub forma humoꝝ ⁊ respectu māeꝝ que faciūt grossitudinē. ¶ Scd̄o assignat cās mediatas: ⁊ iste cāe sunt ille ex qbus mouētur vapores vel gñant᷑: ⁊ etiā māe subtiles aquose quaruꝫ vna est debilitas digōnis vel corruptio quēadmodū accidit ꝓpter multā vigiliam ex febrib⁹ vel alia cā: vnde dixit in febribus vigilatiuis ⁊ vigilijs. ex multa enī mā deficit digestio ⁊ surgunt multi vapores qui moti ad partes faciei resoluunt᷑: qꝛ facies est rara: vt ꝓblematum particula antepenul. 3. ꝓblema. sed in palpebris retinent᷑ ꝑꝑ eaꝝ frigiditatē maiorē. accidit ēt ꝓpter hāc cāꝫ. s. malitiā digōnis in hydropisi ⁊ maxime in hyposarcha: ⁊ iō dixit qñq̄. ⁊ in cacesia que est dispositio illam p̄ueniens: vnde videmus qñq̄ palpebras eoꝝ īflatas ex vapore: ⁊ qñq̄ ex mā aquosa subtili: īmo vidi qñq̄ ꝙ eoꝝ palpebre inflate translucēt. Alia causa ex qua ꝓueniūt isti vapores in palpebris vl' māe subtiles est apostemata flegmatica eis cōicantia sicut paralysis ⁊ lythargia: vt notū est. lythargicum pōt facere hoc qñq̄ ꝓpter multū somnū. vnde retinent᷑ vapores. vnde videmus ꝙ multū dormiētes surgunt qñq̄ palpebris inflatis: ⁊ sic vide ꝙ supfluus somnus ⁊ supflua vigilia pōt inflare palpebras: tñ diuersimode. Ex qbus appꝫet ꝙ Rasis ꝯcordat cū Aui. tñ quarta spēs que fit ex mel'ica nō est ꝓprie inflatio: sed est alius morbus de quo dicit᷑ infra capl'o de tumore. Vel opꝫ ītelligere ꝙ ista mel'ia sit in forma vaporis: ⁊ posset dici ꝙ ipse loquit᷑ de inflatione oculi nō de inflatione palpebrarū.

¶ Et quando accidit cōualescentibus indicat multotiens conuersionē: ⁊ ꝓprie quādo in eis est reliquorū membroꝝ inflationis priuationis ⁊ remanēt ipse excitate ⁊ inflate: ⁊ cura est abscisio cause ⁊ vaporatio.

¶ Hic docet ꝓnosticari ex inflatione palpebraꝝ dicēs ꝙ in ꝯualescentibus. s. a febrib⁹ indicat ꝯuersionē. i. recidiuā. ¶ Consideranduꝫ ꝙ in ꝯualescentibus inflatio pōt fieri in palpebris ex defectu digestionis in epate. vnde incipit cacesia ⁊ tandeꝫ fit hydropisis: ⁊ talis palpebrarū inflatio est cum aliquo tumore alioꝝ mēbroꝝ: ⁊ nō significat ꝓprie conuersionem. i. reuersionē febris que recessit: sed significat ꝙ iste cadet in aliū morbū. s. in hydropisim: lꝫ cuꝫ hoc etiā possit cadere in febrē: ⁊ ideo dixit ꝓprie qñ in eis est priuatio inflationis reliquoꝝ membroꝝ. Alio modo pōt fieri ꝓpter

Dubium

aliquas reliquias materierũ que incipiũt moueri a calore putredinali: vel ꝑꝑ corruptionẽ digõnis in stõcho ex nimio cibo ꝯiũcto alicui calori putredinali ⁊ euaporatio: ⁊ tũc significat ꝙ iste reuerteret in febrez: ⁊ qꝛ talis reliqa caloris putredinalis ⁊ mali vapores ascendentes caput ⁊ etiã anxietas stomatica ex corruptione cibi in stõcho facit eos nõ posse bene dormire: iõ isti nõ veri ꝯualescẽtes cũ h̃ ꝙ hñt palpebras iflatas stant excitati ⁊ q̃si vigilãtes: ⁊ iõ dixit ⁊ remanẽt ipse palpebre excitate ⁊ inflate. Uel ĩtellexit ꝙ isti ꝯualescẽtes debẽtes recidiuare habẽt inflationẽ palpebrarũ nõ solũ post somnũ: sed ẽt qñ stant vigilãtes. si enĩ cũ surgunt a somno habẽt eas inflatas: ⁊ postea cessat inflatio ꝓcedẽte vigilia nõ ꝓpterea sigñat recidiuã: qꝛ mã sigñat pauca ⁊ paucus defect⁹ virtutis: ⁊ iõ dixit. remanẽt exiccate ⁊ inflate. ¶ Ultimo Auic. in duob⁹ ṽbis ĩnuit ꝑfecte curã inflationis. nã ei⁹ cura est duaꝝ ĩtentionũ. ¶ Prima est abscisio cãe vñ gñant vapores: ⁊ per h̃ recurre ad curã febriũ vigilatiuaꝝ ⁊ vigiliaꝝ: ⁊ ad curã hydropisis ⁊ cacesie. ⁊ silr recurre ꝓ signis. ¶ Scd̃a ĩtẽtio ẽ remotio cãe ꝯiũctiue q̃ est mã ꝯtẽta in palpebra: ⁊ qꝛ illa est subtilis vaporosa remouet euaporatiõe. vñ dixit. cura ẽ abscisio cãe ⁊ vaporatio vt est spõgia ⁊ aq̃ calsa d̃coctõis camomille: ⁊ si expedit ruthe cymini ⁊ similiũ.

¶ De grauitate in palpebris. Cap. 9m.

Quandoqꝫ fit propter inflationem ⁊ causas eius: ⁊ quandoqꝫ fit propter debilitatez virtutis ⁊ casum eius in ethica.

¶ Hic Aui. determinat de grauitate palpebrarũ. ¶ Cõsiderãdũ ꝙ hec passio nihil aliđ est nisi ꝙ hõ sentit se nõ posse eleuare palpebras ⁊ hec differt a gesse: qꝛ ĩ gesse hõ nõ põt aptas palpebras claudere nec clausas apire nisi cũ difficultate: sed in g̃uitate solũ est h̃ ꝙ hõ sentit palpebras suas q̃si eẽnt g̃ues ⁊ põderose ꝓne ad clausionẽ siue ad casuz ⁊ nõ apte aptioni: ⁊ est h̃ sicut siquis manũ suã sentiret relaxatã ⁊ grauẽ ⁊ nõ posset eã bene eleuare sursum. hui⁹ aũt cãe ab Aui. ponunt̃ tres. ¶ Una ẽ remollitio siue mollificatio ⁊ relaxatio palpebre ⁊ suoꝝ musculoꝝ: h̃ facit mã subtilis aquosa mollificãs ⁊ mã vaporosa: nõ dico vẽtosa qꝛ nõ faceret: sꝫ vaporosa rorida que ẽt relaxat sicut relaxant̃ chorde citharaꝝ ĩ aere vaporoso: ⁊ iste ẽt cãe faciebãt ĩflationẽ. ⁊ h̃ est qđ dicit. fit ꝑꝑ inflationẽ ⁊ cãs ei⁹. ¶ Scd̃a cã defect⁹ virtutis tenẽtis palpebrã ⁊ non potẽtis subleuare: vñ cadit ita virt⁹ ꝙ palpebra nõ eleuet̃ sicut cõtingit qñq; ethicis q vident̃ dormire clausis palpebris: ⁊ tñ nõ est eoꝝ somnus sed vigilãdi ĩpotẽtia: vt Gal. 1. de differẽtijs febriũ. ⁊ in multis alijs casibus virtutis h̃ ꝯtingit: lꝫ Aui. exẽplificauerit de ethicis nõ sine cã: qꝛ esset ꝓlixũ dicẽ. ĩtelligit̃ tñ ex caplo de paralysi sup̃ fen. 2. ⁊ h̃ est qđ dixit. qñq; fit ꝓpter debilitatẽ virtutis nõ quãcũq;: sꝫ casuz eius. s. virtutis in ethica. i. sicut accidit in ethica. ¶ Tertia cã est g̃uitas mãei tenẽtis palpebrã inferius sui g̃uitate ⁊ põderositate sicut ꝯtingit in sarnach ⁊ silib⁹: vt posset ꝯtingẽ in grãdine: tñ sarnach facit h̃ nõ solũ per viã g̃uitatis: sed ẽt per viã mollitiõis: vt ĩfra apparebit ca. de sarnach. ⁊ h̃ est qđ dicit.

¶ Et quandoqꝫ fit propter grossitudinez ⁊ alsarnach ⁊ similia: ⁊ quãdoqꝫ accidit grauitas ⁊ mollificatio in principio paroxismoꝝ ⁊ febrium.

¶ Et qñq; fit ꝑꝑ grossitudinẽ. i. mãm grossam: vt in grãdine ⁊ alsarnach. i. sicut in sarnach ⁊ silia in lapidositate. de istis autez causis Aui. applicat vnã ad g̃uitatẽ que accidit qñq; in ꝑ̃ncipio ꝑoxismi febris: ⁊ ista cã est defect⁹ virtutis: nõ tñ ꝑꝑ resolõnẽ ⁊ casuz sicut in ethica: sed ꝑꝑ caloris retractionẽ ⁊ suffocationez: vñ palpebre g̃uant̃ ⁊ laxant̃ sicut ⁊ alia extrema mobilia: ⁊ h̃ maxime accidit in flegmaticis. s. febrib⁹ repletionalib⁹ ⁊ põt accidẽ in quartana: ⁊ h̃ est qđ dicit. ⁊ qñ accidit g̃uitas. s. palpebraꝝ ⁊ mollificatio. i. reflexio. i. que g̃uitas fit per viã relaxationis ⁊ mollificationis in ꝑ̃ncipio paroxismi febriũ ⁊ ꝓprie flegmaticarũ: vt põt sumi. 4. cañ. cap̃. de signis febris flegmatice. vñ. 4. cañ. fen. 1. cap̃. 4. dicit. qñq; associat̃ in ꝑ̃ncipio paroxismi mollificatio palpebrarũ. huius aũt passionis signa ⁊ curam rõnabiliter derelinquit notã ex notitia ⁊ cura egritudinum dictarum a quibus ꝓuenit.

¶ De inuiscatione palpebrarum apud lachrymalem ⁊ alibi. Cap. 10m.

Quandoqꝫ accidit palpebre vt cõglutinetur aut cũ ꝯcauitate aut cũ ꝯiunctiua aut cũ cornea aut cũ vtrisqꝫ: ⁊ qñqꝫ fit in vno duoꝝ laterum lachrymalis: ⁊ quãdoqꝫ fit perueniẽdo ad medium: ⁊ quandoqꝫ fit cõmunis.

¶ Hic Aui. determinat de alia passione palpebraruz que est ꝯiunctio. Et p̊ ponit ꝯiũctionis modos. Scd̃o ponit cãs. ibi (Et causa.) ¶ In ꝑ̃ma parte Aui. ĩnuit hanc diuisionẽ. palpebra cõiungit̃ aut cũ oculo: ⁊ hoc est qđ dicit. aut cũ ꝯcauitate. i. apparẽtis ꝯcauitat̃ palpebre: sed apparẽs ꝯcauitas tãgit oculũ: ꝫ ꝯiunctio cũ ꝯcauitate erit cũ oculo. vñ lr̃a exterior al's oculo. Aut ꝯiungit̃ palpebra cũ alia palpebra: ⁊ incipit maxime a laterib⁹. s. a lachrymalib⁹: qꝛ ibi palpebre q̃si se tãgunt: ⁊ h̃ est qđ dicit. ⁊ qñq; fit in vno duoꝝ laterum ⁊c̃. Siquidẽ palpebra ꝯglutinet̃ cũ oculo: tunc aut ꝯglutinat̃ cũ ꝯiunctiua aut cũ cornea aut cũ vtrisq;: ⁊ hec est subdiuisio ꝑ̃mi mẽbri: h̃ est qđ dicit. aut cũ ꝯiunctiua ⁊c̃. Si aũt ꝯiungat̃ vel ꝯglutinet̃ cũ alia palpebra: tũc vel ꝯglutinat̃ pars vna vsq; ad mediuz vel tota: ita ꝙ ex toto oculus est clausus ꝯiunctis totaliter sibiipsis palpebris: ⁊ h̃ est qđ dicit. ⁊ qñq; fit ⁊c̃. ¶ Ex qb⁹ appet ꝙ spẽs ꝯiunctionis pñt esse due prima diuisione: ⁊ h̃ mõ Azarauius dicit. Cõiunctionis due sunt spẽs: quarũ vna est adhesio palpebre albedine oculi. 2ª est adhesio palpebre ĩferius. s. cũ alia palpebra. Possunt ẽt poni tres ẜm ꝙ ponit Jesus Haly trac. 2. 7. cap̃. cuz dicit. Cõiunctiones tres sunt spẽs. aut ꝯiunctio cuz nigredine oculi. aut cũ albedine. aut cuz palpebra. Possunt etiã poni quinq; de mente Aui. scꝫ ꝯiunctio cũ albedine. ꝯiunctio cũ nigredine. ꝯiunctio cum vtroq;. ꝯiunctio cũ parte palpebre. ꝯiunctio cõmunis.

¶ Et causa quidem in ea aut est vlcera accidentia aut ruptura faciẽs alcohol quãdo colligit ex oculo sebel ⁊ detegit vngulam ⁊ fricat ex palpebra scabiẽ: deinde nõ cauterizat ipsuz cũ cymino ⁊ sale ⁊ similib⁹ vltime sicut diximus: ⁊ non ꝯsiderat omni hora illud qđ opꝫ ꝯsiderare in ipso donec accidit vt ꝯglutinet̃.

¶ Assignat cãm huius ꝯiunctionis: ⁊ dicit ꝙ cuz est vlceratio que accidit oculo ex causis dict̃ supra trac. 2. aut aliq̃ dilaceratio siue ruptura quã facit medicus oculista qui nominat̃ faciẽs alcohol: ⁊ istã rupturã facit in oculo vel in palpebra. In oculo qdẽ qñ colligit sebel vel qñ eleuat vngulã. In palpebra v̓o qñ fricat scabiẽ: ⁊ iõ bene hꝫ lr̃a exterior. aut ex oĩbus. n. istis fit aliq̃ ruptura: vñ palpebra est apta coniungi defectu medici qui nõ ponit medicamina fortiter exiccatiua cũ aliq̃ ẽt mordicatione sicut cyminũ ⁊ sal. vltime. i. que sunt vltime siue potẽtes: vel vltime. i. nõ cauterizat vltime quãtũ dꝫ. sicut diximus. s. supra cap̃. de vngula. defectu ẽt suo: qꝛ nõ putat oĩ hora qd opꝫ eũ facẽ: qꝛ dꝫ ꝑ̃cipere infirmo ꝙ quasi ꝯtinuo moueat oculũ: ⁊ ipse medicus stat negligẽs donec accidit vt ꝯglutinent̃. Huius autẽ curã derelinqt notã ex caplo de vngula. fit tñ ipsa vel cũ medicinis dissoluẽtib⁹ vel remolliẽtibus sicut mucilagine seminis lini ⁊ seminis malue ⁊ altee ẜm Azarauiũ. ⁊ si nõ sufficit hoc fiat cum ferro excarnãdo valde suauiter palpebrã ab oculo vel ab alia palpebra. Et hic modus ꝓlixe scribit̃ a Jesu tracta. 2. 7. cap̃. ⁊ ab Auenzoar tracta. 8. cap̃. de ꝯiunctione palpebrarum. ca. 5. tamẽ videre illud magis docet.

¶ De moro. Cap. 11m.

Est caro pustulosa addita in oculo.

¶ Hic Aui. determinat de alia passione palpebrarum que dicit̃ morũ. Et p̊ notificat eã. Scd̃o ponit curã. ibi (Qꝫ si fuerit.) ¶ Cõsidera ꝑ̃mo ꝙ moꝝ noĩat̃ taliter: qꝛ moro similãt̃. s. moro celsi. ⁊ iõ ẽt vocat̃ a Rasi. 2° ꝯti. ca. 1. ⁊. 2. celsus in plurib⁹ locis. Similat̃ aũt sibi semꝑ in colore: qꝛ hꝫ colorem rubeũ cũ aliq̃ tendentia ad nigrũ vel obscuruz: ⁊ in h̃ similat̃ moro celsi maturo. Qñq; tñ hꝫ colorẽ nõ ita obscurũ: sed rubeũ cũ quadã claritate: ⁊ similat̃ moro celsi nõ maturo. ⁊ q̃tũ ad hanc similitudinẽ caplm̃ de moro ⁊ cap̃. de carne rubea addita in palpebris idẽ sunt nec sunt diuersa capl'a sicut apparet apud Azara. in cap̃. de egritudinib⁹ palpebrarũ. ⁊ apud Alcanamosali. ca. 3. ⁊ Gilbertũ in cap̃. de moro. Similat̃ aũt sibi qñq; in figura cũ colore: qꝛ hꝫ eminentiã ⁊ pẽdet in figura mori. Unde Jesus Haly tracta. 2. 22. cap̃. est sicut figura mori. ⁊ est caro rubea relaxata pendẽs decliuis ad nigredinẽ ⁊c̃. ⁊ idez dicit Halya. 9. theo. cap̃. 13. de moro. Unde Azara. cap̃. de ap̃ate alchuch. i. moro celso. dicit. similat̃ celso in sui figura. nã apud sui ꝑ̃ncipiũ rubẽt palpebre postmodũ v̓o nigrescit donec fit turpe: ⁊ h̃ est qđ Auic̃. innuit in paucis verbis. Moꝝ est caro pustulosa. s. qꝛ est eleuata in forma pustularuz: vel qꝛ hꝫ in sup̃ficie quasdã pustulas paruas ꝓpter corruptionẽ sanguinis: vnde quasi semꝑ emittit aliq; putredinẽ ⁊ qñq; sanguinẽ. Addita oculo. s. palpebris. plurimũ aũt addit̃ palpebre ĩferiori: qꝛ ꝑꝑ getẽ mag' est apta sup̃addi illi caro. ẽt addit̃ qñq; palpebre superiori: ⁊ qñ ista caro addit̃ a parte ĩteriori palpebre: qñ est ꝙ applicat̃ ⁊ incarnat̃ cõiunctiue oculi: ⁊ qñq; applicat̃ cornee: ⁊ qñq; vtrisq;: ⁊ iõ tũc põt poni morb⁹ ꝯiũctiue siue cornee: ⁊ sic ẽt fit de

eo caplm

eo capitulum a Jesu in duobus locis.s.inter morbos palpebraruꝫ ⁊ morbos coniunctiue cap̄.46.trac.1.⁊ tunc curatur sicut curatur vngula vt Aui.poner.

¶ Or si fuerit apud lachrymalem tunc rectius erit vt incidatur: deinde cura algarab adhibeatur aut curetur cum alcohol basilicon ⁊ medicamine violato ⁊ medicamētis vngule ⁊ proprie cuꝫ colyrio de arsenico. Et si fuerit cū albedine ⁊ nigredine: tunc cura eius erit cura vngule.

¶ Ponit curā localē. Et p̄ qñ ista caro nō applicaṫ oculo. Scd̄o qñ applicaṫ oculo.ibi (Et si fuerit.) ¶ Dicit p̄ ꝙ si fuerit ista caro apō lachrymalē.s.q̄ nō ꝯiungaṫ ⁊ appliceṫ oculo: vel ēt si fuerit in palpebra dūmō nō ꝯtinueṫ ⁊ īcarneṫ cū oculo: tūc rectius ⁊c̄. ¶ Considerandū ꝙ Aui.ponit duas curas. ¶ Primā per īcisionē ⁊ postea ponit medicinas.s.fortiter exiccatiuas que dicte sunt ca.de algarab. Modū īcidēdi videas ab expto chirugico. ¶ Scd̄a cura quaꝫ ponit est per medicinas fortis exiccatiōis ⁊ quasi corrosiuas que ꝯsumūt illā carnē sicut est basilicon.scribiṫ q̄nto cañ.summa scd̄a trac.2. Medicamine violato.hoc nō īueniṫ in q̄nto lib.forsan est aliqd̄ sieṫ acutū coloris violati: ⁊ forsan intelligit ꝙ purgeṫ homo prius cū trociscis violatis scriptis ab Haly.10.pra.c.14.de trociscis.⁊ ꝯcordat cū tex. Haly.5.prac.ca.57.de cura mori. Et medicamētis vngule.s.fortis exiccationis ⁊ corrosionis ꝓprie cum colyrio de arsenico.i.auripigmēto sup.vel alijs atramentis sicut colyriū calcadis supra positū in ca.de vngula. ¶ Et ꝯsidera ꝙ Aui.premisit curā cū ferro q̄ in hac passione scilꝫ moro separato ab oculo est melior. Unde Jesus Haly.c.de moro.dicit.ferrū meliorem operationem facit. Deinde cum dicit. Et si. Ponit curā mori ꝯiuncti ⁊ īcarnati cum albedine idest coniunctiua ⁊ nigredine.i.cornea cura erit ⁊c̄.s.excarnando ꝫm ꝙ tibi pꝫ.

¶ De iuersatiōe palpebre ⁊ est ascera. Cap̄.12[m].

Ejus species sunt tres.

¶ Hic Auic.determinat de passione que dr̄ īuersatio palpebrarum. Et p̄mo p̄mittit numerū specierum suarū. Scd̄o declarat.ibi (Una eaꝝ.) ¶ Circa p̄mā parteꝫ ꝯsidera ꝙ ista passio est: q̄ palpebra superior nō bene cooperit oculū siue accidat ꝙ reuerseṫ palpebra siue nō: ⁊ hꝫ multa noīa q̄ ab Aui.noīaṫ iuersatio ⁊ ascera est vocabulū arabicuꝫ. ab Azarauio vocaṫ īuersatio vel ꝯtratio vl' asacea.⁊ a Jesu Haly vocaṫ remollitio.c.8.⁊ a Rasi.2.ꝯtinentis.1.c.vocaṫ scatar.

¶ Una earum est vt contrahatur palpebra ⁊ nō cooperiat albuꝫ. Et illud aut est a creatione aut est propter incisionem euenientē palpebris ⁊ nominaṫ oculus huius oculus leporinus.

¶ Enumerat tres spēs. Scd̄a ibi (Et scd̄a.) Tertia ibi (Et tertia.) Quarto assignat cām cōem istis spēbus.ibi (Et qñq; fit.) ¶ Dicit p̄ ꝙ p̄ma spēs est vt ꝯhaṫ versus ciliū.siue sit ꝯtractio sola: siue sit cū reuersatiōe. Non cooperiat albū.s.oculi: q̄ multū de eo sit discooptuꝫ.⁊ causa hui⁹ duplex est.aut defectus in creatione.aut ꝑꝑ incisionem in palpebra.s.quia est diminuta propter incisionem siue etiam propter corrosionem ⁊ nominatur huiusmodi oculus leporinus: q̄ dr̄ ꝙ lepus dormit oculis apertis. Aui.tamen dicit q̄rto de animalibus vltimo cap̄.ꝙ omne animal habens palpebras claudit eas cū dormit. Jlle aūt qui vocat hunc oculuꝫ leporinuꝫ est Azarauius in cap̄.de inuersatione palpebrarum.

¶ Et secunda species est media: ⁊ est vt nō cooperiat parteꝫ albi ⁊ nominatur abbreuiatio palpebre. Et cā eius est cā prima: verum est minor illa.

¶ Scd̄a spēs est media īter p̄maꝫ ⁊ tertiā: ⁊ est vt palpebra supior nō coopiat partē albi oculi: ⁊ nomē huius spēi est abbreuiatio palpebre.i.q̄ est breuis. ¶ Cōsidera ꝙ palpebra superior duob⁹ modis pōt non cooperire ptem albi oculi. Uno modo: q̄ lꝫ tota palpebra superior aliqualiter plus cooperiat q̄ꝫ cooperiret in prima spē dicta: nō tñ cooperit q̄n partē dimittat: ⁊ iō differt a p̄ma spē ꝫm magis ⁊ minus ⁊ ēt a tertia. Jn p̄ma enim spē quasi totū albū oculi discoopitur: sed in tertia paruꝫ discooperiṫ: in scd̄a vō plus discooperiṫ q̄ꝫ in tertia ⁊ minus q̄ꝫ in p̄ma: ⁊ ex hoc appet q̄uo est media. Alio modo palpebra supior pōt nō cooperire ptē albi oculi: q̄ vna pars palpebre coopit ⁊ alia pars discoopit. Naꝫ musculi q̄ claudūt palpebrā sunt duo in duab⁹ ptib⁹ palpebre ꝫm auctores. pōt igiṫ in vno.v̄.g.in musculo circa pteꝫ nasi eē egritudo: ⁊ in alio musculo versus pomuꝫ maxille in alia pte palpebre erit sanitas ⁊ claudeṫ ēt palpebra: ⁊ sic appebit media pars clausa ⁊ media apta: ⁊ appebit medietas albi discoopta: ⁊ hoc forte vult cuꝫ dicit.⁊ nō cooperit ptē albi.⁊ sumiṫ a Jesu Haly.ca.de remollitione.sed ista applica ad p̄mā spēm. ¶ Ex q̄bus apparet q̄uo cā huius est cā p̄me spēi sed est minor: q̄ ista egritudo differt ab illa soluꝫ ꝫm magis ⁊ minus q̄uocunq; sumaṫ: ⁊ iō etiam cā sic differt.

¶ Et tertia est vt non cooperiat palpebra superior īferiorē. Et illud fit aut ex glādula aut ex nascētia carnis addite que iam est aut incipit: aut spasmo accidēte palpebre ex vlcere consolidato super ipsuꝫ nō permittente vt palpebra superior coopiat inferiorē.

¶ Tertia spēs est vt palpebra supior nō cooperiat īferiorē.i.nō bn̄ sibi adhereat: sed aliqd̄ spatium remaneat: nō tñ tātū quātū in secūda specie. ¶ Huius āt speciei Aui.assignat tres causas. Prima est ex glādula nō pmittēte ⁊c̄. ¶ Scd̄a est ex nascētia carnis non pmittēte ⁊c̄.que caro siue glādula vel est vel īcipit. ¶ Cōsiderādū aūt ꝙ caro siue glādula in duabus ptibus palpebraꝝ nascens pōt īpedire pfectam clausionē īter spatiū palpebre qd̄ est a loco pilorū vsq; ꝓpe supcilia.nā caro addita ⁊ glādula eleuātes ⁊ trahētes cutim palpebre nō permittūt eā bene distendi īferius ⁊ applicar s pfecte palpebre īferiori. Alia ps est extremitas palpebre cuꝫ qua tāgit aliā palpebrā. Si eniꝫ ibi genereṫ gladula vel caro ēt ꝓhibet perfectā adhesionē sicut si īter duos digitos ponaṫ lapillus nō possunt digiti pfecte se tangere: ⁊ ex hoc appet ꝙ siue fit in palpebra īferiori siue in superiori glandula ⁊ caro hoc facit. ¶ Tertia causa est ex spasmo.i.ex quadā attractione seu ꝯtractiōe siue abbreuiatione aduenīēte palpebre ex vlcere ꝯsolidato sup ipsam palpebrā nō permittēte ⁊c̄. ¶ Jsta enim lr̄a tribus modis debet repeti ꝫm ꝙ tres sunt cause. Ulcus enim si nō fit cū multa deperditione aliqualiter facta ꝯsolidatione ꝯtrahit palpebrā: q̄ si esset multa deꝑditio multuꝫ cōtraheret: ⁊ posset fieri p̄ma species ⁊ secūda.⁊ dedit hoc intelligere Aui.sicut etiam dedit ītelligi ꝙ hec tertia spēs ⁊ etiam secunda possunt fieri a natiuitate.

¶ Et quandoq; fit illud totum ex spasmo lacertorum circundantium palpebram.

¶ Hic ponit quandā cām cōmunem oībus tribus speciebus: ⁊ ista cā est spasmus lacertoꝝ circundantium ⁊c̄.i.qui sunt in palpebra. ¶ Cōsiderandū ꝙ spasmus in lacertis: siue fit de repletiōe siue de inanitione siue a pūctione est cā corruptionis palpebre.aut igitur est multus spasmus: ⁊ sic facit p̄mā spēꝫ.aut valde paucus ⁊ sic facit spēm tertiam.aut est medius īter ista: ⁊ facit spēm secundam que dr̄ media ꝫm vnū dictū modū: ⁊ hoc est qd̄ dicit illud totum.i.quelibet species īuersatiōis.i.nō cooperture oculi qm̄ fit ex spasmo. ¶ Cōsiderandū ꝙ spēs īuersationis palpebre distinguunṫ diuersimode ab auctoribus. Quidā enī faciūt eas duas: ⁊ hoc diuidēdo ex pte modi ꝓuentus: vt quedā est nālis.s.a p̄n° generationis. quedā accn̄talis: ⁊ hoc modo dicit Azarauius.iuersatio palpebre est duobus modis: q̄ aut erit nālis aut accn̄talis. Quidā aūt distinguūt ex pte modi se hn̄di palpebrā: q̄ aut ipsa est īuersata aut nō.⁊ si nō est īuersata aut est multum abbreuiata: ⁊ hec est p̄ma spēs. aut nō multū: ⁊ est scd̄a spēs.si aūt sit īuersata est tertia spēs.⁊ forsan ꝙ his modis Jesus ponit tres eē spēs: lꝫ alius ītellect⁹ possit suo textui dari. Aui.vō distinguit has tres spēs ꝫm mag̃ ⁊ minus vt apparuit. Rasis vō.2.cōtinē.ca.1.ponit tres spēs hoc mō. Pria est qñ supior palpebra erigitur ⁊ nō claudit albedineꝫ oculi. Scd̄a cū īcurtaṫ.i.cum est curta.⁊ he due spēs hn̄t mediam spēm quam Auic.ponit. Tertia qñ īuersaṫ īferius.i.qñ supior palpebra reuersaṫ versus intus.s.ptem oculi: vt ⁊ ipse declarat.

¶ Dubitaṫ: vtrū hec passio dicta īuersatio vel remollitio possit fieri a mollificatione lacertoꝝ mouentiū palpebras. ¶ Ur ꝙ non: q̄ illud qd̄ est cā casus palpebre supioris sup īferiorem nō est cā discoopiendi oculuꝫ: īmo est cā coopiendi nimis. Sꝫ mollificatio est hmōi: q̄ mēbrū mollificatū hmōi extēdiṫ ⁊ q̄si elōgaṫ: hec vr̄ mēs Jesus trac.2.30.c.vbi dicit. Relaxatio ē elōgatio palpebre supioris vt non possit eleuari.⁊ post subdit.exuberātia humoris generaṫ relaxatio. Hoc vr̄ sensisse Aui.q̄ īter cās huius passionis nō ponit mollificationē siue relaxationē. ¶ Jn ꝯrium est Jesus trac.1.8.ca.vbi ad lr̄am dicit. Accidit hec.s.remollitio siue abbreuiatio palpebre ex relaxatione aliquoꝝ musculoꝝ mouētiū palpebram aut ex spasmo. ¶ Dōm ꝙ mollificatio lacertoꝝ est duplex. Una propter quā lacerti ⁊ palpebra elonganṫ ⁊ quasi fluūt ꝓpter multam remollitionē: ⁊ hoc nō facit hāc passionē in qua albū oculi nō cooperiaṫ: īmo facit ꝙ oīno oculus coopiaṫ: ⁊ si talis mollificatio fit in palpebra īferiori facit eā cadere ⁊ relaxari vt discooperiaṫ albedo oculi a parte īferiori. Alia est mollificatio lacertoꝝ per quam Dubium

reddunt impotētes ad motū: ꝛ ex hoc posset fieri remollitio. La/
certi enim palpebre sunt tres. Unus q sursum eleuat: ꝛ si iste mol/
lificat hoc mō palpebra nō posset sursum eleuari neqꝫ ex hoc clau
det: qꝛ nō est mollificatio elōgatiua: stat igit palpebra nō cadens ꝛ
nō subleuata ꝛ ista posset dici quedā remollitio. Alij duo sunt qui
claudūt eam: ꝛ isti si mollificant nō pñt claudere palpebram: ꝛ si in
vno est nocumentū media ps palpebre erit ipedita. In his tñ erit
locus multe ꝯsiderationis pp verba cōfusa Jesus. 8. ca. ꝛ Halya. 9.
theo. ca. 13. ꝛ ꝑpterea qꝛ ꝯsiderāduꝫ est qd facit spasmus ꝛ qd ista
ipotētia mollificatiōis ꝛ qd facit in duobꝰ musculis ꝛ qd in vno: ꝛ
iste sermo reqrit inqsitiōeꝫ nr̄am fen. 2. c. de paralysi. ꝛ. c. de spasmo
ꝛ. c. de tortura. Ex qbus cessant ꝯtria. ¶ Ad rōnē dōm q arguit de
mollificatiōe q elōgat palpebrā. Ad Aui. dōm q dereliqt h̄ notuꝫ.
Uel dōm q ista nō est ꝑprie iuersatio. Curā aūt Aui. dereliquit no
tam ex cura passionū que sunt cause huius egritudinis.

De grandine. Cap. 13m.

Est humiditas ingrossata ꝛ in lapidem cōuer
sa in interiore parte palpebre.

¶ Hic Aui. determinat de egritudine palpebrarū que
nominat grādo. Et p̄ notificat hanc passionē. Scdō po
nit curā. ibi (Administret ꝛc̄.) ¶ Cōsiderandū circa p̄mam parteꝫ
q humiditas igrossata ꝛ lapidata in palpebra qñqꝫ est coloris al/
bi ꝛ in forma rotunda eleuata ꝛ sic vocat grādo de qua hic est ser/
mo: qñqꝫ nō est albi coloris nec in forma sic rotūda: ꝛ tūc vocat la/
pidositas. Ex quo appet cā noīationis huius passionis noiat gran/
do ꝛ noiat morbus niueus ab albedine: qꝛ videt eius color albus
sicut nix: ꝛ posset vocari morbus glaciei: qꝛ similat frusto glaciei
ſm Rasim. 2. ꝯtinē. qꝛ similat grandini que pōt dici frustū glaciei
ꝛ noiat ēt barach a Rasi ibidē. ¶ Sꝫ tu dices que est cā albedinis
in hac passione. ¶ Dōm q vna cā est natura materiei: qꝛ mā vñ fit
est flegmatica. vñ Azarauius dicit q fit ex humore crudo. humor
aūt flegmaticus tēdit ad albedinē: vt in cōmēto afo. 30. 7. ꝑtic. si ab
albo flegmate. Alia cā est multa resolō facta ab eo: vñ tēdit ad ma
teriā siccā penetratiuā ab aere dāte sibi illustratiōeꝫ. aer. n. mistus
rebus hꝫ hoc facere: vt qnto de gñone aīaliū. c. 6. ꝛ ifra trac. 4. ca.
de imaginationibus. Appet ēt q nō soluꝫ ista passio noiat grando
ex colore sed ēt ex duritie ꝛ ex forma. vnde Jesus Haly. tract. 2. 5.
ca. dicit. est apa durū simile grandini. ꝛ hoc est qd Aui. vult. est hu
miditas ingrossata: qꝛ ad formam grossam ꝛ vnitam reducta ꝛ in
lapidem conuersa. i. indurata.

Dubium ¶ Dubitatur: vtrū locus grandis sit exterior pars palpebre vel ite/
rior. ¶ Videt q exterior per Jesuꝫ p̄alle. cap. vbi dicit. vtplurimū
generat in exteriori parte palpebre. ¶ In cōtrarium est Auic. hic.
ꝛ Halya. 9. prac. cap. 23. ꝛ Gilbertus ꝛ Rasis. 2. continentis. cap. 1.
¶ Hec ꝯdictio leuiter posset tolli negādo Jesum: sꝫ qꝛ sensus mul/
tū ꝯcordat cū sua opinione: ideo ꝯsiderandum q palpebra in qua
fiunt magis hmōi durities est palpebra superior respectu inferio/
ris palpebre: vt ad sensum videmus. ꝛ cā est: qꝛ materie illuc plus
trahunt sui motu ꝛ venaꝝ maiori abundātia ꝛ resolutio subita re/
spectu iferioris palpebre iduratiua ēt magis ibi fit: ꝛ lꝫ esset ibi ser
mo prolixus: exterius aūt. i. versus cutim plus fit q̄ꝫ interius v̄sus
oculuꝫ saltē in apparitione: qꝛ palpebra coheret oculo: ꝛ ideo opꝫ
q eminētia duritieꝝ sit plus versus extra. ¶ Sciēdū tamē q ex/
terius in palpebra est dupliciter. Uno modo supra cutim sicut ap/
parēt verruce ꝛ porri ꝛ hmōi: ꝛ hoc modo grando nō fit exterius
sed in iterius: ꝛ sic intelligit Aui. ꝛ sui sequaces. Alio modo dicitur
exterius: qꝛ sub cuti ꝛ versus cutim nō versus album oculi: ꝛ hoc
modo fit grando ꝛ apparet exterius. forsan tñ posset color quan/
doqꝫ magis apparere interius ꝛ etiam eminentia reuersata palpe
bra: ꝛ hoc ꝑpter tenuitateꝫ pellicule interioris palpebre: ꝛ ideo ēt
ipse Jesus dicit. ꝛ si fuerit egritudo in iteriori palpebre opꝫ reuer
sari palpebram. ꝛ ex hoc cessat cōtradictio.

Et quandoqꝫ fit in albedine simile grandini.

¶ Et qñqꝫ fit in albedine simile grandini. i. quādoqꝫ in albedine ocu
li: vt in cōiunctiua fit durities quedā alba que similatur grandini
ꝛ fit propter eandem cām: lꝫ Jesus multas cās sibi iponat ꝛ vocat
hanc passionem guedac, trac. 2. 43. ca. dicens q guedac siue elgue
dac est apostema durum in coniunctiua ꝛ eius colores sunt diuer/
si. i. possunt esse. color aūt eius est albus forte.

De cura. Cap. 14m.

Administretur super eam linimentū cum ace/
to ꝛ sordibus vrceoloruꝫ ꝛ reliquoꝝ. Et quā/
doqꝫ adduntur eis oleum rosa. ꝛ gūmi albo/
tin ꝛ sarcocolla aut linitur cuꝫ āmoniaco cō/

trito cum aceto ꝛ cinere ꝛ asa fetida ꝛ linimentuꝫ auri
basij aurei Jesus dictum in capitulo ordeoli.

¶ Hic Aui. ponit curā localē: ꝛ p̄mo liniēdo ex sordibus vrceolorū.
p hāc sordē possumus itelligere sorditiē aluearis siue vrceoli apū
ꝛ dicit ab Aui. mum. scdō cañ. ꝛ ꝯfert in hoc: qꝛ hꝫ virtutē lenitiuā
vñ scdō cañ. lenit duritiem. Possumus ēt itelligere sorditiē vrceo
loꝝ in qbꝰ adurit oleū: qꝛ ēt resoluit ꝛ lenit: vt Sera. c. de sorditie.
Et alios modos sorditiei possemus itelligē sicut sordities balnei
aque laudat. 4. cañ. c. d sehpiros. ꝛ iō dixit. ꝛ reliquoꝝ. ꝛ si videret
medico posset addē acetū ad faciēdū penetrationē ꝛ diuisionē. vñ
lr̄a exterior cū aceto. ¶ Sꝫ tu dices. Aui. 4. cañ. c. de sephiros. ꝓ/
hibet vsum aceti in principio: qꝛ exiccat ꝛ idurat. ¶ Dōm q Aui. i/
telligit q prius sis vsus mollificantibus illam duritiem: ꝛ postea
vtaris sorditie ꝛc̄. ¶ Uel dōm q acetū dꝫ poni in parua quantita/
te qua faciat penetrari virtutē medicine mollificantis ꝛ lenientis
vt est sordities aluearij: ꝛ nō sit acetuꝫ in multa quantitate. ¶ Uel
possumus negare litterā exteriorē. qñqꝫ addunt eis sordibus oleū
rosa. gūma albotin siue alboroim. i. terbētina ꝛ sarcocolla. hoc me
dicamē est dissolutiuū duritiei. p terbētinam ꝛ sarcocollam ꝛ oleū
rosa. reprimit acuitatē sarcocolle. ¶ Scdō fit lenitio cū āmonia/
co ꝯtrito. i. dissoluto cuꝫ aceto ꝛ cera: qꝛ fortiter dissoluit: ꝛ in hoc
medicamine oēs ꝯcordāt: ꝛ posuit hoc medicamen scdō vt nō ici/
pias ab eo: qꝛ est forte. ¶ Tertium medicamen est. administretur
linimētū aurei Jesus dictū in caplō ordeoli. Hic ꝯsidera q Aui. vi
dit librū Jesus. ꝛ cū Jesu magis ꝯcordat q̄ꝫ cuꝫ alio auctore in scia
hac de oculis. hoc aūt medicamē dicit q est dictū in caplō ordeo/
li. s. statim posito ab Aui. nā Jesus nō ponit illud in ca. ordeoli. sed
in caplō de grandine dicēs q ꝯfert grādini ꝛ ordeolo. Quid autē
Aui. velit dicere aurei Jesus nō est mihi notū. sed forsan est aliqua
illius Jesus cognominatio. Uel forsan vult dicere. aurei Jesus. i.
Jesus excellētis in scia oculoꝝ sic aurū excellit inter metalla. Ista
aūt cura ꝯfert añ ꝑfectā indurationem grādinis: qꝛ facta oīno in/
duratione curat cū ferro sicut dicetur caplō de lapidositate.

De ordeolo. Cap. 15m.

Ordeolum est apostema longū apparens su
per extremitateꝫ palpebre simile ordeo in fi/
gura sua: ꝛ eius materia ſm plurimū est san/
guis dominans.

¶ Hic Aui. determinat de ordeolo. Et p̄mo notificat hāc passionē.
Scdō ponit curā. ibi (Curet.) ¶ Pria in duas. Primo diffinit hoc
apa. Scdō ponit eius cām. ibi (Et eius materia.) ¶ Considerandū
q ordeolum est apa. s. calidum. ꝛ hoc Aui. inuit cū dicit q materia
eius est sanguis dominās apparēs super extremitatē ꝛc̄. iuxta or
tum piloꝝ simile ordeo in figura: qꝛ granum ordei est grossum ꝛ lō
gum a duobus capitibus reductū ad acuitatē: ꝛ sic est hoc aposte/
ma: ꝛ hoc accidit ꝑpter figurā palpebre in extremitate illa cui opꝫ
q ꝯfiguret a mā apatis sicut etiā ꝑpter hoc apa epatis est figure
lunaris: vt auctores scribūt. Dixit aūt in figura ꝛ nō in colore: qꝛ in
colore nō similatur sibi cum hoc apa sit rubei coloris tñ si ordeolū
sanietur ꝛ dealbetur similatur grano ordei in colore.

¶ Dubitatur circa scdam partem: vtrum causa ordeoli sit materia Dubium
sanguinea. ¶ Videt q non: qꝛ apostema durum nō est sanguineuꝫ
sed melancholicū: sed ordeolum est apostema durū ſm Azarauiuꝫ
ca. de ordeolo dicentē. Ordeolū est apostema durum. Item Jesus
tractatu scdō. 9. ca. dicit. Ordeolum est generatum de superfluita
te grossa melācholica. ¶ In ꝯrium est Auic. cum dicit. eius mate/
ria vtplurimū est sanguis. ¶ Dicendum q in ordeolo vel est calor
ꝛ inflatio ꝛ tensio: ꝛ vt sic fit a sanguine exuberanti: ꝛ qꝛ hoc ſꝫ plu
rimū videmus fieri: igit ſm plurimū fit a sanguine. vñ Auicē. eius
materia ſm plurimū est sanguis. Aut in ordeolo nō est tanta infla
tio: ꝛ sic pōt fieri a melācholia. ordeolum etiam factuꝫ a sanguine
tendit quandoqꝫ ad materiam melancholicam: ꝛ hoc dupliciter.
Uel propter fortem adustionem sanguinis vnde conuertitur ad
naturam melancholicam: ꝛ istud sapit de materia carbūculi. Uel
propter resolutionem subtilis siue ꝑpter indurationem a medici
nis repercussiuis: ꝛ istud tēdit ad naturā sephiros ꝛ lapidositatis.
ꝛ in hoc cessant contraria.

De cura. Cap. 16m.

Curetur cum minutione ꝛ euacuatione per p̄
cram ſm q sciuisti.

¶ Hic. A. ponit curam. Et primo per euacuationem.
Secundo per localia. ibi (Deinde.) ¶ Considerandum
circa primam partem q tu iam sciuisti in capitulo de cura obthal
mie calide, ꝛ in capitulo ante illud quomodo debes curare cū hie/
ris: ꝛ

ris:⁊ quomodo cōpetit flobotbomia:ad illud igitur recurre.

¶ Deinde sumat aliquid de opoponaco ⁊ resoluatur in aqua ⁊ liniat ex eo locus qm̄ est bonum valde.

¶ Ponit medicinas locales.Et primo simplices vel simplicibus ꝓpinquas.Secundo ponit quoddam compositum quod supra promisit.ibi(Et epithima.)

Dubium ¶ Dubitat an in pn̄cipio ordeoli competat repcussio.⁋ Uidet ꝙ sic qꝛ est apā:sed curatio apatis est cum repcussiuis:vt p̄ can̄.fen.4.c.de cura apatū.Itē Jesus docet inungere cum sief memithe ⁊ cū bolo armeno.⁋ In ꝯrium Aui.⁋ Dōm ꝙ ordeolum vel est a sanguine non multum maligno ⁊ tunc possumus in principio eius vti repcussiuis.vel est de sanguine maligno tendente ad naturam carbūculi venenosaꝫ:⁊ tūc non debemus vti repcussiuis sup eo:lꝫ possimus vti circūquaqꝫ vt tenet cōiter:sed cōpetūt medicamina resoluētia ⁊ trahētia mām ad exteriora.Et hoc modo medicīe resoluētes sunt conuenientes in ordeolo qn̄ ad duritiem pueniit:aut qn̄ est hora resolutionis:⁊ ɓm has omnes intētiones forsan Auic.posuit medicamina scripta.¶ Et primum est opoponacum qd̄ fortiter resoluit resolutum in aqua:qꝛ sufficit absqꝫ aceto cum nō requiratur multa penetratio.

¶ Et cōferūt ei euaporationes ex adipe dissoluto.

¶ Medicamen scdm̄ est ex adipe dissoluto ⁊ distemperato ⁊ supponatur cum panno:⁊ hoc est quod dicit littera exterior.euaporationes.i.superpositiones cum panno.

¶ Aut farina ordei cum galbano.

¶ Tertium medicamen est de farina ordei cum galbano ⁊ etiaꝫ resoluit potenter.

¶ Aut fermentum.

¶ Quartum est fermentum.s.butyro admistum.

¶ Aut panis calefactus iteratus super ipsum.

¶ Quintum est panis ⁊c̄.

¶ Et euaporationes cum cauda muscarum habentiū capita abscissa.

¶ Sextū est vaporatiōes.i.ꝯfricatōes cū cauda muscaꝝ.i.cū parte posteriori.hn̄t.n.vim ⁊ ꝓprietatē resolutiuā materieꝝ a palpebra ⁊ in hoc remedio oēs ꝯcordant.Un̄ Jesus in cap̄.de ordeolo.frica eū cū muscis abscisis capitibus.Idē affirmat Rasis scdo ꝯtinē.

¶ Aut cum aqua in qua ordeum bulliuit.

¶ Septimum est aqua decoctionis ordei:⁊ hoc quando materia adhuc haberet de calore.

¶ Aut sāguis colūbe aut sāguis alguariscē ⁊ turturis.

¶ Octauum est sanguis ⁊c̄.qꝛ resoluit:supra exposita sunt hec cap̄.de tarfati.

¶ Aut sumant parum baurach ⁊ galbani multum ⁊ cō misceantur ambo ⁊ ponantur super ordeolum.

¶ Nonum est ex pauco baurach:qꝛ multum vlceraret ⁊c̄.

Dubium ¶ Et epithima Oribasij.℞.olibani myrre:amborum an̄.partem.j.laudani quartaꝫ ptē:cere aluminis baurach armeni:oiuꝫ an̄.medietatē partis:aggregent cuꝫ fece olei de lilio ⁊ liniatur super ipsum.

¶ Ultimo ponit quoddā medicamē maioris cōpositiōis qd̄ dicit eē epithima:cū tn̄ sit vnguētū:⁊ iō dꝫ exponi epithima.i.linimētū vel vnguētū:⁊ h̄ medicamē in supiori caplo vocat linimētū aurei Jesus.⁊ h̄ dr̄ Oribasij ⁊ positus a Jesu.c.de grandine:lꝫ ibi ponat minū qd̄ hic nō ponit.Ras̄ do.2.ꝯtinētis.c.2.īponit hoc medicamē Oribasio ⁊ describit taliter ab eo.dixit Oribasius.Medicīa ad ordeolū.℞.thuris myrre:an̄.ptes.ij.laudani ⁊ boracis armeni an̄.partem.5.cere partem.j.misce cum amurca olei liliacei.

¶ De alsarnach. Cap̄.17m.

ALsarnach est additio materiei pinguis contingentis in palpebra superiore ⁊ grauat palpebrā ab apertione ⁊ facit ipsam quasi mollificatā ⁊ est cōiuncta non mota sicut nodus:⁊ plurimum quidem accidit infantibus ⁊ humectatis in quibus multiplicant lachryme ⁊ obthalmie.

¶ Hic Aui.ꝯtermīat de alsarnach.Et p̄ notificat nobis eā ondēdo qd sit.Scdo ponit signa.ibi(Et ex signis.)Tertio curā.ibi(Cura.)

¶ Cōsiderādū circa pmā ptē ꝙ Aui.ex pluribus notificat hāc passionē.¶ Primo ex hoc qd̄ dicit.alsarnach est additio.ꝙ est quedā mā in se iūcta apposita siue applicata ipsi palpebre supiori latens tn̄ sub cute:⁊ iō pōt vocari apā.Un̄ Azarauius dicit.Alsarnach est apā pinguedīs nerui:sed ꝓprius vocat quedā appositio vel additio:⁊ iō ēt dr̄ scdo ꝯtinē.c.2.ꝙ est ad modū porri:⁊ ideo pōt vocari mamilla al's minula.i.ad modū capitis mamille.⁊ ab Haly.vocat aurato.9.theo.c.13.⁊.5.prac.c.48.⁊ cap̄.de lupino.ɓm Mesue pōt huc reduci.¶ Scdo notificat alsarnach ex sui mā qꝛ dic̄ māe pinguis:qꝛ mā istius alsarnach est quoddā qd̄ nō est vere humor sed est aliqd grossum pinguosum simile quasi pinguedini carnose:sicut ēt dr̄ de materia nodoꝝ ab Aui.4.can̄.fen.3.trac.scdo ca.de nodis.Un̄ scdo ꝯtinētis Rasis ca.1.⁊.2.Alsarnach est quoddā pingue proueniēs in palpebra supiori.Et qꝛ materie vn̄ tales materie fiunt est flegma īgrossatū:iō talis passio pōt dici ꝙ radicaliter fit a flegmate sicut ēt fiunt nodi:⁊ sicut in nodis aliqn̄ repitur sicut caro vel sicut mel vel alia si'ia q̄ Aui.ponit.sic credo ꝙ possit repiri in sarnach:⁊ ideo hoc cap'm de salaach positū a Jesu trac.2.cap̄.2.ponit in hoc ca.qꝛ salaach est passio quedā in qua materia cōtinet in pellicula:⁊ forte est sicut caro vl' aliqd simile pinguedini vel melli:vt ibidē īnuit Jesus.¶ Tertio notificat ex loco cū dicit palpebra supiore.Rō est:qꝛ est magis apta recipere mās.scdo qꝛ ibi sunt nerui.s.⁊ chorde ⁊ villi musculoꝝ qbus ista mā pōt applicari ⁊ fortiter īniti:⁊ hoc videt requiri ad hoc ꝙ sit sarnach:vt apparebit:⁊ ponit Azarauius preallegato ca.¶ Quarto notificat alsarnach ex accidentibus quoꝝ vnum est in folliculo:qꝛ grauat palpebrā ab apertione.Et hoc primo:qꝛ non pmittit eam sursum trahi ꝓpter sui corpulentiaꝫ.Scdo qꝛ sui grauitate grauitat.Tertio qꝛ sui lenititione pinguosa quasi mollificat musculū:vn̄ dicit:⁊ facit ipsam quasi mollificatā:⁊ iō dixit Jesus ca.21.erūt palpebre molles relaxate.Aliud accidens siue signuꝫ in hac passione est ꝙ talis additio dicta sarnach est coniuncta non mota.

¶ Dubitat an sarnach sit mota.i.quasi separata a mēbro:vt innuit Aui.lib.1.fen.2.ca.de egritudinibus cōpositis.⁊.4.can̄.fen.3.ca.de nodis.sꝫ hec mā ē collecta in folliculo siue chisti:vt īnuit Jesus ca.21.de sarnach.vbi dicit:scinde locū in quo apprehēsum est sarnach ⁊c̄.vsquequo scindas cutē palpebre ⁊ cutem sarnach.⁊ post subdit.qꝛ nisi scindat cut] sarnach siue bernach.s.mēbrana in qua est ⁊c̄.⁋ In ꝯrium est Aui.⁊ Rasis.2.ꝯtinētis cap̄.1.dicit.annectit neruis.⁋ Dōm ꝙ mēs Aui.⁊ auctoꝝ est ꝙ mā sarnach sit multum applicata villis neruoꝝ ⁊ pelliculis palpebre:lꝫ ī se sit quoddā corpus viscosum pingue.vn̄ Jesus Haly dicit cap̄.21.sarnach est corpus pingue viscosum ꝯtextū neruo ⁊ mēbrana.⁊ Rasis scdo continētis ca.2.sarnach est quedā pinguedo ītricata neruis ⁊ panniculis:⁊ in hoc differt a nodo sumēdo nodū pro dubeleth flegmaticis ex omni pte separatis:vt sumit Aui.4.can̄.fen.3.ca.de nodis:⁊ sumēdo nodū pro quacunqꝫ duritie separata vndiqꝫ ⁊ molli in membro:qꝛ nodi sunt separati.sed sarnach quasi cōglutinat ⁊ inuiscat cū palpebra:⁊ ideo nō appet sic rotūditas in sarnach sicut est manifesta in nodis dictis:⁊ hoc est qd̄ vult Aui.est cōiuncta nō mota sicut est nodus.⁊ est sermo Rasis.2.cōtinētis ca.2.sarnach nō mouet sicut nodula.i.nodus accidēs in altera pte corporis:nec est rotunda sicut ipsa sed assimilat ei in maiori parte.⁋ Aliter tn̄ exponi posset littera.est coniuncta non mota sicut nodus.s.neruosus qui nō mouet sicut mouet nodus ꝓprie dictus:vt Aui.prealle.ca.Et appet ꝙ ex dictis sub cap̄.sarnach poni posset nodus glandula ⁊ scrophula palpebre siquis vellet.⁋ Ad ꝯtraria dōm ꝙ materia collecta in folliculo est mota respectu eius que est imbibita:sꝫ tn̄ quidā folliculus pōt ēt īuiscari mēbro in quo est:⁊ forsan non ōis sarnach ē in folliculo:⁊ si sit possibile cū folliculus applicet neruis ⁊ villis palpebre:⁊ in hoc est dr̄ia ɓm magꝭ ⁊ minus.¶ Quinto notificat sarnach ex dispositione corpoꝝ quibus accidit plus:⁊ sunt infantes ꝓpter multam humiditatē ⁊ proprie capita eoꝝ.Accidit etiam in hominibus humide cōplexionis:⁊ hoc est quod dicit.ēt humectantis vel humectatis.i.pueris q sunt cōplexione humidi.vnde Jesus plurimum accidit pueris:⁊ maxime quibus preualet in complexione humiditas in quibus multiplicat ⁊c̄.Accidit hominibus quibus multiplicant lachryme ⁊ obthalmia:qꝛ sunt apti ad receptionē materieꝝ.Uel posset dici ꝙ hic Aui.ponit aliud signū siue accidēs ꝯsequens sarnach.Nam in habentibus sarnach multiplicant lachryme ⁊ obthalmia.vn̄ Jesus ca.21.loquēs de habētib⁹ xernach dicit.Nō pn̄t sustinere lumē solis:⁊ festinat eis lachryma ⁊ sternutatio:⁊ accidit eis obthalmia multū.Et cā ē superflua humiditas capitum suoꝝ que leui cā dissoluta mouet versus oculos:vt ibidem ponit Rasis scdo ꝯtinētis cap̄.2. Dub^m

¶ De signis. Cap̄.18m.

ET ex signis eius est:quoniam cum tu tangis inflationem digitis duobus:deinde separas eos:eminentia in medio eius existit.

¶ Hic Aui. ponit signa. Et considera moduꝫ loquēdi: cum dicit. Et ex signis. q. d. Jam ego dixi tibi signa alia preter hec que dicam: ⁊ ideo forsan nō vult hic eē diuisio neqꝫ rubrica. ¶ Secundo considera ꝙ modus inueniendi per tactum sarnach: est ꝙ tu coniūgas simul duos digitos. s. indicem ⁊ mediuꝫ ꝭm Jesum cap̄. 21. ⁊ Rasiꝫ scđo cōtinentis cap̄. 2. ⁊ ponas eos super palpebra ⁊ separa eos: ⁊ tunc in medio apparet illa eminentia: quia materia sui pinguosita te ⁊ viscositate vndiqꝫ pressa ascendit ⁊ percipit̄: ⁊ hoc est qđ dicit ⁊ tangis inflationē digitis duobus. s. indice ⁊ medio.

¶ De cura. Cap. 19^m.

Cura manus est cura eius.

¶ Hic Aui. ponit curaꝫ. Et p̄mo sarnach antique ⁊ fortis. Secundo noue ⁊ debilis. ibi (Recentem v̄o.) ⁋ Prima in duas. Primo premittit que sit cura eius: qꝛ cura manus. s. cum ferro. Secundo docet hanc curam facere. ibi (Et ipsius modus.)

¶ Et ipsius modus est vt sedeat eger ⁊ teneatur caput eius tractuꝫ ad superiora: ⁊ tendatur in ipso cutis frō tis ad oculum, ⁊ eleuetur palpebra: ⁊ accipiat eam medicus inter duos indices ⁊ medium suū ⁊ comprimat parū ⁊ aggregabitur materia cōpressa ad illud qđ est inter duos digitos: ⁊ ille qui caput tenet trahat cutem ex medio supercilij.

¶ Et hec pars hꝫ qnqꝫ. Primo ponit modū situationis īfirmi ⁊ p̄parationis eius circa locū. Scđo modū īcisionis. ibi (Cumqꝫ.) Tertio modū acceptionis sarnach. ibi (Tūc si iuenit eā.) Quarto qd ponēdū post īcisionē. ibi (Et si remāserit.) Quinto declarat quedam. ibi (Cūqꝫ autem.) ¶ Sententia harū ꝑticularū facilius apph̄ēdit̄ videndo q̄ꝫ scribēdo: tn̄ in prima parte Aui. vult ꝙ infirmus sedēdo īclinet caput posterius ⁊ astans trahat cutim supcilij versus se ita vt sarnach moueat̄ versus ciliuꝫ: vt dixit Jesus ca. 21. Et hoc est qđ dicit apud oculū. i. sup oculo versus frontem: ⁊ hoc fit vt īcisio sit securior a nocumento oculi. Aliter tn̄ posset ītelligi ꝙ cutis frōtis trahat̄ īferius versus oculū: vt multū ibi abundet de cuti: ⁊ possit bene in altum eleuari: ⁊ quomodocunqꝫ fiat medicus dꝫ accipere sarnach īter duos indices. s. vnū alteri confricando versus mediū digitum vnius manus: qꝛ ex hoc ascendit sarnach.

¶ Cumqꝫ apparuerit eminentia incidat cuteꝫ ab ea sufficiēti sectione ⁊ subtili non profunda. Cautela nanqꝫ in hoc est necessaria ⁊ vt incisionem faciat post incisionem tutius est q̄ꝫ vt vnam subito audendo faciat incisionē. Cūqꝫ appꝫt per incisioneꝫ primā bonum est: ⁊ si non in anathomia additio fiat donec appareat.

¶ De scđa pte dicit ꝙ cū appꝫt eminētia ista dicta sarnach: tūc medicus debet īcidere: suauiter ⁊ melius est ꝙ pluribus vicibus ponat ferrum q̄ꝫ vna vice: ⁊ si appꝫt sarnach discooptū bonuꝫ est: ꝙ si nō ꝓcedat in anathomia. i. in incisione quousqꝫ appareat.

¶ Tunc si inuenerit eā separatam super manum suam inuoluat pānum lineum ⁊ accipiat alsarnach separando ipsam a dextra ⁊ a sinistra.

¶ De tertia parte dicit ꝙ postq̄ꝫ vides sarnach: ⁊ appꝫt sepata: tu īuolue manum i. digitū manus pāno lineo: ⁊ hoc fit vt melius possit capi: ⁊ nō labat̄: ⁊ accipiat sarnach separādo a dextra ⁊ sinistra su. ⁊ sursum ⁊ deorsum: ⁊ hoc est qđ dicit Rab. 2. ꝯti. ca. 2. īuoluat chirugicus digitos suos pecia linea vt non defluat sarnach a digitis suis: ⁊ ex tunc trahat illud medicus dextrorsum ⁊ sinistrorsum ⁊ superius ⁊ inferius: donec egrediat̄ sarnach.

¶ Et si remanserit residuum non obediens ei pulueriꝫetur aliquantulum salis super ipsuꝫ vt corrodat ip̄m. Et si fuerit in tunica ⁊ vehementis adherentie accipiat illud quod de ea separatuꝫ est ⁊ dimittat aliud ⁊ nō inuadat ip̄m: sed committat rem suam resolutioni salis qui pulueriꝫatur super ipsum. Deinde imponatur super ipsum pannum infusum aceto. Cūqꝫ matutinum affuerit secunde diei ⁊ securitas fuerit sanguinis curet ipsum cuꝫ medicinis conglutinatiuis ⁊ sint in eis lyciū ⁊ sief memithe ⁊ crocus.

¶ In quarta parte dicit ⁊ ostēdit qd ponēdū post īcisionē qn̄ aliqd de sarnach remāserit docēs īponere sal. Et dicit ēt ꝙ si fuerit sarnach in tunica multū adherēti: ita ꝙ nō iueniat̄ bn̄ separata: ⁊ tūc accipe qđ potes: ⁊ si aliqd remanet cōmitte curā īpositioni salis: ⁊ nō facias īsultū perfidū oīno volēdo cū ferro abycere illud qđ remāsit: deinde pone sup ip̄m. Deinde scilꝫ posito sale si aliqd remāsit vel nō posito si fuerit obediēs ⁊ nihil remāsit pone sup ipsuꝫ scilicet locū īcisionis pānū īfusuꝫ in aceto: qꝛ exiccat materias humidas ⁊ prohibet apostemata: ⁊ adueniēte matutino. i. mane ⁊c̄. ⁊ securus es de fluxu sanguinis vel de apostemate. vnde alia littera dicit de obthalmia. ⁊ est littera conformior secūdo continentis cap̄. 2. tūc cura cuꝫ medicinis glutinatiuis. i. cōsolidatiuis. vn̄ Rasis dicit ibidem adhesiuis sicut ⁊c̄. ⁊ hoc medicamen cōpositum ex his etiam sedat dolorē ⁊ confortat membrum.

¶ Cumqꝫ autem inuadit partem eius que non separatur detegendo ⁊ excoriando cum incisione ⁊ penetrat cum hamis super ipsa: ⁊ mouet a dextra ⁊ a sinistra donec separat̄: aut facit illud cum infimo penne. Et opꝫ vt cautela adhibeatur in perforando ab eo: ita vt nō tendat in profundum. foramen autem si tendit palpebram cum vehemētia vel fit processus in foramine tādiu donec incidatur cutis panniculi qui est sub ea nocet: ⁊ incipit apparere adeps loci incisi quando cōprimitur digitis qui ipsam circundant in circuitu cutis extense: ⁊ prouenit dolor vehemens: aut apostema calidū: ⁊ remanent reliquie dure profunde que sunt deteriores q̄ꝫ sarnach: ⁊ fortasse incidit̄ de lacerto retinente oculum aliquid conueniens ⁊ debilitatur palpebra ab apertione.

¶ In qnta pte declarat qđdā qđ dixerat. Dixerat. n. ꝙ si remaneat aliqd ꝙ ponas sal ⁊ nō īuadas. ¶ Quare diceret aliqs: ē ne aliqs modus īuadēdi istud residuū. ⁋ Dicit ꝙ sic: qꝛ aliqn̄ medic⁹ īuadit detegēdo: qꝛ bn̄ aperiēdo: ⁊ facta excoriatione cū īcisione penetraret cū hamis quibusdā sub ipso. residuo ⁊c̄. vel faciet hoc cū infima parte pēne. s. ipsam subtiliādo ⁊ faciēdo acutā plus q̄ꝫ si deberet cū ea scribi. Et dicit ꝙ talis ꝓfunda incisio dꝫ fieri cautelose vt nō sit multū ꝓfunda: ⁊ h̄ ꝑꝑ qnqꝫ cās. Pria qꝛ facit exire adipē: ⁊ ē labor incipiēdo. Scđa est qꝛ facit dolorē vehemētē. Tertia est qꝛ pōt facere ap̄a. Quarta est qꝛ facta ꝯsolidatiōe īdurat̄ ꝓfunde palpebra in loco ꝯsolidatiōis: qꝛ est ibi pāniculus: ⁊ talis īduratio ledit oculuꝫ plus q̄ꝫ alsarnach. Quinta est qꝛ posset īcidi lacertus tenens oculum. i. palpebram: vt est lacertus qui aperit eam.

¶ Recentem v̄o que debilis est plurimum sanant medicine resolutiue absqꝫ operatione manus.

¶ Hic ponit curā debilis ⁊ noue: ⁊ pꝫ. ¶ Est dubitatio vtrū qn̄ īcidimus in palpebra debeat fieri īcisio in latū vel in lōgū. ⁋ Ur̄ ꝙ in latum: qꝛ Haly. in. 9. prac. ca. 21. ⁊. 23. ⁊ ꝑ Rasim in. 2. ꝯtinētis cap̄. 2. dicētis ꝙ fiat scissura in latitudine palpebre. ⁋ In ꝯriū est idem Rab in. 2. ꝯti. ca. 2. post sermonē dcm̄ dicit ꝙ fiat īcisio in lōgitudine corporis. ⁋ Dico ꝙ longitudo palpebre dr̄ de duobus. s. de illa q̄ est ꝭm lōgitudinē corporis. s. a sursum in deorsum siue ꝭm lōgitudinē nasi. Alia est que a lachrymali ad lachrymale: ⁊ eodē mō pōt latitudo dici dupl'r. s. de ea que est ꝭꝫ latitudinē corporis. s. a lachrymali ad lachrymale: ⁊ de ea que est a sursum in deorsuꝫ que vocabat̄ corporis lōgitudo. qcqd ergo sit de hmōi noībus qn̄ īcidimus vel extrahimus alsarnach: dꝫ fieri īcisio a palpebra a sursuꝫ ī deorsum vel deorsum in sursum in linea lōga ꝭm lōgitudinē nasi. Et cā est: qꝛ sic situat̄ musculus mouēs sursum palpebrā: ⁊ in loco situationis eius fit īcisio: ⁊ iō dꝫ fieri ꝭꝫ lōgitudinē musculi: al's musculus incideretur ex toto vel ꝭm maiorē partē: vel esset periculuꝫ in īcisione: ⁊ talis lōgitudo vocat̄ a Rasi longitudo corporis: cū dixit: fiat incisio in lōgitudine corporis: ⁊ hec lōgitudo pōt vocari latitudo palpebre: vt vocauit Halya. Aui. aūt omisit hoc: vel qꝛ dereliquit notū ex dictis in prima p̄mi. in cap̄. de anathomia musculoꝝ palpebre. vel qꝛ generaliter posuit hūc cañ. in quarta p̄mi illo capitulo. Qui plagam secare voluerit. Dubium

¶ De susati. Cap. 20^m.

Est caro mollis eueniēs in interiore parte palpebre a qua nō cessat fluere sanguis rubeus ⁊ niger ⁊ viridis. Cuius quidē cura est mūdificatio cum exiccatiuis corrosiuis ⁊ colyrijs acutis.

acutis. Cũq; sufati corrosiua fuerit administrabis tũc pulueres ⁊ colyria que carnis sunt generatiua: sintq; ex eis que in vlceribus palpebrarum dure. Et ad vltimũ cura pruritus ⁊ scabiei fortium curetur.

¶ Hic Aui. determinat de quadã passione que est caro mollis que appet in iteriori palpebre. Et qꝛ eius cã est sanguis mel'icus ƀꝫ magis ⁊ minus: ⁊ forsan est sanguis flegmaticus grossus: iõ fluit ab ea sanguis qñq; rubeus qꝛ nimis niger: vel ꝓꝑ corrosionẽ ⁊ aptionez venarũ exit rubeus: ⁊ qñq; exit niger: ⁊ qñq; viridis ƀm diuersum modũ corruptiõis in sanguine. A determinatiõe ṽo de hac passione dicta sufati multi auctores excusanť: qꝛ cõprehendunt sub cap̃. de moro vel faciũt solum capl'm de carne rubea: ⁊ totũ ibi comprehendunt sicut facit Azarauius. Eius ṽo curaz ponit cũ mundificatione. s. corporis vel illius carnis ⁊ cũ hoc eius cura est cũ exiccatiuis ⁊ corrosiuis que consumunt illã carnẽ sicut sunt colyria acuta: ⁊ hoc est qȏ dicit. ⁊ colyrijs acutis. ⁊ facta corrosione fiat generatio bone carnis ⁊ sigillatio cũ his que dicunť in ca. vlceꝝ palpebrarum. s. infra vel colyriũ rubeũ lene. vel forsan vult dicere palpebraꝝ. i. oculoꝝ. ⁊ hec dicta sunt supra in trac. z. Et ad vltimum. i. in summa. vnde littera exterior haber. ⁊ omnis. requirũtur enim medicine fortis exiccationis ⁊ corrosionis ad consumptionez carnis: sicut conueniunt ista in forti scabie ⁊ pruritu.

¶ De lapidositate. Cap̃. 21[m].

Lapidositas est apostema paruũ sanguineũ ⁊ vertitur in lapidositatem a quo qñq; liberat manus operatio: deinde adhibeantur medicine vlcerum oculi.

¶ Poterat Aui. excusari ab hoc capitulo ex capl'o de grãdine: lꝫ sit aliqua differẽtia quã inuit Aui. qꝛ hec passio sequiť ãpa sanguineũ qꝛ ꝑ iduratione ꝯuertiť in hanc passionẽ que vocať lapidositas: qꝛ est ibi durities ad modũ lapidis: ⁊ in ƀ differt a grãdine: qꝛ nõ opꝫ ꝙ grando sequať ãpa sanguineũ: ⁊ pȏt differre in colore: qꝛ nõ sic est albus color lapidositatis sicut grandinis: qꝛ seruat aliqd forsan de colore nigro vel obscuro vel rubeo. Curã ãt Aui. dicit fieri quãdoq; manu. s. per icisionez. dicit qñq; qꝛ posset forsan physici cura cũ medicinis perfici si nõ esset ꝯfirmata durities. Facta icisione ⁊ extractiõe materie lapidose ponanť medicine ꝯsolidãtes: vt sunt medicine vlceꝝ oculi vel palpebraꝝ iã dicte. Alia lr̃a dicit. administreť cura mori facta icisione mori: qꝛ fit cum consolidatiuis.

¶ Est sciendũ ꝙ si recurras ad capl'a ꝑdicta videbis ꝙ Aui. ponit curã oĩum ãpatum palpebraꝝ ⁊ de eis determinat scilicet de cura calidoꝝ sanguineorum ⁊ cholericorum ⁊ frigidoruꝫ: quia flegmaticorum melancholicoꝝ ⁊ ventosorum ⁊ patet.

¶ De vlcerib' palpebraꝝ ⁊ rupturis eaꝝ. Cap̃. 22[m].

Cura administretur super ea emplastrum ex lentibus ⁊ phisticis ⁊ corticibus granatorum decoctis cum aceto. Cũq; ceciderint cortices ⁊ corrosio destructa fuerit admistrabis sup ea vitellũ oui cũ croco: qm̃ ipse consolidat: ⁊ si volueris administrabis desuꝑ colyrium de olibano ⁊ colyrium aluber cum colyrio astaticon ⁊ rubeo leni.

¶ Hic Aui. determinat de vlceribus ⁊ rupturis palpebraꝝ. Intelligit aũt per vlcera quedã formicalia. s. de cholera acuta ⁊ corrosiua ⁊ vlceratiua: ⁊ iõ capl'm de formica qȏ poniť ab Halya. ⁊ Jesu. c. 25. pȏt poni in hoc capl'o. vñ Haly. 9. theo. c. 13. dicit ꝙ formica est figura q̃ accidit in extremitatibus palpebraꝝ ⁊ in casu piloꝝ. ⁊ sub hoc capl'o qȏ Aui. ponit pȏt reponi passio dicta hiere siue rhete a Jesu Haly trac. z. ca. 24. que passio est quidã modus pruritus ĩferẽs ad ꝯfricationẽ ⁊ rubefactionẽ palpebraꝝ: ⁊ videť sicut pũctura aĩalis cimicis. Rupture ãt sunt absolute fissure in palpebra ꝓꝑ siccitatẽ multã: sicut accidit in terra sicca que findiť. ita ponit Aui. in. 7. quarti in ca. de fissuris. Primo ġ Aui. ponit curã vlceꝝ. Scȏo fissuraꝝ siue rupturaꝝ. ibi (Rupture aũt.) pꝫ. ¶ Est sciendũ ꝙ intẽtio in curatione istoꝝ vlceꝝ ambulatiuoꝝ ⁊ corrosiuoꝝ est quadrudruplex. Prima est ꝓhibitio acuitatis materie. Scȏa est eius repercussio. Tertia est ꝓhibitio corrosiõis ⁊ vlceratio ne addať: ⁊ totũ hoc fit cũ lẽtibus ⁊ corticibus granatoꝝ decoctis cũ aceto. Phistici ṽo ponũť vel ad aliquã humectationẽ qua resistať chol'e: vel vt fiat aliqualis resolutio materie: ⁊ nõ ex toto ꝯstringať. Quarta intẽtio est ꝯsolidatio: ⁊ istud fit cuꝫ vitello oui ⁊ croco post casum corticũ ⁊ cessationẽ corrosionis. Nã hñt ista virtutẽ ꝯsolidatiuam faciẽdo cessare malã dispõnẽ q̃ remãsit in mẽbro ex ariditate materieꝝ ⁊ acuitate: ⁊ in croco ẽ virtus stiptica vt ponit Auic. in scȏo canõ. ⁊ hoc ẽ qȏ dicit. qm̃ ipse ꝯsolidat. Et si videreť idigẽtia alicui' resol'onis materieꝝ ponať colyriũ olibani: dictũ est supra de eo in trac. z. ca. de sanie in oculo. Qꝛ si videť idigẽtia gñonis carnis vel icarnationis ⁊ sigillationis ponanť colyria fortius exiccãtia: sicut colyriũ alubari expositũ est supra in capl'o de exituris oculi cuꝫ colyrio astaticon expositũ est supra in capitulo de obthalmia. ⁊ in capitulo de cura eius. ⁊ colyrio rubeo leni. expositum est supra capitulo de obthalmia frigida. Omnia enim ista colyria exiccãdo possunt icarnare ⁊ generare carnẽ ⁊ sigillare ƀm diuersitatez corpoꝝ.

¶ Rupture autem palpebre recipiunt consolidationem ⁊ curantur cura rupturarum cutium dicta in capitulo suo.

¶ Hic pro cura rupturaꝝ remittit nos ad quartũ librum: ⁊ ad septimam fen eius: ⁊ dicit curať cura rupturaꝝ cutis: qꝛ in pluribus locis rumpitur: vt ibidẽ appet: ⁊ tu illuc recurre.

¶ De scabie ⁊ pruritu. Cap̃. 23.[m]

Eius causa est materia salsa nitrosa ex sanguine calido: aut humore alio acuto faciens ꝓuenire pruritum prius: deinde scabiem: cuius quidem plurimum succedit vlceribus oculi. Et incipit egritudo prius cum pruritu paruo: deinde fit asperitas ⁊ rubificať palpebra: deinde fit vt granũ fici ⁊ vlcerosa: postea adueniũt grana dura cum vehementia scissionis adest in pruritu ⁊ apostematione.

¶ Hic determinat de scabie ⁊ pruritu. Et p̊ eos notificat. Scȏo ponit curã. ibi (Cũ scabiei.) ⁋ Prima in quattuor. Prĩo ponit cãs ei'. Scȏo ponit ordinẽ iter scabiẽ ⁊ pruritum. ibi (Faciẽs prouenire.) Tertio ponit ordinẽ in mȏ euẽtus eaꝝ. ibi (Cuius quidẽ.) Quarto ponit eius spẽs. ibi (Et icipit.) pꝫ. ¶ Est sciẽdũ ꝙ scabies ⁊ prurit' ꝓueniunt ab omni humore acuto: ⁊ ẽt a sanguine inflãmato: ⁊ iõ dicit sanguĩe calido: ⁊ a mel'ia: ⁊ a flegmate salso ⁊ cholera adusta: ⁊ iõ dicit Aui. aut humore alio ⁊c̃. aut salsa nitrosa ⁊c̃. q. d. ex materia multe salsedinis: qꝛ mã acutior est nitrosa q̃ȝ mã absolute salsa sicut nitrũ siue baurach est sale acutius. He aũt mãe sunt cã huius pruritus ⁊ scabiei: qꝛ cũ acuitate hñt grossitiẽ sube ꝑ quã retineť.

¶ Et sciendum est circa secundã ꝑtem ꝙ Aui. inuit hic talem diuisionẽ ꝙ mã ista p̃mo facit pruritum: scȏo scabiẽ. Rõ est: qꝛ materia prius est sub cuti: cum facit punctionẽ icitantẽ ad scalpendum absq; hoc ꝙ faciat pustulas ⁊ bothor. Scȏo facit eas cũ propulsione sua ad exterius: ⁊ hoc est scabies: ⁊ ideo differt scabies ⁊ pruritus: qꝛ in scabie sunt pustule: nõ aũt in pruritu.

¶ Dubitať vtrũ materia que facit prurituũ distinctũ ꝯ̃ scabiẽ sit subtilior mã scabiei. ⁋ Uť ꝙ sic ꝑ Gal'. in. 5. de accidẽti ⁊ morbo. c. pen. ⁊ ꝑ Halya. 8. theo. c. 17. ⁊ ꝑ Azarauiũ cap̃. de pruritu ⁊ scabie. ⁋ In ꝯ̃riũ est Auicẽ. ⁊ Jesus in. z. tract. c. 17. vbi loquẽs de pruritu dicit qꝛ cã eius est mã salsa grossa. ⁊ Aui. in septima q̃rti: vbi loquẽs de scabie quam distinxerat ꝯ̃ pruritum dicit ꝙ ipsa est a mã subtili. Dub[m] p̃[m]

¶ Hec dubitatio alibi subtilius disputať: tñ in ꝓposito triplex solutio dať. ⁋ Prĩo est ꝙ pruritus qdaꝫ cito est sanabilis: ⁊ iste fit a mã subtiliori. qdã est lõgior: ⁊ iste fit a mã grossiori: ⁊ hec sol'o pȏt accipi ab Halya. ꝑallegato cap̃. hec tñ sol'o nõ euacuat quesitum. ⁋ Scȏa est ꝙ mã pruritus qñq; est grossior q̃ȝ mã scabiei: ⁊ qñq; est subtilior. ⁊ in hoc differt scabies a pruritu: qꝛ in scabie sunt pustule ⁊ bothor circa superficiẽ cutis: sed in pruritu nõ. Pȏt aũt cõtigere hoc ꝙ mã nõ faciat bothor in cute: qꝛ nõ pelliť extra: ⁊ hoc pȏt eẽ ex defectu virtutꝭ expulsiue: ⁊ qñq; ex grossitie mãei. Si ġ eẽt subtilior pelleret extra ⁊ posset facẽ bothor ⁊ scabiẽ: ⁊ talis pruritus est a mã grossiori ⁊ scabies sibi cõparata est de mã subtilori. Pȏt ẽt accidere ꝙ materia facit bothor: qꝛ nõ subtilis euaporationis. Et ꝯtinget ꝙ nõ facit bothor: qꝛ materia est subtilis que ẽ mota versus cutẽ: ⁊ iõ anteq̃ȝ ad suꝑficiẽ appropĩquet sui acuitate pũgit ⁊ facit prurituũ. cũ aũt ad extra pertigit in subtilitate euaporat: que aũt eẽt grossior hic retineret ⁊ posset facere pustulas si aggregareť. Et iõ auctores videnť qñq; sibiipsis contradicere in mã scabiei ⁊ pruritus. ⁋ Tertia solutio est ꝙ absolute materie pruritus est subtilior: qꝛ hꝫ acuitatẽ: sed mã scabiei est grossior: qꝛ non opꝫ ꝙ eius mã sit sic acuta pruritiua. sufficit enim ꝙ pustulas faciat. ⁋ Ad auctoritatẽ Jesus posset rñderi ꝙ nõ loquiť de pruritu solo sꝫ de pruritu vlceroso. vel dicẽdo ꝙ mã prurit' est grossa nõ respectu materie que faciat scabiẽ sed respectu materieꝝ subtiliũ que oĩno acute euaporãt. ⁋ Ad Aui. dȏm ƀm hanc responsionẽ ꝙ littera vult dicere ⁊ ipse. s. pruritus: lꝫ nõ credaꝫ ꝙ fuerit mẽs Auicen.

¶ Est sciendũ circa tertiã partẽ ꝙ vlcera oculi ꝓꝑ vehemẽtiã do-

loris vñ trahunt materias ⁊ pp mãs corruptas quas emittunt q̄ materie statim tangunt palpebras sunt cause scabiei ⁊ pruritus: ⁊ obthalmia ẽt ſm hunc modum est causa eorum.

Dubᵐ 2ᵐ ¶ Est dubitatio circa q̃rtã ptẽ vtruꝫ spẽs scabiei sint bñ assignate. ¶ Videt ꝙ nõ: q: auctores ponũt cõiter ꝙ sunt quatuor: sed Auic. nõ distinguit eas. ¶ Solutio ꝙ spẽs scabiei pñt distingui dupľr. Primo ex diuersitate materiez: ⁊ sic tot sunt spẽs quot sunt spẽs humoꝝ potentium illas facere: ⁊ sunt quatuor vt cholera flegma melãcholia ⁊ sanguis cũ fiunt acuti. Alio mõ pñt distingui ex parte quorũdã accidẽtiũ ⁊ graduuꝫ: lꝫ ẽt ibi ꝯcurrat aliqua diuersitas in mã: ⁊ sic sunt quatuor spẽs. Propter qꝺ est sciẽdũ vt appet mens Aui. ⁊ Jesus. 2. tracta. ca. 4. ⁊ Haly. 9. theo. cap̃. de egritudinibus palpebraꝝ cap̃. 13. ⁊ Rasis. 2. ꝯtinẽtis cap̃. 1. ⁊ ẽt 2°. distinguũt quatuor spẽs scabiei. ¶ Prima est in qua apparet in iterioribus palpebrarum superiorum rubor ⁊ sentitur pruritus ⁊ est ibi grossities cum pauca speritate: ⁊ hãc spẽm tangit Auicen. cum dicit. Et incipit egritudo cum pruritu paruo: deĩde fit asperitas. s. parua ⁊ rubificatur ⁊c̃. Et tunc est scabies: quia anteq̃ fiat aliqua aspitas non est scabies sed pruritus purus. asperitas autem fit propter pustulas paruissimas facientes inequalitatem in superficie palpebre ⁊ vocatur a Serapione tracta. 2. caplo. 5. dissuris. i. pruritus.

¶ Scḋa spẽs scabiei est in qua apparet maior asperitas in iteriori palpebre superioris ⁊ maior rubor: ⁊ istam spẽm Aui. dedit itelligi p primã: q: nõ est aliud nisi augmẽtatio pme speciei: vel dedit itelligi per hoc qꝺ dixit: deĩde fit vt granũ fici ⁊ vlcerosa. Propter qꝺ est sciendũ ꝙ per granũ fici itelligimus grana parua similia panico q̄ iacẽt itus in fico iteriori carnositati ficus: ⁊ sunt semia ficᵒ. in hac ꝰ scḋa spẽ scabiei pustule sunt addite ⁊ collegerũt mãm: vñ locus pustulaꝝ appet aliqualiter albus vel citrinus: ⁊ hoc ꝓpter adunationẽ materie que igrossat: vel pp aliquas crustulas q̄ fiunt ibi. sꝫ loca circa pustulas apparẽt rubea icensa: ⁊ ideo appet sicut esset caro ficus cũ granis que apparẽt qñ aperimus ficũ: ⁊ hoc est qꝺ dicit. deĩde fit vt granũ fici. i. vt granũ ficus qꝺ appet simul cũ carne sine suba rubee ficus: ⁊ hoc q: mã iã adunat in locis pustulosis iõ icipit vlcerare disrũpendo: ⁊ hoc est qꝺ dicit. ⁊ vlcerosa. ⁊ vocat hec secunda spẽs cinthuris. i. asperitas: nõ ꝙ in pma specie nõ sit etiã aliqua asperitas sed parua. ¶ Tertia species est in qua appet maior asperitas in iteriori palpebra ⁊ scissure: ⁊ sunt itantũ manifeste ꝙ si respicies palpebrã iuersam videbitur tibi sic̃ ficus crepata vel scissa: ⁊ ideo a quibusdã vocat hec spẽs ficulnea: vt ponit Jesus trac. 2. ca. 4. de scabie. hãc vᵒ spẽm Aui. posuit cuꝫ dixit. postea adueniunt grana dura. i. pustule ⁊ cruste dure cũ vehementia scissionis adest. i. cũ est multa scissura: sicut scindunt ficus cũ sunt mature. in pruritu ⁊ apatione. i. cũ ex pruritu ⁊ apatione sequit multa scissura. vel possumus dicere ꝙ hãc tertiaꝫ spẽm Aui. ponit cũ dicit. deinde fit sicut granũ fici. ⁊ vlcerosa. i. fit illa quasi vt granũ fici: q: ficus vlcerosa. i. hñs scissuras. q. d. fit illa in qua apparẽt fissure: sicut in granis fici siue in ficu. Et ſm hãc expõnẽ dicemᵒ ꝙ Aui. in sermone qui p̃cessit ante istũ duas inuit spẽs scabiei: vel põt dici ꝙ hãc vnã spẽm ponit in vno verbo. ⁊ vlcerosa. Est tamẽ sciendũ ꝙ lꝫ in hac specie scissure appareãt in palpebra a pte interiori: ⁊ hoc q: est pars iterior: possibile tñ est ꝙ appareant in parte exteriori cũ illuc materia attingat. vñ Jesus dicit. videbis in exteriori palpebra simile scissure ficuũ. Eodẽ ẽt modo dꝫ itelligi de rubore ⁊ alijs accidẽtibus ⁊ nominat hec tertia spẽs a Serapiõe sucusuris. i. ficus. ¶ Quarta spẽs scabiei est in qua asperitas est maior ⁊ scissure: ⁊ oĩa que dicta sũt in tertia spẽ: vt Haly. dicit ⁊ Ras 2. ꝯtinẽtis ca. 1. ⁊ hãc spẽm ſm vnũ modũ exponẽdi Auic. dedit intelligi ex tertia specie: q: ipsa ⁊ quarta non differunt quasi nisi ſm maius ⁊ minus. Scḋm vᵒ aliũ modũ exponẽdi Aui. ponit hanc q̃rtam spẽm: cũ dicit. postea adueniũt hec grana dura. i. dure pustule vel eminẽtie pue cũ vehemẽtia scissiõis adest. i. cũ adest vehemẽs scissura in pruritu ⁊ apatione cũ pruritu. i. ⁊ apate ⁊ pro. i. ex pruritu ⁊ apatione. i. ex pruritiua ⁊ apostemosa mã: ⁊ hec spẽs scabiei: vt auctores ponũt est valde longa: q: mã tendit ad nãm melãcholicam. vnde Jesus de quarta specie scabiei dicit, videbis eam nigrã ⁊ superius cortices siccos: ⁊ noĩat turusich aľs tulusius. i. exiccatio soliditatis. i. solide partis palpebraꝝ vel solide humiditatis. ⁊ q: in primis duabus speciebus nõ est multa exiccatio; iõ oculus apparet humidus lachrymosus ⁊ lipposus. In tertia autẽ ⁊ quarta pp multã ariditatem ⁊ ꝯsumptionẽ humidi nõ ꝯtingit. ⁊ ex hoc exponunt q̄dã dicta Halya. Serap. ⁊ Jesus que vident obscura in capitulis de scabie: ⁊ q: iste spẽs scabiei sunt quasi quidaꝫ gradus in ea subsequenter euenire potẽtes: iõ Aui. nõ curauit eas expresse distinguere: quãuis in cura ostẽdat ꝙ distinctio dꝫ intelligi in his dictis: q: curam distinguit ſm spẽs vt apparebit. hic vᵒ eẽnt multa dicenda siquis vellet saluare dicta Jesus qui parũ in distinctione harum specierum videtur deuiare.

¶ De cura eius. Cap̃. 24ᵐ.

Cum scabiei associatur obthalmia cura priuꝫ obthalmiã: deinde procede ad scabiẽ postq̃ nõ dimiseris rẽ obthalmie: ⁊ siľr sunt dispositio ⁊ iudiciũ si est egritudo alia. Nam opꝫ vt tu vehementiorem earum diligenter attendas.

¶ Hic ponit curã. Prĩo qñ scabies est ꝯiuncta alteri egritudini in suba oculoꝝ. Scḋo qñ est sola. ibi (Cũq̃ videris.) pꝫ.

Dubᵐ 3ᵐ ¶ Est dubᵒ vtrũ stãte obthalmia ⁊ scabie vel vlcere oculi sit icipiẽdũ a cura obthalmie ⁊ vlceris vel a cura scabiei. ¶ Videt p̃ ꝙ a cura scabiei per Auic. supra in capitulo de cura ꝯturbationis oculi. ¶ Scḋo sic. scabies põt eẽ cã obthalmie: ergo itendẽdo ad causaꝫ oportebit primo a scabie icipere. ¶ In ꝯ̃riũ est Aui. hic. ¶ Dõm vt supra inuit Auic. ⁊ hic ꝙ vel obthalmia aut vlcus oculi est cã scabiei: ⁊ sic opꝫ icipere a cura obthalmie vel vlceris. Rõ est pmo: q: hec est vna itentio in ordine curatiõis: vt pꝫ. 7. terapẽ. ca. 12. ⁊ vlti. ca. 4. fen. 1. cañ. Scḋo q: imaginãdũ est ꝙ obthalmia vel vlcus ex quo causant sunt vehemẽtiores passiones q̃ scabies: ⁊ sunt vehemẽtiores ex parte dignitatis lese actionis: q: ledũt actioneꝫ oculi. siľr sunt vehemẽtiores ex parte accidẽtiũ: q: scabies nõ est prauoꝝ accidẽtiũ nisi cũ oculo cõicat vlcerãdo aut apando: ⁊ hoc est qꝺ dicit Aui. cura prius obthalmiã. ⁊ siľr sunt dispositio ⁊ iudiciũ. ⁊ eodẽ mõ dꝫ ꝓcedi disponendo oculũ. ⁊ idẽ dꝫ eẽ iudiciũ si est alia egritudo. s. in substantia oculi: vt si est vlcus: q: prius dꝫ icipi a curatione vlceris: ⁊ subdit cãm. Nã opꝫ vt tu vehemẽtiorẽ eaꝝ attẽdas diligẽter: quasi dicat cũ obthalmia ⁊ vlcus oculi sit vehementior morbus q̃ scabies: ꝰ a cura istoꝝ opꝫ icipere. si vᵒ scabies sit cã obthalmie: ita ꝙ obthalmia sit leuis potes incipere a cura scabiei. ⁊ hoc declaratuꝫ ẽ supra in tra. 1. c. de cura ꝯturbatiõis oculi. ¶ Est tñ sciẽdũ ꝙ lꝫ prius qñq̃ icipiamus a cura scabiei: nõ tñ dꝫ negligi obthalmia quãuis sit leuis. Cã est q: posset per negligẽtiaꝫ augeri ⁊ fieri peior dispositio q̃ sit dispositio scabiei. Eodeꝫ ẽt mõ lꝫ pmo icipias ad curã obthalmie: ⁊ postea vadas ad curã scabiei nõ debes negligere rẽ. i. dispositionẽ aliquã obthalmie. i. quaꝫ obthalmia dereliquit in oculo: vel quã posset iducere: q: oculus post obthalmiã remãsit aliqualiter debilis paratus recipere. Et iõ fortes medicine pure ad scabiẽ vsitate ledẽdo oculũ facerent reuerti obthalmiã imo nouã generarẽt: ⁊ hoc ẽ qꝺ dicit. postq̃ nõ dimiseris rẽ obthalmie. hoc aũt fit nõ ponẽdo fortes medicinas vehemẽtes scabiei: vel nõ ponẽdo eas puras. Ex q̄bus soluunt ꝯ̃ria.

¶ Cunq̃ videris vlcerationẽ ⁊ apostema caue ne administres medicinas acutas ⁊ similia eis nisi post cõsecutionẽ cũ facilitate ad possibilitatẽ. Nã tu trahes cuꝫ medicinis aquam vehementem.

¶ Hic ponit curã solius scabiei. Et p̃ eius q̄ est in pᵃ spẽ siue in pnᵒ. Scḋo eiᵒ q̄ est in scḋa vel in tertia inuẽs de q̃rta. ibi (In scḋa vᵒ.) Tertio reuertit ad cõplemẽtũ cure pme spẽi. ibi (Illiᵒ aũt q̄ cura.) pꝫ. ¶ Est sciẽdũ p̃ ꝙ hec lr̃a põt dupľr exponi. Prĩo ꝙ Aui. hic ponit curã speciei pme: ⁊ tũc exponat. Cũ videris vlcerationẽ ⁊ apa. s. in carne ⁊c̃. Alio mõ ꝙ ipse declaret dictũ statim. s. ꝙ qñ cũ scabie associat obthalmia vel alia egritudo opꝫ ꝙ prius cures illã. Vult ergo hoc declarare dicẽs ꝙ cũ videris vlcerationẽ. s. oculi: ⁊ in ħ exponit qꝺ dixit. Alia egritudo ⁊ apostema. i. obthalmia. Caue ne tu admistres medicias acutas. s. q̄ cõpetunt in scabiei cura: ⁊ siľia eis vt medicie vehemẽtis siccitatis nisi post ꝯsecutionẽ cũ facilitate. i. nisi postq̃ tu feceris eas faciles ꝯsequẽdo vel ꝓsequẽdo in cura obthalmie ⁊ vlceris. pmo ad possibilitatẽ. i. ſm ꝙ est possibile: q: nõ est possibile curare sic ꝑfecte obthalmiã qñ est ꝯiuncta scabiei. nã tu ⁊c̃. i. si aľr facis ⁊ sic augmẽtabis obthalmiã ⁊ vlcus.

Dubᵐ 2ᵐ ¶ Scḋo est dubitatio pp pmã expõnẽ: vtrũ in pma spẽ scabiei debemus vti medicis acutis. ¶ Vr ꝙ sic. p̃ p Jesuꝫ q p̃ ꝓcipit eũones fieri in pma spẽ: sic Aui. itelligit ꝙ tu facias. Scḋo ꝓcipit ꝙ reuoluas palpebrã ⁊ frices cũ sief rubeo acuto. Idẽ ponit Rasis. 2. ꝯtiñ. aucto. Sera. c. 2. ¶ In ꝯ̃riũ est Aui. hic ⁊ Haly. in. 5. prac. c. 49. vbi solũ docet de localibus ponere sief rubeũ lene siue leue ⁊ puluereꝫ croceũ. ¶ Dõm ꝙ in pma spẽ scabiei vel subito approximas medicias acutas: ⁊ hoc est icõueniẽs. Rõ ẽ: q: subita acuitas eaꝝ est cã additionis in apatione attrahẽdo mãs ad locũ: ⁊ hoc est qꝺ dicit. Cũ videris vlcerationẽ ⁊ apa. s. ichoare vlcerationẽ. s. puã ⁊ occultã: ⁊ apata parua q̄ dicunt eminẽtie pue. Caue ne administres medicias acutas: nã tu trahes cũ medicis. s. acutis aquã vehemẽtẽ. i. multos humores. Et q: hoc declarat p multũ cursum lachrymaꝝ fluentiũ pp colliquationẽ factã: ideo dixit aquã vehementẽ. Causa aũt quare iste medicie acute subito approximate in scabie in prima spẽ

ma spē sunt cā tractus humorum: nō aūt in scđa spē vel tertia vel quarta est: q2 in pma spē nondū facta est īduratio supficiei palpebre: neq3 facta est crusta: nec est multa corruptio in palpebra: ⁊ iō statim sentit acuitatem medicine ⁊ fit dolor vehemēs: ⁊ medicina acuta statim ⁊ fortiter imprimit. Jn alijs vo spēbus est facta crusta ⁊ īduratio: vñ pcedit fricatio cū zucchoro: pmo ad molliendū qđ nō pcedit in pma spē fm Jesum: ⁊ ideo medicine acute non sic imprimūt: vel nō subito approximas medicinas acutas: sed gradatim pcedendo de minus acutis ad magis acutas de appositiōe rara ad frequētē ⁊ de parua quātitate medicine acute ad multā: ⁊ sic psequēdo possumus vti medicinis acutis: ⁊ hoc est qđ dicit Auic. Caue ne administres medicinas acutas ⁊ similia eis: vt fricatiōem cū rebus asperis: nisi post psecutionē. i. nisi cū quadā psecutiōe: cū facilitate. i. facilr facta. p. s. cū faciliorib9 īcipiēdo: vel nisi post cōsecutionē cum facilitate. i. nisi postq̄ tu faciliter peruenis ad illas. tunc aūt faciliter peruenis qñ nō īcipis ab eis. Ecce ergo q Auicē. nō negat ex toto vsum medicinarū acutarū: sed negat vsum earum difficilē. Ex quibus cessat ptradictio īter auctores.

Dubm 3m ¶ Tertia est dubitatio vtrū in cura scabiei cōpetat medicamē repcussiuū. ¶ Uf q sic: q2 mā scabiei pōt eē in fluxu: ⁊ sic eget repcussiuis. ¶ Jn ptrium est Jesus ca. 4. q in cura scabiei phibet sief albū: ⁊ oēs Auctores pcordāt q medicine que ponunt sunt sicut sief viride vel rubeū leue vel acutū. ¶ Est sciēdū q mā scabiei in q̄cunq3 spē sit iā ītelligit q in parte sit collecta vel fluxa: q2 aliter nō esset scabies: sed eēt quedā dispō ad scabiē. nā in scabie op3 vt sit pustula: l3 magis vel minus apparēs fm diuersitatē scabiei: ⁊ iō op3 q mā iā exiuerit venas ⁊ sit fixa in pticula: l3 sit poše q sit ibi fluxus materierū ad oculū: īmo fm plurimū in speciebꝰ scabiei est fluxus materierū pp dolorē q semp ptingit in pfricatiōe palpebre aspere ad oculum. Ex qbus nūc dictis ⁊ alijs supra appet q in oī spē scabiei op3 q vtamur medicamine cōposito ex medicinis stipticis ⁊ ex acutis. medicine quidē stiptice sicut lapis emathitis ⁊ hmōi ponunt ad pfortationē palpebre ne recipiāt mām ⁊ vt exiccēt: ⁊ cū hoc p friditatē ⁊ stipticitatē pñt repcutere: sed medicine acute. s. fortis exiccatiōis: sicut est es vstū ⁊ aloes ⁊ similia ponunt ad exiccādū ⁊ resoluēdū mām que est in parte ⁊ ad dissoluēdū eaz ⁊ faciēdū puerti ⁊ euacuari in lachrymā ⁊ vt psolidēt ⁊ vt acuitate attrahāt aliquas humiditates subtiles cū qbus siccitas materie leniat vt supra posuit Aui. in ca. de gesse. Ad hanc ītentionē lenitionis ponunt cū istis medicis quedā leniētia sicut gūmi arabicū ⁊ dragagāti. Jste enim hñt multā vtilitatē in sief hmōi acutis. Prio q2 leniūt mām. Scđo q2 sedāt pruritū. Tertio q2 tractuz scabiose palpebre ad oculū faciūt magis facilē. Quarto q2 reprimūt furiosam acuitatē medicinarū. s. viridis eris ⁊ hmōi. Quinto q2 tenent has medicinas secū mistas: ⁊ faciunt eas pseruari in palpebra ⁊ adherere. Et q2 in pma spē scabiei est multa ītentio phibitionis cursus: ⁊ nō est tāta necessitas medicinarum acutarū quāta est in quarta: nec in secūda quāta est in tertia: iō medicamē qđ in pma spē approximamus h3 plus de medicinis istis. s. frigidis ⁊ stipticis. Sed medicamē in tertia ⁊ quarta spē ēt h3 plus de acutis medicis: ⁊ hoc p3 vidēdo cōpōnē sief rubei leuis a quo secure possumꝰ īcipere in pma spē scabiei: deīde ad sief acutū rubeū: vel viride ad qđ postea deuenimꝰ. ¶ Ex qbus soluit dubitatio: q2 in scabie nō possumꝰ vti in aliqua sua spē medicis solū repcussiuis pp cām dictā: l3 magis possimus vti repcussiuis in pma spē: tñ semp op3 cū hoc q sint exiccatiue ⁊ psumptiue materierū: ⁊ iō qdā sunt curati a pma spē scabiei cū puluere solo galle asperso sup īteriori pte palpebre fm q ponit Jesus ca. 4. ⁊ Rasi in. 2. ptinē. c. 2. Modus aūt est q reuerset palpebra ⁊ aspergat sup ea puluis ⁊ liget sic reuersata ⁊ dimittat tribus horis. qñq3 tñ propter sedationē asperitatis aut coloris aut doloris ponimus aquā rosatā cū seminibus cydoniorū: sicut post fricationē docet Zoar ca. 4. trac. 8. primi libri.

¶ Jn scđa vo ⁊ tertia specierum predictarum necessaria est fricatio aut cum ferro aut cuz medicinis. fiat fricatio ex eis que sunt sicut spuma maris: ⁊ proprie generis eius qđ noiatur casuri: aut cum folijs fici: aut fac fricationem ex sedenigi ⁊ croco ⁊ marchasita: fiat ex ex eis colyrium ⁊ fricetur cum eo.

¶ Hic ponit curā secūde ⁊ tertie speciei: ⁊ īnuit curam quarte: ⁊ in summa ponit curā scabiei in qua est manifesta asperitas: ⁊ est sic crustula pustularū: ⁊ hec cura est cū remouētibus illā crustā: ⁊ hoc fit fricādo palpebrā īuersatā. Fricatio aūt fit cū ferro. s. nō habente multā acuitatē sed debitā: ⁊ fiat forma qua possit bene adherere sic eēt sic. Fit aūt fricatio hec cū spuma maris dicta casuri: ⁊ est vna spēs de qnq3. Moderni āt vtunt pumice. Fricatio aūt fit cū folijs fici vel cum medicamine qđ ponit ex sedenigi. i. lapide emathitis ⁊c. ⁊ fiat ex eis colyrium. i. sief: habet enim hoc medicamen virtutem abstergendi ⁊ exiccandi fortiter ⁊ confortandi.

¶ Jllius aūt que curam recipit cum medicinis ⁊ est illa que non cōsequit gradū scđm ⁊ tertiū specierū predictarū initiū cure est assiduatio euōnis ⁊ flobothomie: ⁊ si non plus saltē bis in mēse: ⁊ flobothomia lachrymalium post flobothomiam vlem: ⁊ assiduatio balnei ⁊ alienatio pulueris ⁊ fumi ⁊ vociferationis ⁊ cautela vehementie stricture colli ⁊ coartationis capitis ⁊ furoris ⁊ ire ⁊ multitudinis loquele ⁊ applanationis puluinaris ⁊ prolongationis iacendi super faciez: ⁊ oīum que ascendere faciunt materias ad superiora ⁊ trahūt eas ad faciem.

¶ Hic ponit curā scabiei in pma spē. Et pmo per euōnem ⁊ per regimē. Scđo p medicinas locales. ibi (Et pfert) p3. ¶ Et sciendū circa pmā q p curā cū medicis ītelligit illā q̄ distinguit p curā factā cū ferro abradēte. Hec enim abrasio fortis cū ferro vel cū re q̄ stat loco eius vt pumex vel folia ficus nō puenit in pma spē: ⁊ maxime in pnº: q2 nō est nota aspitas nec crusta. Et iō sufficit appositio medicinarū q̄ dicent: ⁊ regimē euacuatiuū p ⁊ phibitio ascēsus materierū ad caput. Euacuatio fit cū pharmacia vel flōmia bis in mense. Et hoc fit vt corpus fiat vacuū ⁊ auarū ⁊ materie nō ascēdāt ad caput. Fit ēt euacuatio cū flōmia venarū lachrymaliū: ⁊ hanc Aui. nō precipit bis in mēse timēs de euōne ab oculo ⁊ eius debilitate: sed ista flōmia nec illa d3 fieri bis vel semel in mēse: nisi post multā psiderationē medici. Regimē aūt fit cū balneo ⁊ alienatiōe oīu3 q̄ mouēt mās ad caput siue mordicādo sicut facit fumus ⁊ puluis: siue coartādo versus caput sicut vociferatio ⁊ strictura colli ⁊ capitij. i. colarij: siue inflāmādo vt ira ⁊ multitudo loquele: ⁊ vociferatio ēt posset poni īter ista: siue situādo caput decliue sicut multitudo applanatiōis puluinaris: ⁊ multitudo plongationis iacendi super faciē ⁊ oīum ⁊c. sicut multus tactus ⁊ pfricatio ptiū faciei: ⁊ vsus rerū mouētiū ad caput vt multus potꝰ vini ⁊ vsus acruminū.

¶ Et cōfert in principio sui quidem colyrium rubeum lene ⁊ post ipsum colyrium viride lene.

¶ Hic ponit curā per medicinas locales. Et pmo qñ scabies prime speciei est leuis. Scđo quando iam pfirmat siue fortificat. ibi (Qz si fuerit fortior.) p3. ¶ Est sciendum circa pmam partez q ex ista lrā sumit q superius dicebat. s. q in pma specie scabiei d3 īcipi a medicinis non multū acutis: sicut est colyrium rubeum leue ⁊ gradatim ire ad fortiora vt est viride leue.

¶ Qz si fuerit fortior illa: tunc acutius vnoquoq3 eorum est ēt tarthamaticon ⁊ colyriū arasistratis: ⁊ colyriū de croco: ⁊ qñq3 curatur cuz felle hirci ⁊ felle porci ⁊ cum sale āmoniaco ⁊ thutia ⁊ ere adusto ⁊ calcadis piūctim ⁊ sepatiz: ⁊ basilicon ⁊ colyriū generatiuū sunt bona ⁊ medicamen arasistratis est valde bonum.

¶ Hic ponit curā scabiei qñ fortificat: vt q2 auget asperitas ⁊ vlceratio: ⁊ in hoc Aui. īnuit curā aliarū spērum. s. scđe ⁊ tertie ⁊ q̄rte si medicꝰ pspicaciter psiderat. Prio enumerat medicias acutiores pdictis q̄ pueniūt in scabie fortiori q̄3 sit īchoatio pme spēi. Scđo ponit descriptionē quarūdā medicinarum. ibi (Et ex medicinis.) ¶ Dicit p q in fortiori scabie q̄3 sit scabies īchoās vel q̄3 sit scabies pme speciei medicamē acutius illis pueniēs est tarthamaticō fm Mesue positū trac. 1. c. 23. colyriū arasistratis ponit in. 5. cañ. trac. 2. colyriū de croco p3 ibidē. Et qñq3. s. cū īdiges fortiori medicamine curat cū felle ⁊c. Calcadis ē spēs vitrioli vel viride eris piūctiz ⁊ sepatim: q2 oēs iste medicine singulariter sunt fortiter exiccatiue: l3 diuersimode: ⁊ iō piunctim siue sepatim singulariter pferūt. Basilicō ponit in. 5. cañ. ca. pallegato. Colyriū generatiuum est illud qđ ponit in ca. de lachrymis. ⁊ tunc ēt Aui. laudat medicamen arasistratis: vel q2 est multum vtile: vt appet ex eius descriptiōe: vel dixit hoc bis: q2 reperit duarum descriptionum.

¶ Et ex medicinis conferentibus est medicamen huius. ℞. charabe partem. j. corticis granatorum partes ij. conficiantur cuz melle aut aloes partē. j. salis ammoniaci partem. 5. conficiantur cum melle ⁊ administrentur: ⁊ iterum sumantur eris vsti. xvj. aur. piperis. viij. aur. climie. iiij. aur. myrre: croci: amborum añ. aur. ij.

floris eris.v.aur.gummi.xx.aur.terantur ⁊ misceantur sicut scis cum aqua pluuiali.

¶ Hic ponit descriptionē quarūdam medicinaꝝ:⁊ ponit duas vel tres:⁊ qlibet ē fortis exiccatiōis:ꝫ scđa sit fortior ꝙ̄ pma. Aureus est pōdus.ʒ.j.vel.ʒ.j.s. Misceant̄ sicut scis.s.vehementi mistione: scis hoc ex quodam colyrio posito supra cap̄.de rupturis cornee. Cum aqua pluuiali:q̄ est multe subtilitatis.

¶ De tumore. Cap.25m.

Alintifach est apostema cum pruritu:⁊ quandoqꝫ est illud qđ in ipso dominat̄ vētositas:⁊ quādoqꝫ est superfluitas subtilis flegmatica:⁊ quādoqꝫ est superfluitas aquosa:⁊ quādoqꝫ est superfluitas melancholica.

¶ Hic Aui.determinat de passiōe q̄ dr̄ tumor.Et p̄ ponit eius cās. Scđo signa.ibi(Qđ vētosuꝫ ē.)Tertio curā.ibi(Opꝫ vt icipias.)

¶ In precedenti parte Aui. posuit anathomiã nariũ ⁊ determinauit de modis administrationis medicinarũ narium seu ad nares: hic determinat de dispositionibus odoratus. Et ꝑmo determinat de nocumẽtis odoratus que sunt actiones lese. Scõo determinat de egritudinib⁹ nariuꝫ. ibi (In scõo trac. causa fetoris nasi.) Quia ꝑmus tractatus est de actionib⁹ lesis. Scõs de egritudinib⁹. Primo igit̃ determinat de nocumẽtis auditus in gñali. Scõo in speciali determinat de accidẽte q̃d est exiens mutatum. ibi (Fluxus sanguinis.) Primo determinat de nocumẽtis odoratus quãtũ ad cãs ⁊ diuersitates nocumentoꝝ. Scõo quantũ ad signa. ibi (Qñq3 accidit homini.) Tertio quãtũ ad curã. ibi (Si cã ei⁹.) Primo ponit diuersitates nocumentoꝝ. Scõo ponit causas. ibi (Et cã q̃dẽ.) Primo ponit diuersitates nocumentoꝝ. Scõo declarat eã. ibi (Et destructio. ¶ Ad euidentiam ꝑmi nota: vt. 3. de accidenti. 2. cap̃. omnia accidentia sunt vel lese actiones vel qualitas mutata vel exiens mutatũ. Et de actione lesa est verũ ꝙ ipsa sequit̃ morbum sicut vmbra corpus: vt sit verũ dicere ꝙ nunq3 fit egritudo in corpore qn ibi sit actio lesa: nõ sic est de q̃litate mutata nec de exeunte mutato: q2 põt esse egritudo: ⁊ tamẽ nõ erit aliq̃d istoꝝ duoꝝ. Actio aũt ledit̃ tribus modis. Naꝫ aut diminuit̃ sicut diminuitur in ꝓposito quãdo aliqs diminute sentit odores. Aliquãdo aufert̃ quãdo nullo mõ sentit. Aliquãdo corrumpit̃: ⁊ hoc est malũ iudicium dare de odoratu: q2 nõ recipit odores vt se offerunt sensui. ¶ Sed tu dices: iste actiones lese sunt ne dispõnes per se vel per cõitatẽ. ⁋ Dõm ꝙ illa distinctio que dat̃ ꝑmo de ĩterioribus. ca. 2. de cõitate. ⁊ per se nõ est distinctio accidentium: sed est distinctio egritudinũ: ⁊ ideo non oꝫ distingui actio: sic ꝙ quedã actio lesa sit per se: ⁊ quedã per cõmunitatẽ: sed si sumam⁹ cãm actionis lese: sic quedã est per se ⁊ quedã per colligantiã. Naꝫ operatio olfatiua ledit̃ qñq3 solũ ꝓpter nocumentũ carũcularũ: ⁊ aliqñ propter nocumentũ aliũde: vt a cerebro. Et pꝫ cuius virtutis ista nocumẽta sint actiones lese: q2 virtutis aĩalis olfatiue actiue: q2 actiue ledunt operationes odoratus. Dicit igit̃ ꝙ nocumẽta fiunt in odoratu sicut in alijs sensibus ⁊c̃. Aut destruatur. i. auferatur. Item aut debilitatur. i. diminuitur.

¶ Et destructio q̃dem eius ⁊ ipsius debilitas sunt ꝺm duos modos: aut enĩ destruit̃ ⁊ nõ sentit odores: aut debilitat̃ ⁊ sentit aromaticũ ⁊ fetidũ sensu debili.

¶ Hic declarat multa. Prio simul ⁊ semel declarat diminutioneꝫ ⁊ ablationẽ. Scõo corruptionẽ. ibi (Et corruptio.) ¶ Dicit primo ꝙ ablatio aut diminutio põt fieri dupl'r. q2 aut est totalis ablatio aut debiliter sentit ⁊ sentit illud q̃d est aromaticuꝫ ⁊ fetidũ sensu debili. Iteꝫ destructio. i. ablatio. Itẽ ⁊ ipsi⁹ debilitas. i. diminutio. Itẽ sunt ꝺm duos modos. sic vult dicere ꝙ ablatio vel diminutio sunt duo modi. Aut enim destruitur ⁊ nõ sentit odores. Hoc dicit quãtũ ad ablationẽ aut debilitatẽ supple ⁊ dicit quãtũ ad diminutionẽ. Iteꝫ sensu debili: q2 nõ recipit odorẽ in illo gradu in quo oꝫ recipere. ¶ Sed tu dices: quare in declaratione nocumenti odoratus simul ⁊ semel declarat ablationeꝫ ⁊ diminutionẽ. ⁋ Dico ꝙ hoc est rõne cãꝝ: q2 cãe remisse que sunt cãe diminutionis qñ intendunt̃ sunt cãe ablationis: ⁊ iõ q2 ista nocumẽta ex parte suarũ cãrũ differũt solũ ꝺm mag̃ ⁊ minus: iõ simul ⁊ semel illud fecit.

¶ Et corruptio ⁊ mutatio eius etiã sunt ꝺm duos modos. Unus eoꝝ est vt odoret odorẽ fraudulẽtũ ⁊ vt nõ sit inuẽtus. Secũdus est vt sentiat odores qui boni non sunt bonos sicut ille qui sentit odorem stercoris bonum ⁊ abhorret aromaticum.

¶ Hic declarat corruptioneꝫ ⁊ dicit ꝙ dupl'r põt esse corruptio in opõne olfatiua. Uno mõ: q2 sentit aliquẽ odorẽ q nõ est. Scõo mõ q2 sentit odorẽ q est ⁊ iudicat al'r q̃ꝫ sit ⁊c̃. Iteꝫ ei⁹. i. odorat⁹. Item fraudulẽtũ. i. deceptoriũ: q2 odorat illud q̃d nõ est in rei veritate. Itẽ iuẽt⁹. s. odor. Itẽ vt sentiat. i. iudicet ꝭ bonũ. i. iudicat bonũ.

¶ Et cã q̃deꝫ hoꝝ nocumentoꝝ aut est malitia complexionis singularis: aut est humor malus existens in anteriori ꝑte capitꝭ ⁊ in duob⁹ vẽtrib⁹ q sunt in ipsa: aut in ipsis duab⁹ reb⁹ sil'ib⁹ duob⁹ capitib⁹ mamille.

¶ Hic ponit cãs ⁊ quatuor facit: sicut q̃tuor cãs ponit nocumẽtorũ odorat⁹. Prima est humor malus cõprehẽsus in organo odoratus. Scõa est oppilatio. ibi (Aut oppilatio.) Tertia est mala complexio. ibi (Et multotiẽs.) Quarta est cã ꝑmitiua vt casus ⁊ ꝑcussio. ibi (Et qñq3 fit.) ¶ Primo dicit ꝙ humor malus ⁊ frigidus in partib⁹ anteriorib⁹ cerebri vel in carũculis põt esse cã nocumẽti odoratus. Itẽ singulare. i. sine mã. Item in duob⁹ ventriculis. i. in duabus partibus vẽtris anterioris cerebri. Itẽ in ipso. s. cerebro al's in ipsa. s. parte anteriori. Itẽ aut in ipsis duabus reb⁹ similib⁹: q2 in duabus carũculis que sunt due res similes.

¶ Aut oppilatio in osse ꝑforato ab humore: aut a vẽtositate aut ab apate aut a cãcro: aut a natiuitate carnis addite: aut oppilatio ĩ velamine q̃d est supra ip̃ꝫ.

¶ Hic ponit aliã cãm ⁊ dicit ꝙ ꝯtingit nocumentũ ex oppilatione alicui⁹ humoris in osse petroso: ⁊ aliqñ a vẽtositate: aliqñ ab apostemate ⁊c̃. Itẽ aut oppilatio ab humore in osse perforato. ita oꝫ ordinari lr̃a. Itẽ sup ip̃m. s. velamẽ q2 dura matre.

¶ Et multotiens quidem est facta ex malitia complexionis singularis ꝓueniẽs ex medicinis administratis ⁊ distillationibus distillatis: quare calefit complexio aut stupefit ⁊ infrigidatur: aut faciunt accidere illud aeres superflue qualitatis.

¶ Hic ponit aliã cãm ⁊ dicit ꝙ aliquãdo fit a mala cõplexione frigida ꝓpter medicinas. Item facta. s. oppilatio aliter. s. facta lesio odoratus. ¶ Nota ꝙ cõplexio calefit. s. ex distillatis calidis. Iteꝫ aut stupefit ⁊ infrigidat̃. s. ex distillatis frigidis.

¶ Et quandoq3 fit ex percussione aut casu faciente ingredi super os nocumentum.

¶ Hic ponit aliā cām ⁊ dicit ꝙ aliqñ fit ex percussione. Itē ⁊ quādoq3 fit. s. oppilatio. Itē ex percussione. s. q2 cadit pars supra partem. cadit enī vna cartilago super aliaz: vel os triangulare dextri lateris cadit super os triangulare lateris sinistri.

¶ De signis. Cap. 5m.



Quādoq3 accidit hoi vt nō cōprehēdat odores: ⁊ accidit illic cursus supfluitatū ſm ꝯsuetudinē: tūc nō est oppilatio in colatorio.

¶ Hic ponit signa. Pͦ nocumētoꝝ odorat⁹. Scḋo ponit qōdā signū ꝓnosticū. ibi (Et qñ odorat.) ∇ Pͦ ponit signa ablatiōis odorat⁹ ꝓueniētis ab oppilōne ⁊ sine oppilōne. Scḋo applicat qḋ dixit ad nocumētū diminutionis. ibi (Et simil'r.) ∇ Pͦ ponit signū ablationis nō existente oppilatione. Scḋo existente. ibi (Si aūt.) ¶ Primo dicit ꝙ aliqñ ꝯtigit ꝙ homo nō cōprehēdit odores ⁊c. Itē nō apphēdit. i. nullo mō cōprehēdit: q2 est totalis ablatio. Itē ſm ꝯsuetudinē: q2 sicut ꝯsueuerūt venire supfluitates ita ⁊c. ⁊ sic p3 ꝙ nō est ibi oppilatio ex quo equaliter fluunt supfluitates.

¶ Si aūt inuenitur ꝓhibitio penetrationis respirationis in naso ⁊ nausitas in loquela: tunc illic est oppilatio in ipsis alchaiasim. Et quādo retinet cursus: ⁊ nō fit ꝑpter malitiam complexionis cerebri: aut paucitatez supfluitatis eius: ⁊ est illud qḋ est super colatorio apertū: tūc illic est oppilatio ꝓfunda. Et si cursus est adueniens ſm consuetudinez ⁊ non est oppilatio sub alchaiasim ⁊ eis que sequunt ea: tunc nocumentū est in cerebro. Cognosce ergo complexiōes eius ⁊ opationes ipsi⁹ ⁊ dispōnes eius ꝑ ea que te docuimus.

¶ Hic ponit signa ablationis odoratus ꝓueniētis ab oppilatione ⁊ dicit ⁊c. Itē q2 nares sunt facte ꝑꝑ respirationē: qñ igit non pōt bene attrahi per nares ⁊ loquit cū naso ⁊c. est signū oppilationis. Itē nausitas in loquela. i. in naso loqt. Itē in ipsis. s. alchaiasim. i. in ꝑmis partib⁹ nasi. Itē sub alchaiasim. i. in partib⁹ īfimis nasi. Itē cōplōnes ei⁹. s. cerebri. Itē que docuim⁹. s. in ꝑͦ cañ. fen. 1.

¶ Et similiter si est debilitas in odoratu ⁊ diminutio: tunc si inuenitur odor putridus ⁊ naribus suggitur fetor: tunc causa in ipso est humor hoꝝ locorum putridus: ⁊ significatur cū simili eius qḋ sciuisti.

¶ Hic applicat qḋ dixit de nocumēto ablationis ad nocumētū diminutiōis ⁊ p3 lr̄a. Itē diminutio sup. cognosces per ea que te docuim⁹. Itē tunc. i. tñ. Itē cū simi ei⁹ qḋ sciuisti: q2 sciēdo si egritudo est in cerebro vel nō. vel sciēdo si est oppilō in ꝑtib⁹ nariū vel nō.

¶ Et qñ odorat īfirmus in egritudinibus acutis odores nō cōsuetos neq3 vsitatos neq3 ab aliquo habente odorē presentē: ⁊ cū hoc sentit odorem qui est sicut odor piscium: aut luti infusi aut butyri aut alterius ⁊ sunt illic signa mala: tunc mors prouenit.

¶ Hic ponit qōdā signū ꝓnosticū ⁊ lr̄a p3. Itē nō ꝯsuetos. s. q̄ꝫtum ad ipm: nec vsitatos. s. nec apḋ ipm nec apud aliū. Itē nec ab aliq̄ habēte odorē ꝑsentē: q2 nullus astans ꝑsens sentit illū odorē. Itē pisciū. s. putridoꝝ. Itē luti al's lini. Itē infusi. s. in aqua. ¶ Nota ꝙ oēs sensus exteriores habēt terminationē ad sensum cōem. qñ ꝫ aliqs sentit aliqd: ⁊ dat tale indiciū in odore sequit nocumētū malū esse cōicatū cerebro spāliter qñ est ibi egritudo acuta.

¶ De cura. Cap. 6m.



Si cā ei⁹ est malitia cōplōnis: tunc op3 vt curet cū ꝯtrario ⁊ itendat anterior ꝑs cerebri cū embrocis ⁊ odoramētis ⁊ suctionib⁹ que fiūt narib⁹ ⁊ epithimatib⁹ ⁊ emplīs ꝑdictꝭ in caplō curationū capitis. Et plurimū qdem accidit ex malitia cōplōnis ⁊ est vt sit cōplō frida: aut est in ambob⁹ vētrib⁹ anteriorib⁹ totis: aut in ipsis mamillaribus additamētis. Et medicine magis iuuatiue ad illud sūt caputpurgia facta ex oleis calidis in qb⁹ dissoluta sunt euforbium ⁊ castoreū ⁊ muscus.

¶ Hic ponit curā. Et ꝑͦ ponit curā nocumētoꝝ odorat⁹ ꝓueniētiū a mala cōplōne. Scḋo ab hūore illi⁹. ibi (Si aūt cā.) Tertio ab oppilatiōe facta ab hūore. ibi (Et si cā est.) Quarto a vētositate. ibi (Et qñq3.) Quinto remittit nos ad aliū locū ꝓ cura polypi in narib⁹. ibi (Si aūt cā.) Sexto ponit curā alicui⁹ nocumēti qḋ ē actio corrupta. ibi (Ille aūt.) ¶ Dicit ꝑͦ ꝙ si cā est mala cōplō debes curare per ꝯ2iū ⁊c. Iste est canon gñalis: q2 oīs mala cōplō ꝑ ꝯ2iū curat. ¶ Nota ꝙ pars anterior cerebri d3 attēdi: q2 organū olfat⁹ orit a tali ꝑte cerebri: q2 in nocumēto actionis debēt administrari medicine ad organū. Itē maxime est cōplexio frida: q2 ⁊ ꝑs anterior ⁊ totū cerebrū ponit fridū: ⁊ iō leuis cā pōt īfridare. Itē in duob⁹ vētrib⁹. i. in duab⁹ ꝑtib⁹ ꝑmi vētriculi. Itē additamētis. i. carūculis. Itē olea calida sūt magꝭ iuuatiua: q2 stati vadūt ad carūculas.

¶ Si aūt cā in ipso est humor existens in vētrib⁹ cerebri significatur illud per illud qḋ dcm̄ est in capitulo egritudinū cerebri ⁊ euacua corpus totum. Si est humor dñans in toto corpore aut cerebro cū eo qḋ educit illū hūorez ab eo ex sibare ⁊ gargarismis ⁊ caputpurgijs ⁊ suctionib⁹ q̄ fiūt naribus ⁊ odoramētis subtiliatiuis ⁊ similibus illis que iam sciuisti.

¶ Hic ponit curā nocumētoꝝ odorat⁹ ꝓueniētiū ab humore. Et ꝑͦ docet admistrare medicinas eūatiuas. Scḋo flōmiā. ibi (Et si flobothomia.) ¶ Pͦa ꝑs est clara per capitula signoꝝ signātiū dominiū humoꝝ in cerebro. Itē ex sibare. i. de pillis de seiaret dictis sup ꝑͦa fen istius. 3. ca. de cañ. vl'ib⁹ curationū egritudinū cerebri.

¶ Et si flobothomia necessaria est fiat ⁊ redi in oibus illis ad principia data in cura cerebri.

¶ Hic ponit curā per flōmiā ⁊ p3. Item fiat. s. flōmia.

¶ Et si cā est oppilatio in osse ꝑforato qḋ noiat colatoriū administra embrocas apitiuas ꝑdictas in capitulo curationū capitꝭ. embrocet ergo ex eis ⁊ inclinet sup vaporē eaꝝ: ⁊ narib⁹ suggat ex eis in qb⁹ dissoluta sunt condisi ⁊ pip ⁊ opoponacū. Et op3 vt vētose capiti adhibeant post illḋ ⁊ fiat gargarisma ex rebus apitiuis calidis. Et ex eis qdē que expta sūt est nigella infusa in aceto aliqb⁹ diebus: deide ꝯterat cum eo bene ⁊ misceat cū oleo: deinde distillet in nasum ⁊ narib⁹ suggat quāto plus possibile est ad supiora: ⁊ quādoq3 terit sicut puluis: deide teritur cū oleo ātiquo: post terit vice alia donec fiat puluis subtilissimus. Et ex eis que expta sunt est vt sumat arsenicū rubeū ⁊ mētastrū: ⁊ terant simul valde ⁊ submergant in vrina camelli arabici: ⁊ in sole ponat totu3 illud ⁊ reuoluat oī die bis. Cūq3 medicamen exiccauerit vrinā iteret super ipsaz vrina noua: deinde vaporetur nasus cū pōdere. ʒ. i. ex eo: deinde fricetur ex oleo ro.

¶ Hic ponit curā nocumētoꝝ ꝓueniētiū ab oppilatione ex humore: ⁊ tot facit ꝑͦt medicias ponit. 2a ibi (Et ex eis.) 3a ibi (Et qñq3.) 4a ibi (Et ex eis que experta sunt.) ¶ Dicit ꝑͦ ꝙ si oppilatio est in osse ꝑforato ⁊c. De 2a dicit ꝙ nigella infusa in aceto ⁊c. De 3a dicit ꝙ qñ fit puluis ⁊ ꝑmiscet cū aliq̄ oleo ⁊c. Itē cōdisi. i. elleborus albus. Aliter dixit Simon ꝙ sunt quedā radicule que hñt clarificare lanas de qb⁹ fiunt pāni. Itē ⁊ qñq3 terit nigella: deinde terat. i. misceat. Itē ponit oleū rosarū: vt remoueat nocumētū mordicationis ⁊ acuitatis inducte in naso ex medicinis.

¶ Et qñq3 laudat ad oppilationē vētosaz caputpurgium ex oleo amigdalino amaro mōtano: aut sufflet albarmel ⁊ piper albū mista in ipso.

¶ Hic ponit curā nocumentoꝝ odoratus ꝓuenientiū a ventositate. Et ꝑmo facit hoc. Scḋo ponit quoddā remediu3 antiquoꝝ. ibi (Quidā aūt.) Item albarmel. i. sandonicū. sed ſm Serapionez in suis aggregationibus est rutha acrestis. hoc ponit cap. 269. al's tracta. 4. cap. de harmel. folio. 80. in libro meo.

¶ Quidā aūt dixerunt ꝙ cortex pulmonis qñ exiccat ⁊ terit ⁊ insufflat puluis ei⁹ in nasum est iuuatiuus.

¶ Hic ponit quoddā experimentū ⁊ est bonū sui ꝓprietate. Item quidā Rasis tertio ꝯtinētis auctoritate quorūdā. Itē per thoracē pulmonis debet intelligi pāniculus in quo inuoluit̄ pulmo.

¶ Si autē causa in ipso est hemorroides curetur cura hemorroidarum.

¶ Hic pro cura nocumentoꝝ odoratus ꝓuenientiū ab hemorroidibus remittit nos alibi. Item hemorroides .i. polypus.

¶ Illi aūt qui sentit odorifera ⁊ non sentit fetida non cesses sibi facere caputpurgiū cū castoreo multotiēs vsquequo rectificet̄ eius dispositio.

¶ Hic ponit curam actionis lese corrupte. ⁊ p₃ lr̄a.

¶ De fluxu sanguinis ex narib⁹. Cap. 7m.

Fluxus sanguinis ex naribus quandoq₃ fit distillando: ⁊ quādoq₃ fit fluendo cum velocitate vehementi.

¶ In p̄cedēti pte Aui. determinauit in gn̄ali de nocumētis odoratus que erāt actiōes lese: hic determiat de quodā accidēte qđ vocat̄ exiens mutatū. ⁋ Pria in duas ƀm ꝙ sunt duo accidētia mutata de qb⁹ determinat. Scđa ibi (He due egritudines.) Prio facit h̄. Scđo q₂ flux⁹ sanguis aliqn̄ est iuuatiuus: ponit medicinas faciētes fluxū sanguis. ibi (Necessitas.) Prio ponit cās. Scđo signa. ibi (Et fluxus sanguis.) Tertio curā. ibi (Cretici qdē.) Primo ponit quādā diuersitatē fluxus sanguis. Scđo ponit cās. ibi (Aut causa dominij.) Tertio remouet qđdā dubiū. ibi (Et cursus qdē.) Quarto pōit cañ. cōpletiuos. ibi (Et fluxus qdē.) ¶ Dicit p̄ ꝙ sanguis fluit a naribus aliqn̄ guttatim aliqn̄ velociter ⁊c. ¶ Nota ꝙ fluxus sanguis nariū est qđdā accidēs virtutis ꝯtētiue vel expulsiue vel vtriusq₃ simul. ꝯtentiue q₂ nō pōt retinere sanguinē in vasis ordinatis ad retētionē ipsi⁹. expulsiue est accidēs: q₂ talis virtus nō mouet̄ nisi icitet̄: vt p̄mo de iteriorib⁹ .i. ca. icitat̄ aūt talis virt⁹ ab humorib⁹ peccātib⁹ in quali: vel exeunte mutato in q̄li. s. acuto mordicatiuo vt humor: vt .6. de accidēti. 3. ca. ⁊ .6. de iteriorib⁹ .i. ca. ⁊ vltimo. Et sic p₃ solo ad qōnē. s. cui⁹ v̄tutis est accidēs fluxus sanguis nariu₃: q₂ est accñs virtutꝭ ꝯtētiue ⁊ expulsiue vel vtriusq₃ sil̄. Dicit̄ aūt accidēs: q₂ est exiēs mutatū: q₂ exiēs mutatū aliqn̄ est in q̄ntitate aliqn̄ in q̄litate. In q̄ntitate: q₂ est amplioris quātitatis q̄₃ d₃: ⁊ tūc est accidēs virtutis nāl̄is expulsiue.

¶ Aut causa dominij sanguinis feruētis cu₃ virtute: ⁊ qn̄q₃ fit ꝓpter eruptionē rhetis venaꝝ cerebri ⁊ arteriarū eius ⁊ est ƀm plurimū nō recipiēs curā. Et plurimū ipsi⁹ fit successione euētus soda ⁊ inflāmationis ⁊ egritudis acute aut successione casus aut ꝑcussione ⁊ sequunt̄ ipm accidētia corruptionis opōnū cerebri ꝓculdubio: ⁊ qn̄q₃ est ꝑꝑ vapores calidos eleuatos.

¶ Hic ponit cās. Et p̄ ponit cās fluxus sanguis nariū venientis ex apertura vene. Scđo venientis ex apertura arterie. ibi (Et ille.) ¶ Dicit p̄ ꝙ fluxus sanguis fit ꝑꝑ dn̄ium ⁊c. Itē aut cā .i. ꝑꝑ cām. supple ꝓuenit. Itē fluētis .i. cū v̄tute expulsiua forti. Itē rhetꝭ cerebri .i. pie matris ⁊ dure matris que cōprehēdūt cerebrū sic rhete. Itē recipiēs curā. Illa lr̄a refert̄ ad fluxū arteriarū ex fractura que ꝑꝑ motū ꝯtinuū nō bene ꝯsolidari pōt. Itē nō ꝙ nocumētū qn̄ est aliqual̄r diminutū facit sodā: qn̄ esset sanguis calidus vt mordicatiuus calefaceret ⁊ faceret sodā. S₃ qn̄ nocumētū eēt itēsiu⁹: ⁊ tūc faceret eruptionē venaꝝ ⁊ faceret fluxū sanguis nariū. Itē ꝑꝑ vapores .i. humores. Ite₃ calidos acutos: q₂ tales mordicātes mēbra icitāt virtutē expulsiuā ad expellēdū. ¶ Nota vt habet̄ tertio de accidēti. ca. 6. aptura vene est cā fluxus sanguis nariū. Vena aūt aperit̄ triplici de cā. Aliqn̄ aperit̄ ex fortitudine virtutis expulsiue regulariter operātis vt ꝯtingit in fluxu sanguinis nariū in morbis acutis: ⁊ ꝓuenit talis fluxus maxime circa finem egritudinū acutaꝝ ⁊ nō circa p̄ncipium: q₂ tūc nō ꝓueniret a forti virtute regulariter operante. Scđo aperit̄ vena ꝑꝑ multitudinē extēsiuā sanguis extēdentis venas. Aliqn̄ aperit̄ ꝑꝑ defectū vel a gnōne vel a tēpore in ipsa vena qn̄ est subtilis mollis ⁊ male texture: ⁊ iō quelibet res habens ipsam extēdere ipsa₃ aperit ⁊ exit sanguis. Modo Aui. tāgit p̄mā cām cū dixit. cū virtute. tāgit secūdam. dum dicit. aut cā dominij. tangit tertiā cām inferius magis.

¶ Sed tu dices cuius virtutis est morb⁹ fluxus sanguinis nariu₃. ⁋ Dōm ꝙ ꝯsiderato solo exeunte mutato vt sic nō est morb⁹: sed est accidēs virtutis ꝯtētiue vel expulsiue vel vtriusq₃. Alio modo possumus ꝯsiderare mēbrū a quo imediate fit exitus: ⁊ sic aut cōsideramus naturalē cōplexionē mēbri que est hēre quādā ꝯcauitatē ⁊ sic est morbus in receptaculo ꝓut currit sanguis in maiori quātitate q̄₃ debet venire ad orificiū vene: aut ꝯsideremus ꝑmutatione vnitatis: ⁊ sic est solo ꝯtinuitatis. ¶ Sed tu dices p̄mo ꝙ fluxus sanguinis nariū semꝑ sit accidēs arguēdo sic. semꝑ fluxus sanguinis nariū sequit̄ aperturā vene: igit̄ semꝑ est accidēs. ⁋ Dicendū ꝙ ꝯsiderata sola ꝑmutatione exeūtis vt sic est accidēs solum. Si aūt ꝯsideremus naturas mēbri lesi vt sic est morb⁹ in receptaculo vel vnitate. ¶ Itē tu dices: ꝙ fluxus sanguis nariu₃ est actio lesa. ꝯñs est falsum: q₂ tunc nō essent nisi duo genera accidētiū morboꝝ: vt actio lesa ⁊ qualitas mutata. ꝯñs est falsum. ꝯñtia tenet: q₂ exiens mutatū ƀm te est nocumentū ꝯtentiue vel expulsiue vel vtriusq₃ simul: sed oē tale nocumētū est actio lesa: igit̄ ⁊c. Et ex alia parte est etiā qualitas mutata: igit̄ nō sunt nisi duo gn̄a accidētiū morboꝝ. ⁋ Dōm ꝙ si fluxus sanguinis veniat a cā p̄mitiua vt a vulnere: tunc est accidens distinctū ab actione lesa ⁊ q̄litate mutata: ⁊ sic est exiens mutatū. Si aūt ꝓueniat a causa itrinseca: tunc q₂ nō pōt ꝓuenire nisi aliqua actio ledat̄: ⁊ sic exiēs mutatū ꝯiungit̄ cū actione lesa. ⁋ Aliter pōt dici ꝙ exiens mutatum est solū accidēs distinctū ab actione lesa ⁊ qualitate mutata. cōsiderato etiā inquātū permutatū: ⁊ ꝯsiderato ꝙ exiens est. Si autē ꝯsideremus exiens nō solū vt exiens ⁊ vt permutatū: sed etiā naturas in qbus est facta permutatio vt sic exiens mutatū ꝯcurrit cum actione lesa. ¶ Sed tu. d. fluxus sanguis nariū est ne dispositio per se vel per colligātiā. ⁋ Dōm ꝙ si fluxus talis veniat ꝓpter nocumētū in vena: sic est dispō per se. Si aūt ꝓueniat ꝓpter fortitudinē expulsiue incitate ab acuitate exeūtis vel a multitudine sanguinis extēdentis: vt sic est dispositio per colligantiā. ⁋ Aliter pōt dici ꝙ diuersitas que dat̄ p̄mo de interioribus cap̄. 3. de per se ⁊ per colligātiā est diuersitas egritudinū ⁊ nō accidētiū. fluxus aūt sanguinis narium est accidens. ¶ Sed tu dices quod est illud membrum vel quā virtutē h₃ iste fluxus ledere. ⁋ Dōm ꝙ est nocumentum venarum que est apertio ⁊ virtutis naturalis.

¶ Et ille qde₃ qui fit ex arterijs discernit̄ ab eo qui fit a venis subtilitate sua ⁊ rubedine et caliditate sua: et qn̄q₃ fit rediēs cū periodo: ⁊ qn̄q₃ fit cadēs subito.

¶ Hic ponit differentiā inter fluxū ex venis ⁊ ex arterijs. ⁊ p₃ lr̄a. Itē ex arterijs .i. subtilitate. Itē in rubedine. s. clara. Rō est: q₂ calidior est ⁊ magꝭ ꝑmistus cū spiritib⁹. Item fit rediēs cu₃ periodo ƀm multiplicationē sanguinis in arterijs. Itē ⁊ aliqn̄ fit mordicatiuus: ⁊ tūc virtus expulsiua expellit. Itē aliqn̄ illud non est .i. non expellitur periodice. Itē qn̄q₃ fit cadens. s. fluxus sanguinis. Ite₃ subito: q₂ venit subito: q₂ absq₃ cā manifesta fit apertio.

¶ Et cursus quidem sanguinis ex narib⁹ est ex dispositionib⁹ que cōferunt ⁊ nocent. Nam qui iuenit successione ei⁹ leuitatē capitis post repletionē ⁊ equalitatē coloris post rubedinē vehementē ⁊ equalitatem forme post inflationē iuuat̄ eo p̄cipue in egritudinib⁹ acutis ⁊ in apostematibus intrinsecis ⁊ ꝓprie sanguineis ⁊ cholericis in cerebro: deinde in epate: postea in velamine postea in pulmone.

¶ Hic remouet dubium. Et facit primo hoc. Scđo reddit causam cuiusdam qđ dixit. ibi (Iuuamentum.) ¶ Primo remouet dubiū illud. Fluxus sanguinis narium nocet ne semper? Et respōdet ꝙ non. Item conferunt. s. quandoq₃ ⁊ nocent. s. quandoq₃. Item forme .i. habitudinis. Item postea in velamine .i. in pāniculo vel nate costas vt in pleura.

¶ Iuuamentum enim fluxus sanguinis ex naribus in pleuresi plus est q̄₃ sit in peripleumonia.

¶ Hic assignat causam illius qđ dixerat. ⁊ p₃. ¶ Nota ꝙ videtur velle ꝙ post apostemata cerebri ⁊ epatis sit maius iuuamentum quādo apostema est in pleura vel in diaphragmate ex fluxu sanguinis nariū q̄₃ si apostema est in pulmone: q₂ qn̄ apostema est in pleura nō est timor de vlceratione ⁊ ptisi sicut qn̄ est in pulmone.

¶ Et fluxus quidem sanguinis nariū crisis magna est in egritudinibus acutis multotiens ⁊ ꝓprie in eis que sunt sicut variole ⁊ morbillus.

¶ Hic ponit cañ. Primo facit hoc. Scđo ostēdit que corpora sunt magis preparata ad fluxū sanguinis nariū. ibi (Et corpora.) ⁋ Prima in quatuor ƀm ꝙ quatuor ponit cañ. 2a ibi (Cu₃ autem.) 3a ibi (Et isti duo.) 4a ibi (Et vniuersaliter.) ¶ Dicit p̄mo ꝙ fluxus sanguinis narium est ⁊c. Istud idem habetur tertio de crisi. 3. cap. et 4. cañ. fen. 3. cap. de signis crisis cap. 3.

¶ Cū aūt mult⁹ fit succedit citrinitas non cōsueta aut plūbositas aut offuscatio ex citrinitate ⁊ nigredine et extenuatio ptrāsiēs terminū: ⁊ infridant extrema: q̄ȝuis fridū retineat: ei⁹ tñ finis est nociu⁹: ⁊ in illo cuius color cōuertit in citrinitatē dñat chol'a citrina ⁊ ledit cū extractiōe sanguis min⁹: ⁊ in illo cui⁹ color ꝯuertit ad plūbositatē dñat iā flegma: ⁊ in illo cui⁹ color conuertit ad offuscationē dñatur iam cholera nigra.

¶ Hic ponit 2m cañ. ⁊ dicit ꝙ qñ fluxus fit mult⁹ fit hō citrini coloris ⁊c. Itē mult⁹. s. flux⁹ sanguis nariū. Itē extenuat⁹. s. qñ eūaret sanguis in nimis magna q̄titate. Itē ledit cū extractiōe min⁹ q̄ȝ ad extractionē ⁊c. q2 cholera pōt melius exhi q̄ȝ pñt alij humores.

¶ Et isti duo vehementer ledūtur per id quod minuitur ex sanguine.

¶ Hic ponit 3m cañ. ⁊ pȝ lr̄a. Item isti duo. s. flegmatici ⁊ melācholici. Causa est: q2 habēt minus de sanguine q̄ȝ alij.

¶ Et vl'r qdē ille in q̄ supfluit flux⁹ sanguis ex narib⁹ ē fȝ timorē dbilitatis epatꝭ ⁊ hydropisis ⁊ reliquoꝝ.

¶ Hic pōit 4m cañ. ⁊ pȝ lr̄a. ⁊ reliquoꝝ. s. morboꝝ vt syncopis ⁊c.

¶ Et corpa vehemēti⁹ parata fluxui sanguis nariū sūt chol'ica ⁊ citria sāguis subtil': ⁊ iuuāt ex eo q tēpat⁹ ē.

¶ Hic ponit corpora p̄parata ad fluxum sanguinis nariū: ⁊ pȝ lr̄a. Item citrina vel cholerica. Causa canonis pȝ: q2 talis sanguis est magis subtilis: ⁊ ideo magis exit.

¶ Et fluxus sanguis nariū significatores hȝ sicut splendor apparēs in vtrisqȝ oculis ⁊ linee albe ⁊ rubedo et citrinitas ⁊ ꝓprie post soda: ⁊ reliq̄ que distinximꝰ vbi locuti fuimus de egritudinibus acutis ⁊ crisibus eaꝝ. Et quādoqȝ significant fluxus sanguis nariū ⁊ dispositiones ei⁹ ſm dispōnes egritudinū acutaꝝ ⁊ eaꝝ crises: ⁊ iam diximus illud in loco proprio sibi.

¶ Hic ponit quedā signa ⁊ patēt. Itē splēdor in vtrisqȝ oculis propter lucidıtatē sanguinis. Iteȝ ⁊ linee albe. ¶ Sed tu dices ꝯtra: q2 debēt apparere rubee sicut est sanguis. ⁋ Dōm per expositionem lr̄e alterius. i. splendide. Item vbi locuti fuimus ⁊c. i. 4. cañ. fen. 2. Item ⁊ diximus. s. 4. cañ. fen. 2. al's dicemus.

¶ De curationibus. Cap. 8m.

Cretici qdē ⁊ sil'is ei q accidit ex seipso via est vt nō curet donec stringat aut sentiat casus virtutis: ⁊ qñqȝ ꝯsequunt. iiij. lib. ex eo: ⁊ opȝ vt nō retineat donec vehemēter superfluat. Reliq̄ v̄o curent cū medicis retinētib⁹ fluxuȝ sanguis nariū. In eo q fact⁹ est pp p̄paratōeȝ corpis ⁊ cal'itatē ei⁹ opȝ vt assiduet eūatio chol'e ex eo: ⁊ cōmēsuratio sāguis ei⁹ cū cibis ⁊ potib⁹: ⁊ flōmia qdeȝ ē melior res qua retinet fluxus sanguis nariū cū fit flōmia subtilis ex latere eqdistāte cōi: ⁊ ꝓprie qñ ꝯtigit syncopis.

¶ Hic ponit curā. Et p̄° in gñali. Scōo in spāli. ibi (Caputpurgia.) ⁋ Primo ostēdit qui fluxus dȝ retineri ⁊ qui nō. Scōo ponit medicinas retinētes fluxū. ibi (Medicine v̄o.) ⁋ Primo ostēdit qui fluxus nō dȝ retineri. Scōo qui sic. ibi (Reliqui v̄o.) ¶ Dicit p̄° ⁊c. De 2a dicit ꝙ oēs alij fluxus qui nō sunt cretici debēt restrigi ⁊c. Item cretici quidem. s. fluxus in febrib⁹. Item ⁊ similis ei q2 sine febre. Item restringat. s. per se. Item reliqui v̄o. s. fluxus. Itē ꝓpter p̄parationē. i. repletionē quātitatiuā. Item ⁊ caliditatē ei⁹. i. ꝓpter nocumentū in quali. Item est melior res. i. q2 euacuat ⁊ diuertit. Item subtilis. i. debilis ⁊ pauca. Item ex latere al's ab ea parte. Item equidistante cōmuni: q2 per vnā diametrū.

¶ Medicine v̄o ꝯstringētes fluxū sanguis nariuȝ: aut sunt vehementis stipticitatis: aut sunt vehemētis infrigidationis: aut sunt vehemētis glutinationis ⁊ ingrossatiōis ⁊ coagulatiōis: ⁊ sūt acute cauterizatiue: aut sunt medicine hñtes ꝓprietatē eius: aut sunt medicine aggregantes duas intentiones aut tres.

¶ Hic ponit medicinas restrictiuas fluxus sanguis. Et p̄° p̄mittit ſm quem modū tales medicine hñt sanguineȝ restringere. Scōo declarat illos modos ⁊ que sūt medicīe. ibi (Medicine v̄o.) ¶ Dicit p̄mo ꝙ medicine ⁊c. Itē duas ⁊ tres. i. que hñt infrigidare ⁊c.

¶ Medicine v̄o stiptice sunt sic̄ succ⁹ barbe hirci ⁊ sic̄ achacia ⁊ sic̄ balaustie ⁊ lētes ⁊ galle ⁊ sic̄ succ⁹ folioꝝ sēticis ⁊ folioꝝ piroꝝ: ⁊ folioꝝ cydonioꝝ: ⁊ v̄ge pasto.

¶ Hic declarat istas medicinas. Primo que sunt ille que curāt stipticādo. Scōo īfridādo. ibi (Infridātes.) Tertio ꝯglutinando. ibi (Cōglutinātes.) Quarto cauterizādo. ibi (Cauterizātes.) Quito a ꝓpetate. ibi (Ille aūt.) ⁋ Pria pȝ. Itē senticis. i. rubi vl' spine albe.

¶ Infridatōes v̄o sūt sic̄ opiū ⁊ cāphora ⁊ semē iusqami albi: ⁊ semē lactuce: ⁊ succ⁹ lactuce ⁊ salicis: ⁊ aqua floꝝ palme: ⁊ alkakile ⁊ arnoglosse oia nō dcocta.

¶ De scōa dicit ꝙ medicine infrigidātes sunt sicut opiū. Item alkakile. i. herba que vocatur soldanella que est multe virtutis. Et hȝ proprietatē q2 euacuat aquā cōtentā in ventre.

¶ Glutinatiue v̄o sunt sicut pulvis molendini ⁊ farina thuris.

¶ De tertia dicit ⁊c.

¶ Cauterizātes aūt sunt sicut atramentuȝ ⁊ colcotar: ⁊ cū iste cauterizatiue administrantur: opȝ vt administrētur cū cautela. Ipse nāqȝ qñqȝ faciūt euenire crustā que cū cadit attrahit deterius q̄ȝ prius.

¶ De quarta patet. Item colcotar. i. species vitrioli. Item albedarungi. i. basiliconis.

¶ Ille aūt quibus inest ꝓprietas sunt sicut stercus asini ⁊ aqua albedarungi ⁊ aqua menthe.

¶ De quinta etiam patet.

¶ De cura leuis fluxus sanguinis. Cap. 9m.

Caputpurgia qdē sic fiāt: sumatur aque floꝝ palme: achacie: amboꝝ añ. ℥. 5. cāphore. gra. j. ⁊ incessanter distillent in nasuȝ: ⁊ ex eis etiā est aq̄ floꝝ palme cū palma hirci ⁊ cāphora: ⁊ etiā aq̄ floꝝ cū succo porri: ⁊ ēt aq̄ salicis amari distilletur in nasum: ⁊ aqua coriādri: ⁊ etiā succus camomille cū sua dispōne nō decocte: ⁊ ēt aqua cucumeris ⁊ camphore: ⁊ etiā succus albedarungi cuȝ cāphora: ⁊ succus arnoglosse cuȝ terra sigillata ⁊ cāphora: aut succus virge pastoris cū eis. Et ex eis que sūt vltima in hoc cap'lo est succus stercoris asini recētis. Si aūt sanguinis multitudinē senseris: tunc flos eris in aceto īfusus distilletur paulatim: ⁊ ēt administra caputpurgiū: ⁊ trifera balaustie cōtrite optime cū aq̄ plantaginis: ⁊ etiā aq̄ in qua dissolutū est opiū. Et nō opȝ vt sit superfluitas in effundēdo aquā vehementis infrigidationis: fortasse enim coagulabit sanguinem et congelabit ipsum in pāniculis cerebri: ⁊ hec sunt caputpurgia scripta in antidotario iuuatiua valde.

¶ In p̄cedēti parte Aui. posuit curā fluxus sanguis nariū in gñali: hic ponit curā in spāli. Et p̄mo ponit curaȝ per medicinas. Scōo per regimē ⁊ dietā. ibi (Cibi v̄o.) Tertio docet succurrere cuidaȝ accidēti. ibi (Et opȝ.) ⁋ Primo ponit curā fluxus sanguis nariū leuis. Scōo fortis. ibi (In eo aūt.) ⁋ Primo ponit curā per caputpurgia. Scōo per tētas in narib⁹. ibi (Tēte aūt.) Tertio per insufflationes. ibi (Ex insufflationib⁹.) Quarto per linimēta. ibi (Ex linimētis.) Quito per odoramēta. ibi (Odoramēta v̄o.) Sexto per īpletiones. ibi (Sed īpletiones.) ⁋ Pria in tot quot medicias ponit: legat totū simul ⁊c. ¶ Dicit ḡ p̄mo ꝙ debes administrare caputpurgia. Item aquā floꝝ. s. palme. Item succus kakile. i. herbe que dr̄ soldanella que est optia medicia in asclite: ita habet a Simone in lr̄a. k. Itē albedarūgi. i. basiliconis. Itē arnoglosse. i. plantaginis. Itē si aūt multitudinē. i. supfluū fluxū sanguinis.

¶ Tente aūt ita sunt: fiat tēta ⁊ submergat in encau-

ſtro ⁊ pulueriʒet̄ ſuper ipſum dragantũ donec omnia cõmiſceant̄: deinde mittat̄ in naſum: ⁊ etiã ſumantur ſuccus folioꝝ vrtice ⁊ colcotar ⁊ pili leporis ⁊ stercꝰ aſini ſiccũ aut hũidũ ⁊ ſuccꝰ porri ⁊ olibanuʒ: ⁊ fac ex eis tentam. Et ex eis que ſunt expta eſt tenta facta ex lycio indo aduſto ⁊ aqua bedarũgi. Et etiam tẽta ex puluere molẽdini ⁊ farina thuris ⁊ aloe cũ aceto ⁊ albumine oui. Et ẽt tenta facta ex dragãto ⁊ charta cõbuſta ⁊ cortice turis cũ aqua albedarũgi. ⁊ etiaʒ tenta infuſa aqua ro. ⁊ ſubmerſa in colcotar ⁊ aloe: aut tẽta infuſa aqua porri ſuper quã eſt pulueriʒata mẽtha cõtrita: aut tenta ex ſpongia ⁊ pice liquata ſubmerſa in aceto ⁊ fac tentã ex candela alcotrob aut tela aranee cũ colcotar ⁊ dragãto ⁊ flore eris: aut ſit tenta facta ex pilis leporis carminatꝫ ſubmerſis in ture ⁊ aloe cõfectis cũ albumine oui: ⁊ etiã tenta ex draganto aduſto duabꝰ partibꝰ opij parte. j. aggregent̄ oĩa ⁊ terantur cũ aceto: ⁊ tenta ex corticibus oui aduſtis que miſceantur cum encauſtro ⁊ gallis.

¶ Hic ponit curã fluxus ſanguinis nariũ docẽdo adminiſtrare tẽtas: ⁊ pʒ lr̃a. ⁊ ponit multas medicinas: legat̄ totũ ſimul. Jtẽ colcotar. i. ſpecies atramenti. Jtẽ lyciũ. i. ſuccus cuiuſdã arboris a qua egredit̄ ſtorax. Jtem ⁊ terantur cum aceto al's conficiantur.

¶ Ex inſuflationibꝰ vͦo eſt lyciũ indũ aduſtũ: ⁊ ẽt rane aduſte ĩſuffla ĩ naſũ. Et ẽt puluis molẽdini: aut terra teſte albe: aut nora: ⁊ ẽt cortices turis ⁊ charte ⁊ dragãti ptes eq̃les ſufflent̄ in naſum: ⁊ ẽt cortices fructꝰ aldulb exiccati ⁊ ꝯtriti: opʒ vt accipiat̄ illud cuʒ ſubmerſionibꝰ ſup lanã: ⁊ accipiat̄ lanugo ipſiꝰ ⁊ ponat̄ in vrceis nouis cũ terra ſua: ⁊ ſi eſt cũ eis terra figuli eſt meliꝰ: ⁊ ſtrigat̄ caput eiꝰ donec ſiccet̄ in vmbra: ⁊ terat̄ cũ neceſſitas fuerit ſic̄ athomi q̄ apparẽt in radio ſolis ⁊ ſufflet̄ in naſuʒ ⁊ ꝯſtringet̄ ſanguis ſtatiʒ: Aut cõtices oui ꝯtriti ⁊ ẽt calami aromatici ⁊ ſeis lilij ⁊ ſeis roſe ⁊ gariofil'. oĩuʒ añ. ʒ. j. myrre ⁊ gallarũ: amboꝝ añ. ʒ. ß. parũ muſci ⁊ cãphore ⁊ ſufflent̄ in naſum diebꝰ ꝯtinuis: ⁊ cũ inſufflat̄ inſufflatio in ipm̃: tunc cõſtringat̄ naſus vna hora ⁊ expuat̄ illud qᵭ deſcendit ad os: ⁊ opʒ vt ſit inſufflatio in embuba ⁊ prohibeat exuberationẽ fluxus ſanguinis nariũ.

¶ Hic p̄mo ponit curã per ĩſufflationẽ ⁊c̄. ⁊ pʒ lr̃a. Jtẽ terra teſte albe eſt ſpẽs terre. Jtẽ aut nora. i. calx: ⁊ eſt medicamẽ cauterizatiuũ. Jtẽ cortices fructꝰ dulb que dı̄ platanus: ⁊ facit fructꝰ velut nuces. Jtem terram figuli. i. terra de qua fiunt vrceoli. Jtẽ ꝯtriti. i. cõbuſti. Jtem in embula. i. per cãnulam.

¶ Ex linimentis vͦo ⁊ effuſionibus eſt linimentũ ſuper frontem huius. ℞. ſucci folioꝝ ſalicis ⁊ folioꝝ vitis ⁊ folioꝝ myrti ⁊ aque roſ. ĩfrigident̄ oĩa ⁊ apponantur fronti cũ pãno lini: ⁊ ſimiliter fiunt ex oibꝰ medicinis frigidis ſtipticis ⁊ ſtupefactiuis notis diſſolutis cũ ſuccis infrigidatiuis ſtipticis ſicut eſt ſuccus extremitatũ ſalicis ⁊ ſenticis ⁊ ramoꝝ vitis ⁊ folioꝝ piri ⁊ cydonij ⁊ virge paſtoris linimẽta ⁊ emplaſtra.

¶ Hic ponit curam per linimenta: ⁊ patet littera. Jteʒ ⁊ ſimiliter fiunt linimenta ⁊ emplaſtra ex oĩbus medicinis frigidis ⁊c̄. Jtem ⁊ ſenticis. i. rubi: al's vitis albe.

¶ Odoramẽta vͦo ſunt ſicut ſtercus aſini recẽs. Sʒ impletiones ita ſunt. Jmplet̄ eni cũ capite cãne: aut cuʒ capitibꝰ palmarũ ſylueſtriũ ⁊ diſtillat̄ cũ coto papyri: aut cũ cotto reliquoꝝ que egrediunt̄ ex plãtis.

¶ Hic ponit curam per odoramẽta: ⁊ patet littera. Sed impletiones: ⁊ patet littera. Jtem ſed impletiones. ſ. ſine tenta.

¶ Jn eo aũt qui prauior eſt illo ⁊ factꝰ ꝓpter feruoreʒ ⁊ caliditatẽ vehemẽtẽ aut eruptionẽ arteriarũ nec̄ia eſt flõmia cephalice que ſequit̄ illã narẽ minima valde: ⁊ nec̄ie ſunt vẽtoſe ſup poſteriorẽ partẽ capitis cũ ſcarificatione leui ⁊ ſup mamillã que ſequit̄ eã fiat ſuſpenſio eiꝰ ſine ſcarificatiõe. Et q̃nq3 opʒ vt extrahat̄ ſanguis per flõmiaʒ vſq3 ad ſyncopim ex cephalica ⁊ ex vena ſpatule que eſt poſterius: qm̃ eſt magis vltima: q̃re ꝓhibet ſanguinẽ eleuari ad caput. Jpſa nãq3 cuʒ ad ſyncopim perducit ſedat ſtatim ⁊ illud in fluxu ſanguis nariũ vehemẽtis velocitatis: ĩmo oportet vt ſuccurratur in hora cũ ſentitur vehemẽtia fluxus ſanguinis narium ⁊ velocitas eius antequã cadat virtꝰ. Sed ſi nõ fuerit velox vehemẽter: ſed fuerit guttatiʒ ⁊ fuerit cũ paroxiſmo: oportebit tũc vt fiat flobothomia paulatim vicibus ꝯtinuis.

¶ Hic ponit curã fluxus ſanguinis per flõmiã. Sc̄do per inſpiſſantia ſanguinẽ. ibi (Et cũ flõmia.) Tertio per ventoſas. ibi (Et vẽtoſa.) Quarto per embrocas. ibi (Et opʒ.) ¶ Dicit primo ꝙ ſi fluxus ſanguinis eſt multũ prauus: ita ꝙ nõ põt cõſtringi per medicinas dictas ⁊c̄. Jtem aut caliditatem vehementem. ſ. ſanguinis. Jtem aut eruptione arteriarum. ſ. ſanguinem eleuante. Jtem minima valde. i. ſubtilis leuis ⁊ pauca. Jtem vt ſuccurratur al's ſubtrahatur. ſ. per flobothomiam: q2 in vna flobothomia.

¶ Et cũ flobothomia peruenit ad finem ſufficientem: oportet vt fiat permutatio ad ĩſpiſſandũ ſanguinẽ cũ eo qᵭ ĩfrigidat ipſum ⁊ cum eo qᵭ ipm̃ facit turbiduʒ quãuis nõ ĩfrigidet̄ cũ eo qᵭ ſit ſicut iuiube.

¶ Hic ponit curam per inſpiſſantia ſanguineʒ: ⁊ patet littera. Jtẽ turbidum. i. ſpiſſum. Jtem quãuis non infrigidetur. ſ. ſufficienter. Jtem iuiube: q2 iuiube habent ſanguinem inſpiſſare: ⁊ ideo in febribus ſanguineis conuenit ſyrupus iuiubinus.

¶ Ventoſa vͦo ſanguini dominãti reſiſtere non valet: ĩmo opʒ in p̃mis vt flõmia per extractionẽ paulatim minuat̄: deĩde ponat̄ vẽtoſa. Et poſitio vẽtoſarũ ſup epar ſi fluxus ſanguis nariũ eſt a dextra: ⁊ ſup ſpleneʒ ſi eſt a ſiniſtra: ſuper ambo ſimul ſi eſt ab ambobꝰ lateribꝰ: eſt ex nobilioribꝰ curationibꝰ: ⁊ ẽt opʒ vt ſtringant̄ extrema: ita vt ẽt teſticuli viroꝝ ⁊ mamille mulierũ: ⁊ ꝯſtrictio ambarũ auriũ eſt valde vltima.

¶ Hic ponit curã per vẽtoſas ſtricturas ⁊ ligaturas: ⁊ pʒ lr̃a. Jteʒ flõmia. i. per flõmiã. Jtẽ ⁊ poſitio vẽtoſaruʒ ſup epar eſt ex curationibꝰ nobilioribꝰ ſi fluxus ſanguis nariũ ⁊c̄. Jtẽ vel teſticuli viroꝝ. Jtẽ ⁊ mulierũ. ſ. mamille: iſta ponunt̄ ad diuerſionẽ.

¶ Et opʒ vt adminiſtret̄ embroca multũ cũ aqua frigida: ⁊ q̃nq3 neceſſariũ eſt vt ſedeat homo in aqua frigida ĩfrigidata cũ niue donec viridia fiant eiꝰ mẽbra. Et q̃nq3 neceſſariũ eſt vt caput eiꝰ gipſet̄ cũ gipſo ĩfuſo aqua: aut gipſo ĩfuſo in aceto ⁊ vt effundant̄ ſup caput ipſius aque ĩfrigidate cũ niue donec ſtupefiat. Et q̃nq3 nõ iuenit̄ ĩ ipſo excuſatio a tẽtis fortibꝰ factꝭ ex flore eris ⁊ ab aqua albedarũgi cũ cãphora ⁊ a mũmia pura ex qua pondere danich vniꝰ fiat caput ꝑpurgiũ: ⁊ ad minus ꝯuenit vt teneat aquã frigidã ꝯgelatam in ore ſuo. Et ſcias ꝙ q̃nq3 viuit homo in fluxu ſanguis nariũ vſquequo egrediat̄ ex eo vltra. xx. lib. vſq3 ad. xxv. lib. deĩde moritur. Et quãdoq3 ſyncopis ex qua cadit eſt cã ad ſcindendum ipſum.

¶ Hic ponit curaʒ per embrocas: ⁊ pʒ lr̃a. Jtẽ danich eſt põdus. 8. granoꝝ ordei. Jtẽ ad ſcindendũ. i. ad curandũ. Cauſa eſt: q2 reuertitur ſanguis ad cor: ⁊ extrema remanẽt depauperata calore.

¶ Cibi vo sint illi qui fiunt ex lentibus cũ sumach aut aceto: aut acresta: aut similibꝰ illis: ⁊ caseus recẽs humidus est ex cibis cõueniẽtibꝰ patiẽtibꝰ fluxũ sanguinis nariũ. Et silr lac decoctum donec ingrossetur ⁊ oua elixata ei q̃ ꝑparatur ad fluxũ sanguinis nariũ ꝑꝑ cholerã sanguis sui: cũ tñ acetosa qñqꝫ nocẽt patiẽtibꝰ fluxum sanguinis nariũ ꝑꝑ incisionẽ ⁊ subtiliationẽ que ẽ i eis. Et ꝯgregatio qdẽ experiẽtiũ existimat ꝙ cerebella gallinarũ sunt ex meliorĩbꝰ cibis: imo ex meliorĩbꝰ medicis ei q̃ hꝫ fluxũ sanguis nariũ ex casu aut ꝑcussione. Veruꝫ opꝫ vt ex eis plurimũ sumat: aut fiat ei cibus ꝯtinuus. Vinũ aũt ꝯfert iquãtũ ꝯfortat ⁊ nocet inquãtũ excitat sanguinem. Cuꝫ ergo indiges ipso inquãtum cõfortat cõmisce ipsum parumper. Et cum nõ est necessariũ neqꝫ fluxus sanguinis nariũ facit casum virtutis ꝓximũ: tũc nõ des ipsum in potu. Et opꝫ vt obseruetur ne dimittatur aliqd eiꝰ descẽdere ad ventrẽ ⁊ inflet stõchũ ⁊ debilitet pulsum ⁊ excitet syncopim. Et si aliqd descẽdit opꝫ vt duꝫ in stomacho ꝑmanet euomatur ⁊ ꝑcipiatur illud cũ sentitur eius descẽsus ad stomachũ. Nã si ipm ꝑtransierit oportebit vt fiat clystere vt velociter egrediatur ⁊ nõ remaneat in stomacho.

¶ Hic ponit curã per cibos ⁊ dietã: ⁊ pꝫ lr̃a. Item aut similibus qꝛ cũ succo lymonũ arancioꝝ ⁊ hmõi. Itẽ ꝓpter cholerã sanguis sui idest ꝑꝑ sanguinẽ suũ cholericũ. Itẽ qñqꝫ acetositate acuta. i. acetosis acutis. ¶ Et opꝫ. hic docet succurrere qbusdã accidẽtibus ⁊ dicitur ꝙ debes cauere ne sanguis fluat ad stomachũ.

¶ De regimine eorum que faciunt fluxum sanguinis narium. Cap. 10m.

Necessitas qñqꝫ facit esse rectũ: vt fiat fluxus sanguinis nariũ: ⁊ ꝓprie in egritudinibꝰ cerebri. Et ꝑꝑ hoc antiq fecerũt istrm faciẽs fluxũ sanguis nariũ ꝑcutiẽdo nasuꝫ: ⁊ curauerunt plurimas egritudines idigẽtes in sui sanatione sanguis nariũ cursu. Et ex regimine qdẽ in faciendo fluxũ sanguis nariũ est cõmotio facta cũ extremitatibꝰ plãte lenis tactꝰ: ⁊ ꝓprie eiꝰ que nascitur suꝑ lignuꝫ squinãti sicut flos: ⁊ est sicut aranee tela ⁊ colyrio facto ex eo qd est in suprema parte squinãti ⁊ mẽtastro cãpestri: ⁊ facto ex medicinis acutis sicut ꝯdisi ⁊ staphisagria ⁊ euforbio ꝯfectis cũ felle vaccino.

¶ Quia aliqñ in aliqbꝰ egritudinibꝰ est necessarius fluxus sanguinis nariũ: iõ hic docet admistrare medicias ꝓuocatiuas fluxus sanguis nariũ. Et dicit ꝙ aliqñ ẽ necesse vt facias exire sanguinẽ ex naribꝰ ⁊c. ¶ Nota ꝙ illo casu multũ valet herba que dicitur sanguinaria. Item indigentes. i. pessimas ⁊ prauas. Iteꝫ cursu. i. per cursum. Item confectis. i. mistis.

¶ De coriza ⁊ catarro. Cap. 11m.

Hẽ due egritudines cõicãtes sunt in hoc: ꝙ vnaqueqꝫ earuꝫ est cursus mãei ex cerebro. Verũ qdã hominũ sunt q appropriant noie catarri illud qd dscẽdit ad guttur ⁊ nomine corize qd descendit ex via nasi. Et qdam hoies sunt qui noiant totũ illud catarrũ. Et noiant corizam qd descendit ex via nasi subtile ⁊ acutũ frequens ⁊ prohibens odoramentum effusum ad oculum ⁊ cutẽ faciei ⁊ penitus ad anteriora membra faciei.

¶ In ꝑcedẽti parte Aui. determinauit de fluxu sanguinis narium. Hic determinat de catarro coriza ⁊ brancho. Et ꝑmo quãtuꝫ ad cãs. Scdo quãtũ ad signa. ibi (Signa catarri.) Tertio quãtũ ad curam. ibi (Cura catarri.) ⁋ Prio ponit cãs catarri ⁊ corize. Scdo ponit quãdã diuersitatem catarri, ibi (Et catarrus.) Tertio ponit canones cõpletiuos. ibi (Et catarri.) ⁋ Primo ponit cãs catarri. Scdo ondit que cõplexiones sunt magꝭ parate ad catarrũ. ibi (Et habẽtes.) ⁋ Primo notificat catarrũ. Scdo ponit cãs. ibi (Et cã.) Tertio ponit vnũ cañ. ibi (Et cũ friditas.) ⁋ Prio notificat catarrũ. Scdo ostẽdit mẽbra ad que est fluxus in catarro ibi (Et catarrus.) ¶ Propter euidẽtiã ꝑmi nota ꝙ catarrus est defluxus materierũ ad ptes iferiores ⁊ dr̃ a cado cadis: qꝛ humiditates cadũt. Et Mes. c. de catarro dicit ꝙ catarrus vocatur fluor apud grecos. Et sic ẽt reuma dr̃ a ruo ruis: qꝛ hũiditates ruũt descendẽdo: ⁊ sic catarrus ⁊ reuma sunt synonyma. Itẽ catarrus vno mõ sumitur cõiter: ⁊ sic est descẽsus humiditatũ a superioribꝰ ad iferiores ad q̃scũqꝫ ptes iferiores dscẽdãt: siue ad pectꝰ: siue ad nares: siue ad epiglotũ: siue ad stõchum: siue alibi. Aliqñ sumitur magꝭ ꝓprie ⁊ est descẽsus hũiditatũ ad pectꝰ seu ad ptes pectorales: vt ponit Aui. in lr̃a auctẽ Gal. ⁊. ꝓno. cõmẽ. 49. ⁊. 6. de accidẽti cap. 4. sed si est descẽsus ad fauces veniẽs vocatur brãchꝰ: ⁊ veniẽs ad nares vocatur coriza. Unde versus. Si fluit ad pectus dicatur reuma catarrus. Ad fauces brãchus: ad nares esto coriza. ¶ Sꝫ nõ ꝙ illa mã que descẽdit est subtilis: qꝛ vniulr nõ descẽderet si esset grossa ⁊ viscosa. ¶ Tñ nota ꝙ ipsa est diuersa ꝑ magꝭ ⁊ minus in subtilitate: ⁊ sic pꝫ ꝙ in ꝑncipio ipsiꝰ cure catarri nõ ꝯueniunt syrupi aperitiui: qꝛ augmẽtarẽt catarrũ: sed ꝯueniũt medicine ispissatiue siue mã sit frigida siue calida. Nã si sit frigida inspissatur ingrossatur ⁊ vltra hoc alteratur: postea digesta mã ꝯueniũt medicine que faciũt expuere. Et si mã est viscosa ꝯueniunt medicine lenitiue aliquãtulũ abstersiue: sicut diadragagantũ diapenidion ⁊ huiusmodi: vt pꝫ ab Aui. in lr̃a. ¶ Dicit ꝗ ꝑmo ꝙ iste due egritudines. s. branchus ⁊ coriza ꝯueniũt in hoc: ⁊ pꝫ lr̃a. Iteꝫ he due egritudines. s. catarrus ⁊ coriza. supple ⁊ ẽt brãchus. Itẽ qdã hominum. s. Gal. ⁊. ꝓno. cõmẽ. 49. ⁊ Mesue. c. de catarro. ⁊ Gal. supple. in lib. de febribꝰ ad glauconẽ. c. 5. Itẽ ⁊ ꝓhibẽs odoratũ effusuꝫ ad oculũ. s. rei que effunditur in lachrymali: ⁊ ideo colyria que ponuntur in oculo vadũt ad nares. Ratio eius qd dicit: quia talis humiditas oppilat illam viaꝫ: ⁊ odor non potest transire ad nares.

¶ Et catarrus spargitur ad palatuꝫ ⁊ ad pulmonẽ ⁊ ad mery ⁊ ad stomachũ: ⁊ quãdoqꝫ vlcerat ea: ⁊ multotiens cõmouetur eo appetitꝰ caninus: ⁊ quãdoqꝫ descẽdit in neruis vsqꝫ ad longinquiora membra: ⁊ quandoqꝫ generantur ex eo sinãces ⁊ peripleumonia ⁊ pleuresis ⁊ extenuatio ꝓprie: ⁊ precipue cum catarrus est acutus ⁊ calidus ⁊ dolores stõchi ⁊ fluxus ventris: ⁊ rasura intestinoꝝ cum est salsus aut acetosus: ⁊ generatur ex eo etiã colica ⁊ ꝓprie mucosa que cruda est.

¶ Hic ostendit membra ad que est fluxus in catarro: ⁊ dicit ꝙ descẽsus est aliquãdo ad palatũ ⁊c. ⁊ pꝫ lr̃a. Itẽ eo. s. catarro. Itẽ casum ad pectus. s. quando illa humiditas fluens ad stomachũ esset multũ frigida. Itẽ ꝙ extenuatio ꝯtingit per descensuꝫ catarri: qꝛ illa humiditas calida ⁊ acuta veniens ad stõchũ abradit stõchũ: ⁊ nõ ꝑmittit cibũ stare in eo ⁊ trahi ad meseraycas: imo icidit cibũ ⁊ fit stercus vel secessus ⁊ per ꝯsequẽs extenuatio.

¶ Et cã oiuꝫ illoꝝ: aut est caliditas cõplexionalis ꝓprie: aut extriseca ex sole: aut venenis: aut olfatu medicinaꝝ calefaciẽtiũ sicut musci ⁊ croci ⁊ cepe: aut frigiditas cõplexionalis ꝓprie: aut eueniẽs extrisecꝰ ex aere frido aut septẽtrione: ⁊ ꝓprie cũ discooperitur caput ad vtrosqꝫ ꝑcipue hora qua rarificatur cerebrũ ex balneo: aut exercitio: aut ira: aut cogitatõe: aut aliis, ⁊ qñqꝫ accidit ex flõmia rarificatio que ꝑparat corpus ad recipiẽdũ calorẽ: aut frigꝰ: q̃re accidit catarrus: ⁊ ꝑcipue post flõmiã plurimã: ⁊ simil̃r ex malitia cõplexionis calide qui accidit alicui corpori.

¶ Hic ponit cãs omniũ. Propter euidẽtiaꝫ huius ptis nota ꝙ mã que ruit siue fluit ad partes inferiores: aut est mã calida: aut frigida. Calida: vt cholerica: aut flegma salsuꝫ: ⁊ talis est malus catarrus. Frigida ⁊ sic est mã aquosa subtilis: quã ideo tẽtat virtus expulsiua vt expellat: qꝛ nimis est fluidũ tale superfluũ: ⁊ ideo illam mãm opꝫ ingrossare vt ꝓportionetur virtuti. A triplici aũt causa põt fieri vt talis mã descendat. Uno modo a calido dissoluente: ⁊ talis calor aliquãdo est extrinsecus vt calor solis ⁊ aeris ⁊ balnei: ẽt quãdo aliquis stat ad odores calidos vt ad odores allioꝝ: qꝛ tales vapores liquefaciũt mãm ⁊ cadit deorsum ⁊ fit catarrus. Ali-

quãdo illa cã est ĩtrinseca sicut vapores calidi eleuati ex humoribus calidis ẽt sicut si aliqs sumeret aliq̃ꝫ medicinaꝫ que moueret humores ⁊ ipos nõ expelleret. Alio mõ põt fieri iste descẽsus per viã cõpressionis: q꞉ a frĩdo cõprimente fit expressio humiditatꝭ sicut fit in hyeme. Alius modus est ꝓpter magnã quãtitatẽ humiditatũ nõ regulatarũ a virtute: sed superantiũ virtutẽ cõtentiuã: vt ẽt ꝯtingit in hyeme: mõ istas cãs tãgit Auic. in lrã: ⁊ lꝫ ponat plures: tñ oẽs sunt reducibiles ad istas: ⁊ pꝫ lrã. Itẽ ⁊ cã oĩum illoꝝ. s. catarri ⁊ corize. Itẽ ꝓprie: q꞉ sine mã. Itẽ accidit rarificatio ex flobothomia: q꞉ mouet sanguinẽ: vnde sanguis inflãmatꝛ ⁊ incenditꝛ: ad quã inflãmationẽ sequitꝛ rarefactio. Itẽ ex multa iflãmatione supple fit rarefactio: nã qñ corpꝰ est debile in cõplexione cito iflãmatꝛ ⁊ cito calefit: ⁊ sic a q̃cũq꞉ cã fiet ipressio: vt p̊ cañ. fen. z. ⁊ sic aliq̃ corpora recipiũt nocumentũ in hyeme ⁊ in estate.

Et cuꝫ frigiditas cõplexionalis fit fortis ⁊ figitur in ea sicut fit in senibus dicitꝛ ꝙ ipse non digeritꝛ: nisi ipsi perueniant ad vltimũ finem in sanitate cõplexionis et caliditatis eius: ⁊ ꝙ cerebro frigido cũ aduenit nutrimentũ debilitatꝛ in senibꝰ ⁊ in habẽtibus debile cerebruꝫ: quare nõ digeritꝛ in ipso qđ ad ipm penetrat ꝑꝑ debilitatẽ suam ⁊ supfluit quare descẽdit: ⁊ factꝰ qdeꝫ a frigore plurimus est q̃ꝫ factus a calore.

Hic ponit vnum cañ. ⁊ dicit ꝙ quando est mala complexio fortis ⁊c. Item ⁊ figitur. s. in cerebro. Item in ea. s. fortitudine. Item dicitur ꝙ ipse. s. catarrus. Item ⁊ in caliditate eius. i. aut vltimo calefiant. Iste est aforismus. 40. secũde particule. Brãchi ⁊ corize in valde senibus non maturantur.

Et habentes complexionẽ calidã vehemẽtius sunt preparati ad recipiendũ causas extrinsecas facientes corizaꝫ q̃ꝫ habẽtes cõplexiones frigidas ⁊ humidas: ⁊ habẽtes cõplexiones calidas in seipsis plus sunt securi ne accidat eis ex causis corporeis q̃ꝫ habẽtes cõplexiones frigidas. Cerebrũ eni frigidũ nõ digerit illđ qđ peruenit ad ipm ex nutrimẽto ⁊ non resoluit qđ ad ipm ascendit ex vaporibꝰ. Cõuertuntꝛ ergo supfluitates nutrimenti ⁊ componuntꝛ vapores sicut ꝯuertitur in alembico illud quod ascendit ad ipm ex cucurbita: quare assidui sunt in ipso fluxus.

Hic ostendit que cõplexiones sint magis parate ad catarrum: ⁊ dicit ꝙ cõplexio calida ⁊c. ⁊ pꝫ lrã. Iteꝫ ex causis corporeis. i. corpori intrinsecis. Nam habentes cõplexiones calidas sunt magis parati q̃ꝫ habentes cõplexiones frigidas. Nota lrãm: q꞉ saluatꝛ questio que põt fieri. s. que corpora sint magis parata ad catarrũ: vel corpora calida vel frigida. Dõm vt dicit Auic. ꝙ a duabꝰ primis causis que sunt calidũ dissoluens ⁊ frigiduꝫ exprimẽs: ⁊ etiã a causis extrinsecis corpora calida sunt magis parata ad catarruꝫ. Ratio est: q꞉ sunt corpora magꝭ rara: igitꝛ cause melius possunt intrare mẽbra ⁊ dissoluere ⁊ exprimere: sed corpora frigida quantũ ad tertiã cãm que est repletio humiditatuꝫ sunt magis parata ad catarrũ: q꞉ plures humiditates aggregantꝛ in frigido q̃ꝫ in calido. Et sic ẽt habetꝛ ꝙ lꝫ corpora calida sint magis parata ad catarrũ: tamẽ catarrus est citius curabilis in eis q̃ꝫ in frigidis.

Dubᵐ p̊ᵐ Dubitatꝛ super isto capitulo cuius mẽbri catarrus fit egritudo. Dõm ꝙ si catarrus fiat a cã extrinseca est egritudo panniculi cooperiẽtis craneũ ⁊ musculoꝝ ibidẽ existẽtiũ sub cute: ⁊ iõ bona cura est calefactio ⁊ euaporatio cũ pãnis calidis: q꞉ remouẽt talẽ frigiditatẽ inductã in ipso pãniculo. Si aũt catarrus ꝓueniat a cã intrinseca: sic est passio pie matris ⁊ dure matris cerebri que exp̃mũt humiditates vel liquefaciũt: tñ nos possemꝰ in catarro imaginari multas lesiones fieri. s. ꝙ nocet aliqñ pluribꝰ mẽbris.

Dubᵐ zᵐ Itẽ dubitatꝛ vtrum catarrus sit egritudo per se vel per colligantiaꝫ. Dõm ꝙ si teneamus ꝙ catarrus sit accidẽs: q꞉ exiens permutatum in quantitate sic non cadit distinctio per se ⁊ per colligantiam quãdo fit a causa extrinseca. Sed tu dices: si sumatur catarrus pro egritudine que egritudo est. Dicendum ꝙ cõsiderando exiens mutatũ sic nõ est aliquis morbus: sed est vnum genus per se accidentium morboꝝ. Si autem ꝯsideremus ꝙ aliqua mala cõplexio imprimitur in cerebro vel pãniculis ab humiditate defluente que ibi continebatur: ⁊ q꞉ plurimũ fit a frigido: dicemus ꝙ est mala cõplexio frigida vtplurimum.

¶ In quarta tãgit medicinas. xv. ex cõueniẽtioribus in alcola acutꝭ ⁊ calidis a p̃ncipio in q̄bus est virtus ifrigidatiua cũ quadã stipticitate ⁊ ꝯfortatiõe. ⁋ Prima est folia rubi vel eius capreoli seu teneritates masticata frequẽter ⁊ in ore retẽta que desiccãt alcola cũ refrigerio ⁊ particulas oris cũ lingua ꝯfortãt: ⁊ ad eas ꝓhibẽt affluere humores. ⁋ Scd̃a est lentes simul cũ aceto sepe masticate ⁊ diu tente in ore que similia faciunt. ⁋ Tertia est medulle oẽs ossiũ aĩaliũ maxime cerui ⁊ vituli cũ cydonijs miste masticate frequẽter ⁊ in ore retẽte in q̄bus est virtus lenificatiua cũ stipticitate: ⁊ medulle mitigãt magnã austeritatẽ crudoꝝ cydonioꝝ in masticatione sui pre nimia stipticitate. ⁋ Quarta est poma stiptica vt vocata a vulgo de capẽduto ⁊ de malingrino. ⁋ Quita est pira sti

ptica vt vulgariter dicta pira de angustia ⁊ pira fini auri: ⁊ de carauilla: ⁊ de vinceria cruda masticata ⁊ in ore retenta. ¶ Sexta est zarur seu zarora. i. sorba vt exponiť in synonymis Auic. Sȝ Januē. ait ꝙ est fructus similis pro: ⁊ nō est sorba vt quidā putauerunt: sed est eiusdē virtutis: ⁊ in casu hoc masticať: ⁊ in ore teneť sicͣ fructus alij. ¶ Septīa cydonia cruda masticata. ¶ Octaua iuiube tēte in ore ⁊ masticate que frigide sunt in ꝑmo gradu ⁊ tēperate in siccitate ⁊ ꝯferūt acuitati sanguinis: vt ait Prin. scđo huius ca. de eis. ¶ Nona est extremitates vitis ⁊ turiones seu capreoli q̄ masticanť: ⁊ in ore teneņť: ⁊ in ipsis est stipticitas cū acetositate ⁊ remisso refrigerio. ¶ Decima ē citrulli hortulani siccati ꝑcipue cortices hoꝝ masticati. ¶ Undecima est farina lentiū sepe in ore tenta. ¶ Duodecima est farina rizi similiter tēta in ore. ¶ Tredecima fortior medicis predictis in desiccatione alcola ⁊ cōsumptiōe sordis eius est puluis qui recipit gallaꝝ spodij rosaꝝ rubeaꝝ siccaruȝ achacie ⁊ similiū vt psidie cupulaꝝ glādium aā. ʒ. j. terātur subtiliter: ⁊ eoꝝ puluis sepe in ore teneať. ¶ Quartadecima est celidonia mista cū stipticis vt puluere nūc dicto ⁊ in ore retenta: hȝ eniȝ virtutem mirabilē in cola. ¶ Quintadecima est cāphora que sepe in ore tenta vehementer cōfert in curatione alcola. Jnquit Serap. secundo breuiarij cap̄. de alcola. Admone īfirmuȝ vt teneat in ore suo res q̄ acetositatē ⁊ stipticitatē faciūt ⁊ strīgūt sicut rob de moris syluestribus: aut aqua in qua decoctū est sumach: aut myrtus: aut folia oliuaꝝ humida: aut aqua fruct᷒ rhāni: aut aqua decoctionis lentiū ⁊ balaustiaꝝ: aut aqua rosata sola: aut lythargiriū decoctū cū aceto: aut folia alcāne de mecha que decocta sint cuȝ aqua rosata ⁊ aqua granatoꝝ acetosoꝝ: aut decoctio gallaꝝ nō ꝑforatarū: qm̄ sunt crude nō mature: administra ergo eas cū corticib᷒ granatoꝝ. Et Mes ca. de alcola ait. Calidū quidē curať cū administratione reꝝ acetosaꝝ habentiū ēt stipticitatē sicͣ ꝓprie rob de ribes ⁊ flos salicis torrētis ⁊ rob acetose ⁊ rob de moris syluestrib᷒ ⁊ aq̄ decoctiōis sumach ⁊ myrti ⁊ lentiū excorticataꝝ cū aceto ⁊ extremitates vitis ⁊ rubi ⁊ zarur ⁊ aqua granatoꝝ acetosoꝝ ⁊ spodiū ⁊ galle ⁊ rose ⁊ achacia ⁊ coriandrū humidū ⁊ memithe ⁊ similia.

¶ Jn vtrisqȝ v̄o frigidis adiuua te cū abstersiuis exiccatiuis ⁊ proprie in flegmaticis. Et cum resolutiuis fortis resolutionis ⁊ exiccationis: ⁊ proprie in melancholicis sicut est farina orobi ⁊ mel cum gallis. Et rasura pergameni est vehementis iuuamenti in hoc ꝓprie in pueris quando miscetur cum aceto: ⁊ magnis dragantum cum aceto.

¶ Jn q̄nta dat canones quattuor sup̄ cura frigidoruȝ alcola. ¶ Primus est in curis vtriusqȝ frigidi alcola. s. flegmatici ⁊ mel̄ici: melācholie nō adusta: medicine cōpetunt fortis abstersionis ⁊ desiccationis ⁊ ꝑcipue in flegmaticis vt oris ablutio cū hierapigra dissoluta in albo vino vel in aqua mellis vel dianucū vel squilliticū oxymel. ¶ Secūdus est in his etiā cōpetunt medicine resolutiue fortis resolutionis ⁊ exiccatiōis ⁊ ꝑcipue in alcola mel̄icis vt farina orobi vel stercus canis vel mel cuȝ gallis. Et hoc ītellige de alcola putredinali putrefactiōe mel̄ie sine corrosione ⁊ adustione que non sepe accidit. ¶ Tertius est pergameni rasura vehemēter confert in alcola frigido proprie in pueris quādo cōmiscetur cuȝ aceto de vino: ⁊ cum eo teritur ⁊ in ore tenetur. Siccat enim fortiter mundat ⁊ abstergit alcola pueroꝝ. ¶ Quartus est in alcola frigido ꝑuectorum magnoꝝ ⁊ iam induratoꝝ ꝯfert dragantū idest vitreolū vel species eius cū aceto permistū ⁊ in ore retentū. Siccat eniȝ fortiter ⁊ abstergit alcola. Jnquit Serap. ad cola album. ℞. celidonie ⁊ myrabolanoꝝ citrinorum ⁊ spodij ⁊ balaustie ⁊ cardamomi partes equales terantur ⁊ administretur.

¶ Et quando sunt corrosiua mala: tunc necessaria est administratio floris eris cū colcothar ⁊ gallis in rob: aut gallarum ⁊ aluminis ⁊ balaustie partes equales. Et administratio trociscorū busus aut alcobol cartaniaticon cum succo stiptico sicut succo acreste. Et sint medicine communes: aut ex alumine ⁊ gallis cōtritis vt puluerizatio ⁊ puluis fricetur cum eis os multum. Et galle quidem conferunt omni cola maligno ⁊ proprie quādo decoquūtur cū aceto ⁊ sale: ⁊ fit cū eis collutio oris in cola puerorū. Et cinis almezerion habet proprietatem mirabilem in cola malo: ⁊ est ex medicinis communibus speciebus alcola. Et silr̄ alumē puluerizatum ⁊ aqua erea ⁊ fex adusta.

¶ Jn sexta dat remedia decem ꝯtra alcola mala corrosiua. ¶ Primū recipit floris eris colcothar. i. vitrioli spēs: vt ait Januē. aā. ʒ. ij. gallaꝝ. ℥. 5. conteranť in rob. i. vino cocto donec vt mel fiāt: ⁊ ori imponanť cuȝ tali cautela ꝙ nil īde trāsglutiať: nā sumpta īterius intoxicāt sumētē ⁊ adhibita alcola siccāt ⁊ ꝯsumūt eius virulētiā: ⁊ vlcera prohibent expādi ⁊ rodere. ¶ Secūdū recipit gallaꝝ aluminis ⁊ balaustiaruȝ aā. ʒ. ij. teranť ⁊ puluis eaꝝ teneať aliquādiu in ore: deīde expuať. Siccat eniȝ fortiter mūdat ⁊ abstrgit virulentias alcola mali corrosiui. ¶ Tertiū est trocisci busus quoꝝ d̄scriptio ē. ℞. arsenici citrini: calcis aā. ʒ. x. floris eris. ʒ. v. colcothar. i. vitrioli tantūdem alumīs achacie balaustie omniū aā. ʒ. iij. terantur oīa cū aceto ꝑ hebdomadā vnaȝ ⁊ īformenť ex eis trocisci. Et sic describunť a Serap. 7. breuiarij. ℞. emathitis. ʒ. xv. gūmi tātūdē zimar. i. viridis eris. ʒ. x. colcothar. i. vitrioli vsti. ʒ. vj. calcucecaumenon. i. eris vsti: opij aā. ʒ. ij. aluminis iameni croci aā. ʒ. iiij. conficianť cū vino antiquo ⁊ fiāt pillule aut trocisci. ¶ Quartum est alcohol cartamaticon qđ cū succo stiptico vt cuȝ succo acresti ministrari dȝ. Et sic d̄scribiť a Serap. 7. breuiarij. ℞. emathitis. ʒ. xij. gūmi zimar. i. viridis eris aā. ʒ. vj. calcucecaumenō. i. eris vsti. colcothar. i. vitrioli vsti aā. ʒ. iiij. opij. ʒ. ij. croci. ʒ. j. tere ⁊ cribella ⁊ ori imponať cū succo acreste. ¶ Quintuȝ est medicine cōmunes superius laudate in alcola calido ⁊ acuto maxime post ꝯsumptionē virulentie ex causticis nūc dictis: vel medicamen ex alumine ⁊ gallis cōtritis ꝯtritione que est vt puluerizatio ⁊ puluis cū quo sepe ⁊ multū fricet os infirmi. ¶ Sextum est galle īmature nō ꝑforate que cuilibet alcola maligno cōferūt maxime decocte cū aceto ⁊ sale ⁊ ori īposite ⁊ diu ibi retēte: ⁊ fit cū ipsis oris ablutio in cola pueroꝝ facilis ⁊ vtilis ⁊ multū efficax. ¶ Septimū est cinis almezerion in furnello cōbusti qui mirabileȝ hȝ ꝓprietatē in alcola maligno: ⁊ ex genere medicinaꝝ que oībus alcola speciebus cōferunt sicut celidonia alcāna ⁊ galle. Juxta illud Mesue ca. de alcola. Et celidonia quidē ⁊ alcāna cōmunes sunt in vtraqȝ mā: similiter ⁊ galla. Et est almezerion vt plures asserūt laureola: alij dicunt ꝙ est anabula: ⁊ Januē. ait ꝙ est camelea ⁊ semē eius cocognidiō ⁊ hȝ folia similia oliue: ⁊ apothecarij ꝓ almezerion laureolam capiūt ⁊ pro cocognidion semē laureole. ¶ Octauū est alumen puluerizatū ⁊ in ore retentū per se aut cū aceto siccat enim fortiter ⁊ ꝯsumit omnes virulentias alcola. ¶ Nonū est aqua erea talis naturaliter erumpēs a terra vt in thermis ereis vel bullita frequenter ⁊ diu custodita in vasis ereis qua sepe os laueť: nā virulentias lauat ⁊ abstergit ab vlcerib᷒ oris ⁊ fortiter exiccat sua v̄tute erea. ¶ Decimū est fex adusta: de qua secundo huius caplo de fece ait. Melior fex ⁊ sanior est fex vini veteris: ⁊ fex quidē aceti est vehemētis virtutꝭ: ⁊ opȝ vt adurať post ipsius exiccationē bn̄ sicut aduriť spuma maris in vitreata linita ex luto aut in olla: ⁊ finis adustionis eius est, vt albescat ⁊ puluerizeť ⁊ administreť dū ē recēs: que eniȝ ex ea est vetus est debilis virtutꝭ: hec ꝑnceps ibi. ¶ Jnq̄t Mes ca. de alcola. Alcola quidē calidū spēm hȝ quādam herpeticā malignā cuius cura est difficilis: ⁊ opȝ vt distinguanť ei tria genera curationis. ¶ Et ꝑmū genus curatiōis est mūdificatio ⁊ abstersio virulēti ⁊ corrosiui puris: ⁊ hoc quidē ꝑficiť cū administratione medicaminis acuti ⁊ proprie calcalon. i. de arsenico dicti in c. de polypo vice vna post aliā vsqȝ dū appeat totū herpeticū consumptū esse vel quasi: ⁊ succedat ei administratio medicamīs refrigeratiui: sicut olei roꝭ. ꝓprie conquassati cū albumine oui vice vna post aliā vsqȝ dū ardor ⁊ cōbustio tollanť: ⁊ si hec nō cōferunt administreť cauteriū. ¶ Scđm est perficere curā cū medicamine partim incarnatiuo partim mūdificatiuo. ¶ Tertiū genus curationis perficitur cum medicamine consolidatiuo: hec ille.

¶ Alcola v̄o melancholico nigro confert vt liniať cuȝ melle cui admiste sunt passe enucleate ⁊ anisuȝ. Si aūt illic fuerit apostema ēt tunc administretur hoc vnguētum: aque albedarungi sacraiati vnum: olei ro. sacraiati medietas: lentiuȝ sacraiati medietas: croci pōdus duorum aureorum: fiat ex eis vnguentum.

¶ Jn septima ꝑmo precipit sepe linire alcola nigruȝ mel̄icum non apostemosum isto medicamine. ℞. passulaꝝ enucleataꝝ siue vuarū passaꝝ a suis arillis mūdataꝝ. ℥. j. seminis anisi. ʒ. ij. teranť ⁊ incorporenť cū quartꝭ. 5. mellis mūdi cocti ⁊ fac linimētū quo frequēter in die liniať alcola. ¶ Scđo ꝑcipit si cū alcola nigro fuerit apostema sepe linire ipsum ex sequēti vnguēto. ℞. aque albedarūgi. i. ozimi fluuialis sacraiati vnū: olei rosati lentiū aā. sacraiati. 5. croci aur. ij. misceanť in simul ⁊ fiat vnguentū: conterēdo prius lentes ⁊ crocū cū aqua albedarūgi: ⁊ in fine addať rosaceū oleū. Sacraiati

est pōdus

est pōdus sextarioꝝ sex ⁊ quarte partis sextarie vnius: ⁊ sextariū est pōdus.ʒ.vj.⁊.5.vt ait Prin.tertij sexta caplo septimo. ¶ Jngt Mes.cap.de alcola. Nigrū aūt malignū est deterius omnibus: ⁊ īdiget triplici gñe curationis. ¶ Et primuz quidē pficit sic in alcola herpetico dictū est scilꝫ cum causticis vt arsenico aut vitriolo ꝯsumēdo statim virulētias vlceꝝ. ¶ Secundū vo genus perficit cū medicinis abstersiuis multe abstersionis cū continuitate multi tēporis in illo: sicut proprie vnguēto egyptiaco ⁊ aceto squillitico: aut cum aceto ⁊ colcotar.i.vitriolo ⁊ galla: aut cū aceto decoctionis gallarū almezerion.i.laureole ⁊ similiū. ¶ Tertiū est consolidatio vlcerū. Serap. scđo breuiarij cap. de alcola. Medicamen ad cola nigrū ⁊ putrefactionē eius que fit in ore. ℞. folioꝝ oliuaꝝ siccorum folioꝝ rami achacie omnium añ.ʒ.xx. aluminis rubei colcotar ⁊ zegi.i.vitrioli añ.ʒ.iiij. radicis lilij.ʒ.v. ordei.ʒ.iiij. zafrani.ʒ.j. terant̃ ⁊ admīstrent̃. Aliud ad cola nigra ⁊ putrefactionē oris. ℞. calidicon.i.trociscoꝝ de arsenico.ʒ.vj. salis armoniaci radicis lilij añ.ʒ.j. terantur ⁊ administrentur. Aliud cōferens cola nigro maligno. ℞. arsenici rubei pyretri añ. partes equales: terant̃ ⁊ cribellent̃ ⁊ cōficiant̃ cū gūmi cedri ⁊ cōburant̃ deinde terant̃ ⁊ administrent̃. ¶ Cura alcola in summa est res octo. Prima est euitare cacochima acuta ⁊ salsa ⁊ amara ⁊ repletiones ⁊ inflāmabilia ⁊ putrescibilia ⁊ aerem corruptum peste vel aliter: ⁊ omnia alia olea. ¶ Scđa est regimen declinās ad frigidū ⁊ remisse siccū in citrino ⁊ nigro ex adusto humore: ⁊ calidū ⁊ siccū ī cola flegmatico: ⁊ dieta subtilis euchima declinās ad acetositatez. ¶ Tertia est flōmia ex cephalica vel venis sub mēto: vel vētose sub mento cū scarificatione. ¶ Quarta est solutio vētris in calido cū cassiafistula māna aut thamarindis in sero caprino vel cū diaprunis vel cū reubarbaro: ⁊ in flegmatico cū diacartamo vel diaturbith: ⁊ in melico cū catholicon vel cū diasene p̄cedētibꝰ digestiuis ꝓprijs. ¶ Quinta est masticare frigida acetosa stiptica in calido vel in ore tenere vł sepe lauare os cuꝫ decoctionibus eoꝝ: vt granata acria berberis acedulā rubi ⁊ vitis extremitates: rosas sumach lentes. ¶ Sexta est in frigidis abstersiuis vt siccātibus fortiter ⁊ resoluentibus vt squillitico aceto vel oxymelle squillitico vel farina orobi vel melle cū gallis vel celidonia vel cinere almezerion vel pgameni rasura in puerꝭ cū aceto pmista vel vitriolū cū aceto in magnis. ¶ Septima est in alcola corrosiuis acutis herpeticis malignis medicie caustice vt arsenicū flos eris vitriolū alumē cum gallis ⁊ psidijs ⁊ balaustijs vel fex vini adusta vel actuale cauterium si fuerit opus. ¶ Octaua est in alcola nigro melācholico non apostemoso linito cū melle passulis ⁊ aniso: ⁊ in apostemoso cum vnguento facto ex aqua fluuialis ozimi oleo rosaceo lentibus ⁊ croco.

¶ De multitudie sputi ⁊ cursus eiꝰ in somno. Cap. 25m.

Multotiens accidit ex multitudine caliditatis humiditatis ⁊ proprie in stomacho. Et quandoqꝫ fit propter victoriam caliditatis solius sicut accidit ieiuno: aut propter grauitatem cibi: aut corruptionem eius ex sputo assiduo vsquequo comedat ⁊ quiescat illud ab eo: ⁊ quandoqꝫ accidit ex frigiditate ⁊ flegmate.

¶ Jn hoc cap. dat quinqꝫ cās multitudinis sputi seu saliue nimie ⁊ decursus eius ab ore hora somni sic ꝙ vigilādo frequēter spuit qs ⁊ loquēdo ꝯspuit: vñ interdū fedat bauosis saliuis vultus assistentiū: ⁊ talis a vulgo bauator vocat̃: ⁊ qñqꝫ in somnis ab ipsiꝰ ore defluit saliua fedans labia eius ⁊ puluinar capiti suo suppositū: ⁊ ex cypho bibens suis bauis inficit residuū poculi que supnatātes manifeste apparēt. ¶ Prima est multitudo seu superexcessus caliditatis ⁊ humiditatis ꝓprie in stomacho sicut in sanguineis nimiuꝫ bibētibus fieri videmus. Caliditas eniꝫ subtiliat aliquas ex humiditatibus ⁊ ad hauritoria saliue subleuat: ⁊ humiditates que supabundant assidue nouas ministrāt materias. ¶ Secūda est victoria solius excrescentis caliditatis vt in ieiunantibus accidere videmus ꝙ superabūdat donec comederint in aquosis saliuis: qꝛ calor additus in partibus stomachi ex carētia pabuli vel liquefacit ꝯgelatas humiditates: vel attrahit a mēbris subtiles aquosas augētes saliuas. ¶ Tertia est grauitas cibi. nā cum per cibuꝫ stomachus grauat̃ diminute digerit ipsum: vñ crescūt in eo supfluitates īdigeste. Et accidit iterdū ꝙ cibi graues in stomacho recepti descēdentes subleuāt humores aquosos versus orificiū sicut lapis grossus in ollam receptus plenā aqua aut vino sursum mouet alteruꝫ ⁊ ascendere facit. ¶ Quarta est corruptio ciboꝝ in stōcho ex sputo assiduo qđ ad os ꝯfluit multuꝫ secū deferēs caloris ⁊ spūs. Uel cuiꝰ mā stomacho ⁊ cibo p̄sumpto iteriacent ⁊ nō sinit stomachuꝫ bñ vniri cibo: ⁊ nō cessat hoc sputū sursuꝫ ascendere vsquequo comedat ille qui hoc patit̃: ⁊ tunc sputi ascēsus pro aliquo tpe qescit ab eo: qꝛ cibus nouus īferius deprimit māꝫ sputi. Et p corruptionē cibi intellige diminutā decoctionē ⁊ ꝯuersionez eius ad superfluitates indigestas. ¶ Quinta est frigiditas ⁊ aquosum flegma supabundantes in stōcho sicut in flegmaticis crapulosis bibulis fieri videmus ꝙ sepe spuunt ⁊ in saliua abundant.

¶ De cura. Cap. 26m.

Si fuerit ex caliditate tūc oportebit vt flobothomet̃ basilica prius: ⁊ admīstrent̃ arobub acetosa ⁊ stiptici fructus ⁊ ex vino veteri cum cōmistione veteri plurima. Et sit cibus ex piscibꝰ ⁊ carnibus leuibus sicut carnibus hedi ⁊ volatiliū ⁊ assiduet collutione oris cū decoctiōibus stipticis factis ex lentibus ⁊ sumach ⁊ similibus.

¶ Jn hoc.c. p̄mo dat curā multitudis sputi ⁊ cursus eius in somno accidētis ex calitate. Scđo dat curā fientis ex frigore ⁊ ex flegmate. ibi (Et si fuerit.) Tertio dat curā vtriqꝫ cōmunem. ibi (Et ex medicinis.) ¶ Jn prima pte dat p̄cepta quatuor super cura fiētis ex caliditate. ¶ Primū est ꝙ in primis fiat flobothomia de vena basilica in brachio dextro quatinus per eā minuat̃ excessus adaucti caloris ⁊ hūiditatꝭ: ⁊ ad venas trahāt̃ loco extracti sanguis ille humiditates q̄ multiplicabāt sputū cū saliua stōcho ⁊ gule iniacētes. ¶ Scđm est sepius mīstrare infirmo arobub acetosa sicut rob de ribes rob đ lymonibꝰ rob de berberis: ⁊ fructus stipticos vt cydonia escula corna sorbas pira: ⁊ ex vino veteri declināte parūper ad acetositatē cuꝫ cōmistione veteri plurima.i. fece plurima relicta ex racemis huic vino īposita qñ vasi īmittebatur vt fiat stipticius. Ab his.n. oībus lingua ⁊ amigdale ⁊ hauritoria saliue exiccātur vna cū stōcho: ⁊ aquositates eis iniacētes ab his exprimunt̃: ⁊ mala cōplexio calida remittit̃ a robub ⁊ fructibꝰ frigidis stipticis. Est aūt rob succus cuiuscūqꝫ fructus coctus ad spissitudinē: vt ait Jañ. ⁊ dū p se ponit̃ de vino cocto itelligit̃: ⁊ in singulari pro eodē dr̄ rob ⁊ arob: ⁊ in plurali arobob ⁊ arobub ⁊ robob ⁊ robub in eodē significato. ¶ Tertiū est sit cibus egri huius ex piscibꝰ leuibꝰ vt soleris rougetis pkis vēdosijs lucijs rocetis: ⁊ ex carnibꝰ leuibꝰ vt hedi lapreoli pulloꝝ pdicū vt facile ⁊ bñ digeri valeat: ⁊ nō multiplicēt īdigestas humiditates q̄ sputū adaugeāt. ¶ Quartū est assiduet is eger frequēter lauare os decoctionibꝰ stipticis ꝯfectis ex lētibus ⁊ sumach: ⁊ cōsilibus vt balaustijs rosis s̄m hūc modū. ℞. lētiū sumach añ.℥.j. balaustie rosaꝝ rubeaꝝ siccaꝝ añ.℥.5. fiat decoctio in mūda aqua fontis ad pōdus.ij.lib. qua bis aut ter in die lauet eger os eius: siccat.n. fortiter ⁊ exprimit a lingua ⁊ a radice eius saliuales aquositates ⁊ sputi mās affluentes ad eas: ⁊ confortat has partes sua stipticitate sic ꝙ non tam leuiter amodo recipiūt dictas aquositates sicut prius recipiebant.

¶ Et si fuerit ex frigore ⁊ flegmate administra vomitū cū eis que sciuisti in omni hebdomada duabus vicibꝰ aut tribꝰ. Et det̃ ei ad potādū oi hebdomada semel hoc medicamen. ℞. hierepigre pōdus.ʒ.ij. salis indi pondus duoꝝ danich: anisi ⁊ ameos amboꝝ añ.ʒ.j. detur in potu cū syrupo acetoso de melle ⁊ semibus: ⁊ administrent̃ post illud tyriaca ⁊ electuaria calida. Cibi aūt sint pulli columbaꝝ cocti in cazola cū spēbꝰ que sūt vt piper ⁊ synapis ⁊ allia. Et sumat in cenis tortellas cuꝫ almuri nabati: deinde transglutiat aquā calidā ⁊ fricet gingiuas sicut ostendi.

¶ Jn scđa parte dat p̄cepta sex sup cura fiētis ex frigiditate ⁊ flegmatꝭ excessu. ¶ Primuꝫ est vomitus qualibet septimana duabꝰ vel tribus ꝓuocatus vicibus p dicta multotiēs in precedētibꝰ: vt p impulsionē digiti in os egri vel pēne cuꝫ pilis ītincte in oleo vel potū aque calide vel tepide cū oleo cōi vel violaceo vel sisamino vel cū syrupo acetoso vel succo squille vel succo raffani. ¶ Scđꝫ est bibere q̄libet septimana semel hoc medicamē. ℞. hierepigre Gal.ʒ.ij. salis indi.i. nigri danich.ij. idest grana.xvj. seminū anisi ⁊ ameos añ.ʒ.j. īcorporent̃ oīa simul: tritꝭ terēdis cū.℥.v. syrupi acetosi facti ex melle ⁊ similibꝰ ⁊ tepida bibant̃ de mane hora quarta. Descriptionez vo syrupi acetosi ex melle ⁊ seminibus qnti prima trac.6.c.j. reperies. ¶ Tertiū est ministrare post illud summo mane de tyriaca magna ab vno scropulo vsqꝫ ad.℥.j. vel.ʒ.ij. alicuius calidoꝝ electuarioꝝ vt stōticuꝫ ꝯfortatiui vel diacitonitē cū spēbus ad ꝯsumptionē residui flegmatū ⁊ aquositatū derelictaruꝫ in

ſtomacho poſt predictas purgatiões. ¶ Quartū eſt ꝙ in caſu hoc cibet patiēs pullis colūbinis in cazola decoct. i. in patella que furno imponit cuȝ ſpeciebus que ſunt ſicut piper ſynapis ꝛ allia: vel cū ſynapio zinzibere macis vel gariofilis qbus calefiat ꝛ ſiccet ſtomachus ꝛ ꝯfortet digeſtio ipſius. ¶ Quītū eſt ꝙ accipiat in cena tortellas ſeu panes bis coctos cū almuri nabati. i. ſalſa que fit ex ſalitis piſcibus in regiōibus orientalibꝰ: quibus deſiccat humiditas ſtomachi. Poſtea trāſglutiat aquā dulcē calidā que ſi mellita ſit ꝛ aromatizata cū cinnamomo caſui preſenti accōmodior erit. ¶ Sextū ē ꝙ gingiue frequēter fricent ꝛ ſepe os lauet cū qbuſdā ſtipticis vt decoctiōibꝰ nucū cupreſſi lētiū ſumach gallaꝝ maſticis qbus exprimant ꝛ exiccent oris aquoſitates ꝛ ꝯfortent ipſius ꝑticule taliter ꝙ amodo nō ita faciliter ꝛ ita abūdāter recipiat eas.

¶ Et ex medicinis ꝛ curis cōibus ꝛ bonis eſt vt ſumat omni die pondus. ʒ. j. ſalis triti non ſubtiliter cum endiuia humida: deinde adminiſtret trifera: ꝛ aſſiduet adminiſtrationis fricationis gingiuarum. Et iam expertus eſt vermis aſſatus ꝛ inuentum eſt iuuamentū eius ꝛ proprie in pueris.

¶ Jn tertia parte dat precepta quatuor ſuꝑ cura cōi multitudinis ſputi ꝛ curſus ſaliue hora ſomni ex ore ſiue ipſa procedat a caliditate ſiue a frīditate. ¶ Primū ē accipe quaqꝫ die ō mane endiuie hūide recēt bolos tres cū. ʒ. j. ſal' groſſo mō triti. Nā rōne ſalis qđ eſt īciſiuū ꝛ ꝯſumptiuū ꝛ deſiccatiuū cū calīitate ꝓfert multitudini ſputi q̄ ꝓuenit a frīditate. Et ꝑꝑ endiuiā ꝓfert multitudini que fit a calore vel ſtomachi vel oris. ¶ Scōm eſt frequēter miniſtrare triferā cuius qnti prima plures dant deſcriptiones: due trifere magne. c. 30. ꝛ. 31. ꝛ iteꝝ due trac. 3. ca. 24. ꝛ. 25. quaꝝ p̄ma eſt trifere de ſcoria ferri magne: ꝛ ſcđa trifere minoris que multū vtilis ē in caſu p̄ſenti. Et p̄ter has oēs eſt alia trifera dicta ſaracenica in antidotario Nico. ſcripta p̄ſenti caſui multū appropriata. Sed in iſtis triferis q̄ in gallis fiunt modicū ꝯfido: qꝛ ſue baſes ſunt mirabolani q raro illic boni repiunt. ¶ Tertiū eſt gingiuas aſſidue fricare cū digitis aut pānis vel ſacculis repletis medicis ſtipticis vt maſtice gallis nucibꝰ cupreſſi balauſtijs pſidijs ſubtiliter pulueri zatꝭ: ꝛ ſilr linguā qbꝰ hūiditates ab his exprimant: vñ ipe ſiccent ꝛ fortificent ꝛ nō ita facile ſuꝑfluitates aquoſas ſuſcipiāt. ¶ Quartū eſt ſepe in die fricare gingiuas linguā ꝛ alias oris particulas ex puluere v̄miū terreſtriū aſſoꝝ quos lumbricos vocamus: ꝛ iſtud auxiliū ꝓprie in pueris ꝓferre īuētū eſt. ¶ Cura multitudinis ſputi ꝛ curſus ſaliue ab ore in ſūma eſt res. 8. ⸿ Pria eſt euitare multitudinē potus ꝛ fructus aquoſos ꝛ herbas crudas frigidas ꝛ humidas: ꝛ potagia aquoſa: ꝛ offarū copiā ꝛ piſces viſcoſos: ꝛ acreſtam plurimā: ꝛ loca reumatica ꝛ ſomnos ſuꝑfluos: ꝛ cauſas reumatis. ⸿ Scđa eſt regimē in ſingulis ſex reꝝ nō nāliū declinās ad ſiccū: ꝛ ad calidū in facta ex frigore: ꝛ ad tꝑatū vel ad frigidū in facta ex calore: ꝛ dieta ex cibis ſubtilibus ꝛ euchimie facilis digōnis vt ex volatilibꝰ cāpeſtribus leuibus pullis ꝛ capreolis ſylueſtribus aſſatis ꝛ hedinis carnibꝰ ꝛ piſcibus ſquamoſis vt ꝑkis ꝛ lucijs in facta a calore cuȝ potu vini pontici debilis: ꝛ in facta a frigore ex pullis colūbe coctis in patella cū ſpēbus ꝛ tortellis in cena cū potu hydromellis. ⸿ Tertia ē flōmia baſilice ī facta a calore. ⸿ Quarta eſt in eadem ſepe miniſtrare ſuccos acetoſos ſpiſſos in forma rob ꝛ fructus ſtipticos. ⸿ Quinta eſt ꝓuocare bis vel ter vomitū q̄libet ſeptimana ī facta ex frigore. ⸿ Sexta ē in eadē q̄libet ſeptimana dare ſemel bibere hiere. ʒ. ij. cū granis. xvj. ſalis nigri triti: ꝛ aniſi ameos añ. ʒ. j. cum. ℥. v. ſyrupi acetoſi exꝰ melle ꝛ ſeminibus. ⸿ Septīa eſt in eadē poſt p̄dicta ſumere de tyriaca magna vel electuarijs ſtōticis calidis vt diatriūpipereon. ⸿ Octaua in vtriſqꝫ eſt ſumere triferā: fricare gingiuas cū pāno aut digitꝭ aut puluere vermiū: ꝛ ſepe lauare os decoctionibus reꝝ ſtipticaꝝ.

¶ De abſciſſiōe odoꝝ horribiliū ex comeſtis. Ca. 27m.

C Onferunt ad illud maſticatio' ruthe: ꝛ maſticatio' foliorum rubi: ꝛ collutio oris' poſt eas cuȝ aceto ſquillitico: ꝛ adminiſtratio cyperi: ꝛ zedoarie in ore.

¶ Jn hoc capl'o dat remedia q̄tuor qbus abſcindunt ſeu remouentur vel cito occultāt horibiles odores oris ex comeſtis: vt odor ceparꝝ vel odor allioꝝ eruce aut porroꝝ: ꝛ nō ſolū ciboꝝ ſed ēt potuū vt ceruiſie vape vini ſuꝑflui. ¶ Primū ē maſticatio folioꝝ ruthe tā recētis viridis qꝫ ſicce ꝛ antique que ꝓprij odoris eiꝰ fortitudīe horibilē vincit comeſtoꝝ odorē. Et abſinthij folia ſilr occultāt ꝑſcindūt ꝛ vincūt comeſtoꝝ odorē ꝛ amigdale amare ꝛ nucleus ꝑſici ſi maſticent ꝛ tranſglutiant; ſȝ efficacius in caſu iſto ꝓſunt nūc dicta remedia ſi gingiue ꝛ dentes mūdent cū vngulis acutis auiū vel cū ligni aloes ab illis particulis ciboꝝ olentiū q̄ remāſerūt occulte iter eos ꝛ ſi lauet os cū aqua ꝛ aceto. ¶ Scōȝ eſt maſticatio folioꝝ rubi que ſua ſtipticitate reprimūt vapores ciboꝝ olentium aſcendentiū ad os ꝛ cooperiant ad clauſionē orificij ſtomachi. Jd idē operant maſticatiōes turionū vitiū ꝛ granoꝝ berberis ꝛ granoꝝ vue acerbe ꝛ acedule viridis. ¶ Tertiū eſt abluere os poſt p̄dictas maſticatiōes vel poſt eſcas olentes cū ſqllitico aceto. Modos vō tres cōpoſitionis aceti huiꝰ dat Serap. in ſeruitore eius ex ſquilla ꝛ aceto. Jd idē operat acetū decoctiōis abſinthij ꝛ acetum decoctiōis apij. ¶ Quartū eſt adminiſtratio cyperi q eſt radix iūci triāgularis acuta in ſapore flagrātis odoris ad tenēdum in ore cū aliquali eius maſticatione: vel adminiſtratio zedoarie ꝛ eſt radix tyriacalis reſiſtēs omni veneno: cuius maſticatione ꝛ retentione in ore vulgares galliaꝝ vti ꝯſueuerunt plus predictis omnibus ad palliandū ꝛ ad abſcindendū horribiles odores olentium ciborum. Jdem facit radix ſimpliciter dicta quam in fine comeſtionis plurimi comedunt ꝛ gentiane radix: ꝛ radix diptami.

¶ De ſputo ſanguinis ex ore. Cap. 28m.

S J eſt exitus eius ex ſubſtātia oris ꝛ cute ipſiꝰ: tūc cura ipm cū trociſcis p̄dictis in capl'o albothor ꝛ alijs: ꝛ in decoctiōe ramoꝝ vitis ꝛ preputioꝝ eius eſt iuuamentū maximum.

¶ Jn hoc ca. p̄ agit de cura ſanguis exeūtis ex ſuba oris. Scđo remittit nos ad alia loca ſuꝑ cura ſanguīs ꝓuenientis ad os ab alijs ꝑtibꝰ. ibi (Si aūt fuerit.) ¶ Jn p̄ma ꝑte dat auxilia duo ꝯ̄ ſputum ſanguīs q ꝓcedit ꝛ exit ex ſuba ꝛ cute oris. ¶ Primuȝ eſt trociſci dicti in. c. de cura bothor oris ꝛ medicine alie frīde ſtiptice recitate ibidē. ſ. c. 22. huiꝰ fen. Et ſuꝑ hoc attēde ꝙ nulli trociſci deſcribūtur ibi ſȝ ſimplicia multa de qbus formant vel formari poſſunt vt myrabolani galle ſemen roſe amilū fructus thamariſci balauſtie ſandali ſumach roſe ſpodiū. De qbꝰ hoc mō formant trociſci. ℞. myrabolanoꝝ gallaꝝ anthere añ. ʒ. ij. fructꝰ thamariſci balauſtie amidi añ. ʒ. j. ſandaloꝝ ſumach roſaꝝ ſpodij añ. ʒ. 5. terant ſubtiliter ꝛ īcorporent cū ſucco arnogloſſe ꝛ fiāt trociſci ponderis. ʒ. ij. ꝛ vnus poſt aliū in ore teneat. Et decoctiōes haꝝ mediciaꝝ in aqua ferrata ſepe in ore tente ſilr ꝓferūt: ꝛ ēt ſucci fridaꝝ herbaꝝ ſicut arnogloſſe portulace ſolatri plantagīs lactuce. ¶ Scōm eſt decoctio ramoꝝ ꝛ turionū vitis quos hic p̄pucia vocat: ꝛ quidā capreolos eoſdē appellāt que in caſu preſenti iuuamentū maximū p̄bet. Jd idē operatur decoctio teneritatū rubi: ꝛ decoctio prunellaum acreſtiū quarū ſuccus eſt achacia ꝛ decoctio balauſtiarum.

¶ Si aūt fuerit in alijs locis nos iā ſingulare ei fecimꝰ capitulum: imo capitula.

¶ Jn ſcđa dicit ꝙ ſi ſputū ſanguīs vel egreſſus ab ore fiat aliūde qꝫ a ſuba ꝛ cute oris: vt a pectoralibꝰ epate vel ſtōcho vel ab oppilatꝭ naribꝰ regurgitet ꝛ ꝯfluat ad os: iā ſuꝑ cura eius fcā ſunt capl'a ſibi appropriata vt ca. 8. ꝛ. 9. trac. p̄mi fen. 5. tertij ſi a naribꝰ fiat. ꝛ. c. 7. trac. tertij. fen. 10. tertij. ſi fiat a pectore. ꝛ. c. 15. tra. 5. fen. 13. tertij: ſi a ꝑtibꝰ ſtōchi vel epatꝭ fiat. Noui q̄ſdā nobiles vniꝰ ꝓgeniei picardie quoꝝ plures īterierūt ſuꝑfluo fluxu ſanguinis ex ſuba ꝛ cute oris. Et cura huiꝰ fluxꝰ in ſūma ē res eedē q̄ prius dicte ſunt in cura fluxus ſanguinis nariū niſi ꝙ in ore īponant que naſo applicant.

¶ De fetore oris. Cap. 29m.

A Ut eius principiū eſt gingiua ꝓpter putredinē que eſt in ea: aut ꝑꝑ mollificationē q̄ accidit ei: aut putrefactionē in radice dētiuȝ: aut in ipſo dēte: aut eſt principiū eiꝰ cutis oris ꝑꝑ cōplexionē malam in ea que alterat humiditates. Et plurimum huius complexionis eſt calidum: aut fit vt ſit eius principium ſtomachus propter humorem putridum in ore ſtomachi: aut cholericum: aut flegmaticum. Et quandoqꝫ fit ex partibus pulmonis ſicut accidit in habentibus ptiſim.

¶ Jn hoc ca. tāgit qnqꝫ cās ꝛ originales ꝑticulas a qbus ꝓcedere ſolet fetor oris. ¶ Pria eſt gingiue que os fetere faciūt vel ꝑꝑ putredinē ipſis iniacētē qua corrumpit cibus in maſticatiōe p̄cipue ꝑtes cibi remanētes iter dētes edētis poſt comeſtionē: quare ꝑſeuerat ꝛ cōduplicat fetoris occaſio cibi putrefactione ꝛ ēt gingiue: vel ꝓpter ſuꝑfluā mollificationē que gingiuis accidit ex qua cum calore fuliginū que ad os aſſidue ꝯfluunt fiunt ꝛ augent fetor ꝛ pu-

do: ꝛ

tredo: ⁊ iste sunt cause. ¶ Scđa est radices dentiū aut dētes putre
dine īfecti q̄ corrūpunt in masticatiōe fercula q̄ edunt. Et dato ꝙ
illic nō corrūperent sufficeret putredo dētis aut radicis eius face-
re fetere os: lꝫ cōmotio putredīs eius fetorē adaugeat. Et putredo
dētis de se manifesta est ⁊ detecta sensui nullo indigēs signo: ⁊ silr
corrosio ipsius in cuius foramie cibus manēs putrefit ⁊ reddit os
fetidū. Putredo vō illa que in radice dentis latēs occultat cogno
scit dolore circa illā radicē ꝑcipue in horis masticatiōis vel cōmo
tionis dētis. ¶ Tertia est cutis oris. s. tota illa ps partim carnosa
ꝑtim pānicularis qua gingiue ⁊ dētes ab extra tegunt. Cuius com
plexio cū mala fuerit alterās corrūpit ⁊ fetere facit oris humidita
tes. Et illa cōplexio que istud operat est vt plurimū calida que sen
sui tecta est: ⁊ signis nō īdiget. ¶ Quarta est stomachus qui feto-
ris oris ꝑncipiuꝫ existit ꝑ putridū humorē in ore vel circa os ipsi⁹
contētū: qui cōiter est ⁊ ſm plurimū vel flegma putridū vel chol'a
putrida. Et ꝑ hoc cognoscit iste iste fetor oris ꝙ post comestioneꝫ
statim delitescit ⁊ mox occultat deprimēte cibo fumos ⁊ vapores
⁊ corruptos humores ab ore stomachi versus īferiora: excepto h̄
ꝙ ille qui fit a flegmate nō plene occultat ꝑꝑ fetorē adherentiam
eius. ¶ Quinta est particule pectoris ⁊ pulmōis qn̄ ipsis īsidet pu
trida mā: cuius fuligines ⁊ putridi vapores ad os assidue cū expi-
ratione aeris ferunt sicut in ptisicis ⁊ empicis appet. Et his fetor
oris ꝑ hoc cognoscit ꝙ est assiduus vt motus anhelitus ⁊ ante ci-
bū ⁊ post neq̄ delitescit vel occultat cibi assumptiōe. ¶ Attēde ꝓ
ꝙ diaphragmatꝭ tenuitas ⁊ raritas texture ei⁹ qn̄q̄ fit cā ꝙ fetidi
vapores a regiōe nāliū membroꝝ penetrādo resudāt in clybanuꝫ
pectoris ⁊ fetere faciūt os ⁊ anhelitū q̄si ꝯtinue sine ītermissione.
¶ Attēde scđo ꝙ ab ītestinis ⁊ vermib⁹ ī eis qn̄q̄ ꝓcedit mediā-
te stomacho fetor vsq̄ ad os: ⁊ nō solū ab istis sꝫ ēt a splene matri
ce aut renib⁹ si ipsis iniacuerint putride materie plurimi fetoris.

¶ De cura. Cap. 30m.

In illo quidē q̄ est in gingiua ⁊ carne que est
inter dentes rubea opꝫ vt intendatur in mū-
dificatione dentiū semꝑ: ⁊ ablutione eoꝝ cū
aceto ⁊ aqua. Si ergo valuerit illō bene erit.
Si aūt nō valuerit: īmo fuerit illic suꝑfluitas putrefa-
ctiōis tūc oportebit vt masticet post illud fructū tha-
marisci ⁊ pyretrū ⁊ ruthā ⁊ foliū ⁊ xyloaloes ⁊ corti-
ces citri ⁊ gariofilos. Et vt ponat suꝑ gingiuaꝫ aloē ⁊
myrram ⁊ ambobus similia. Et vt colluat os cuꝫ ace-
to squillitico ⁊ vt fricetur cum aniso ⁊ vino ⁊ passo dul
ci. Qꝫ si fuerit fortior illo administretur masticatio sta
phisagrie: ⁊ expulsio saliue. Si autem nō confert ⁊ ap-
paret putrefactio manifeste: sumātur draganti adusti
pars. j. ⁊ radicis liliȷ̄ ⁊ croci amborum an̄ pars. s. confi
ciantur cum melle ⁊ fiant trocisci ⁊ administrentur ⁊
colluatur os post ipsos cum aceto puro aut misto cuꝫ
aqua ros. Aut sumatur medicamē fortius isto ⁊ ē ꝑga
meni adusti. ʒ. iȷ̄. feniculi. ʒ. j. ⁊ s. gallie sumach. ʒʒ. pipe
ris adusti trociscorum calcadicon: omniū an̄. ʒ. ij̄. ⁊ fiat
ex eis fricatio ⁊ linimētum ⁊ ponatur super ipsuꝫ pan
nus lineus. Et alcali soluꝫ quādo ponit super putrefa
ctionem eradicat eam ⁊ deijcit ipsam ⁊ facit nasci car
nem bonam. Et ex eis que experta sunt est istud: acha
cia arsenicū citrinū arsenicū rubeū calx alumen fiāt ex
eis troc. cum aceto: deide terantur cum aqua mellis
aut decoctione seminis iuniperi.

¶ In hoc ca. ꝓ agit de cura fetoris oris ex putredine gingiue ⁊ car-
nis iter dētes. Scđo ex putredie dētiū ⁊ radicū eoꝝ. ibi (Et si fue-
rit.) Tertio ex mollificatione gingiue. ibi (Si aūt fuerit.) Quarto
ex chol'a putrefacta in stomacho. ibi (Si aūt est humor.) Quinto
ex flegmate putrefacto in stomacho. ibi (Si aūt est humor.) ¶ In
ꝓma ꝑte dat ꝑcepta septē suꝑ auxiliȷs ꝯ̄ fetorē oris ex putredie q̄
in gingiua est ⁊ carne ītermedia dētib⁹ īcipiēs a debiliorib⁹ ⁊ gra-
datim ꝓcedēs ad fortiora. ¶ Primū ꝑceptū est post esuꝫ semper
mūdificare dētes ab eo qđ de cibis īter eos remanet vel cuꝫ ligno
aloes vel cū vngulis auiuꝫ vel cum radio ex osse ferro vel ebore: ⁊
abluere dētes vna cū gingiuis lingua ⁊ toto ore cū aqua ⁊ aceti gu

ta aut sexta ꝑte mane dū surgit: ⁊ si fuerit opus post comestioneꝫ.
Et si ista valuerint ita vt suffecerint extinguere fetorē: tunc certe
bene erit ⁊ nō ꝓcedat ad fortiora. ¶ Scđm est ꝙ si ꝑdicta nō suf-
ficiāt extiguere fetorē ꝑꝑ vehemētiā ⁊ suꝑfluitatē putredis q̄ illic
est: tūc post ipsam ꝓ masticari debēt grana thamarisci vel pyretꝝ
vel rutha vel foliū indū qđ in paludibus q̄busdā īdie suꝑnatare ī-
uenit: vel lignū aloes vel cortices citri vel gariofilos vel hec oīa si-
mul īcisa minutim ⁊ īuicē ꝑmista sub forma dragee: q̄ putridos hu
mores vastāt ⁊ resoluūt sua cal'itate iūcta siccitati: ⁊ oris odorem
sua flagrātia meliorē faciūt. ¶ Scđo gingiuis supponi debēt aloes
⁊ myrra ⁊ eis similia sicut spica macis sic ꝙ hoꝝ pulueres panno
suppositi gingiuis fricādo paꝝ adhibeant. ¶ Tertio lauet os ace-
to sqllitico qđ oris putredinē ⁊ ipsius fetorē vehemēter aufert vl'
saltē palliat. ¶ Quarto fricet os ⁊ gingiue ⁊ dētes sepe cū aniso vi
no ⁊ passo dulci ſm modū. ℞. semīs anisi. ʒ. s. ꝯquasset ⁊ bulliat cū
ʒ. iiij. vini albi. ⁊. ʒ. ij. vini facti ex passulis dulcib⁹ ī aq̄ ꝯcocꝭ ⁊ forti
ter exꝓssis: in colatura aq̄ fiat lauamētū q̄ sepe os lauet. ¶ Attēde
ꝙ in fetore oris ex putredine gingiuarū nō ē ꝯuenies aromaticas
spēs vel eaꝝ puluēs diu tenē in ore vel īter dētes vel suꝑ gingiuas
ne in ꝑtibus istis sua mora calorē extraneū imprimāt: ⁊ humidita-
tes extraneas attrahāt aucturas putredinē: sed postq̄ siccauerint
⁊ aromatizauerint modico tꝑe predictas ꝑticulas lauet os aqua
mūda cū aceto vel squillitico aceto. ¶ Tertiuꝫ est ꝙ si fetor fuerit
fortior priore ⁊ ēt putredo: tunc staphisagria sepe masticet: ⁊ fiat
expulsio saliue quā inficit ⁊ quā ipsa attrahit in masticatione: nec
transglutiat ne meryx excoriet ⁊ guttur offendat ei⁹ acuitate ⁊ mor
dicatiōe: est. n. adustiua corrosiua acuta acris: vt ait Princeps. z.
cañ. c. de ea. ¶ Quartū est ꝙ si masticatio staphisagrie ⁊ alia ꝑdi-
cta nō ꝯtulerint: īmo adhuc apparēt putrefactio ⁊ fetor manifesti
⁊ fortes: tūc administrent trocisci sequentes. ℞. dragāti vsti. i. vi-
trioli. ʒ. ij. radicis lilij celestis. s. ireos: croci an̄. ʒ. j. terant ⁊ incorpo
rent cū sufficiēti melle ⁊ fiāt trocisci pōderis. ʒ. ij. q̄ in aceto disso-
luti gingiuis adhibeant vt putredines haꝝ vehementi siccatione
vastēt ⁊ ꝯsumāt: ⁊ post ipsos abluat os vel cū puro aceto vel ace-
to ꝑmisto cū aqua rosacea. ¶ Quintū est fricare os ⁊ linire gingi-
uas isto medicamīe fortiori ꝓore. ℞. ꝑgameni adusti. ʒ. iij. seminis
feniculi. ʒ. j. ⁊ s. gallie muscate sumach zinziberis piperis adusti
trociscoꝝ calcadicon. i. de arsenico an̄. ʒ. ij. terant ⁊ cuꝫ eis fricent
⁊ liniant putride gingiue: ⁊ pānus lineus suꝑ istū puluerē cōpres-
sus ponat: vel potius ponat puluis suꝑ pānū ⁊ cū illo pāno pulue-
re ībibito gingiue fricent. Inueniunt aūt trocisci calcadicō in anti
dotario Mes. descripti. ¶ Sextū est alcali solū suꝑ gingiuas pu-
tridas apponere: eradicat enī ⁊ deycit oīno putrefactionē gingi-
uaꝝ ⁊ renasci facit carnē bonā in eis. Alcali inquit Ianuē. est plā-
ta in littoribus maris nascēs similis vermiculari pinguis ⁊ salsa.
Ras vō libro diuisionū cap. de dolore dentiū. chali īquit est alumē
⁊ hoc bn̄ seruit pn̄ti ꝓposito. ¶ Septimum est adhibere gingiuis
trociscos sequētes dissolutos in aqua mellis vel in decoctione se-
minis iuniperi. ℞. achacie arsenici citrini arsenici rubei calcis alu
minis an̄. ʒ. ij. terant ⁊ incorporent cum aceto sufficienti ⁊ formen
tur trocisci ponderis. ʒ. ij. vrunt enim protinus vastant ⁊ cōsumūt
putridos humores gingiuis imbibitas.

¶ Sꝫ si fuerit putrefactio in ipso dēte: tūc medicamen
ipsius erit fricatio ei⁹: si fuerit in extremitate aut lima-
tura eius cū lima: aut eradicatio dētis si fuerit putre-
factio sequens radicem dentis.

¶ In scđa dat auxilia tria ꝯ̄ fetorē oris ex putredine dentis vel ra-
dicis eius. ¶ Primū est frequēter fricare dentē vel cū pāno aspe-
ro vel cū cultello vel cū alumine vel cū puluere ossis sepie vel cuꝫ
puluere cornu ceruini adusti panno suppositi si putredo fuerit in
extremitate seu superficie dētis putrescētis ⁊ nondū fuerit totus
marcidus vel putrefactus sed īterius sanus. ¶ Scđm est limare
lima tenui suꝑficiē dētꝭ: ita vt abradat tota ei⁹ putredo. ¶ Tertiū
eradicatio totalis dentis: si putrefactio consecuta fuerit radices
ipsius: vel totus ipse dens putrefactus fuerit: nā tunc inutilis pe-
nitus factus est ⁊ assidue prestans toti ori fetorem.

¶ Si autem fuerit illic in gingiua mollificatio ⁊ fuerit
causa in euentu putrefactionis: tunc cura post ipsaꝫ cō
stringendo ipsam cum eis que sunt in capitulo molli-
ficationis gingiue.

¶ In tertia ꝑcipit ꝙ si cā fetoris oris ⁊ putrefactiōis in eo fiētis fit
mollificatio gingiue curet gingiua q̄ mollificata est constringēdo
ipsam gradatiꝫ cū stipticis calidis aut frīdis q̄ postea dicent tertij
s. ca. 9. qđ ītitulat de mollificatione gingiue: sicut cū alumine deco
cto in aceto vel gallis psidijs balaustijs sumach rosis myrto ber-

heris achacia rhānis sepe ablut o ore ex ipsorum decoctionibus.
¶ Attende ꝙ Princeps hic omisit curam fetoris oris ex mala cō-
plexiōe cutis oris que vtplurimū est calida: vel qꝛ ex se nota est ⁊
fit ꝑ ꝯriū vt per masticare vel tenere in ore lactucā solatrū portu-
lacā rosas nenufar acedulam: vel qꝛ docet sufficiēter in ꝑnͦ parti
cule sequētis qua ꝑcipiūt chrysomilla humida ꝑsica melones ⁊ ci
trulli assumi qui sepe masticati ⁊ in ore retēti malā siue cutꝭ com-
plexionem calidā diminuūt. Omittit et curā fetoris oris ex ꝑtibꝰ
pulmonis ⁊ pectoralibus vt in ptisi ⁊ empimate: qꝛ nō sanatur nisi
horum morborum curatione que postea dicetur.

¶ Si aūt est humor cholericus putrefactꝰ in stomacho
aut in toto ore tunc nō est aliqd magis cōferens ei ꝗ̄
chrysomilla hūida ī ieiuno: ⁊ silr̄ albeteca aut citrulli
aut persica. Si aūt chrysomilla presentia nō fuerint ⁊
persica humida administret infusio eoꝝ que ex ipsis
incisa sunt ⁊ exiccata in ieiuno ⁊ ꝓprie siccata chryso-
milla. Et ex eis q̄ iuuāt ad illud est admistratio sanich
cū succo ⁊ aqua mellis: ⁊ administratio pillularū aloe-
ticaꝝ quas dicemus in anthidotario. Et sit cibus eius
oē leniēs infrigidās nō ꝯuertibile in choleram.

¶ In quarta dat curā fetoris oris ex cholera rubea que in stoma-
cho putruit vel in ore toto sub quatuor preceptis. ¶ Primum est
chrysomilla humida masticare ⁊ transglutire ieiuno stōcho: nihil
enim melius neqꝫ ꝯferētius in ꝑnti casu. ⁊ silr̄ ꝯferunt albeteca ci-
trulli ⁊ ꝑsica humida. Chrysomilla dicit Plinius eē spēꝫ cydonio-
rū colore ad aureū declināte: sed cōis vsus hꝫ ꝙ sunt ꝑua persica
vel antipꝑsica coloris aurei. Albeteca vͦo est melon magnus viridis
vt ait Januē. Et circa istos fructus notat hic princeps ꝙ si humi-
di recētes nō possint haberi loco ipsoꝝ detur mane in ieiuno deco
ctio siccoꝝ frustatiꝫ īcisoꝝ maxime decoctio chrysomilloꝝ iaꝫ de-
siccatoꝝ. ¶ Scdm̄ est administrare sanich. i. ordeatū cū succosita-
te ordei ⁊ pauca aqua mellis qꝺ cholerā reprimit ⁊ fetorē ipsius ⁊
ipsam a stomacho ⁊ ab ore ipsius lauat ⁊ abstergit. ¶ Tertiuꝫ est
admīstrare ꝓpe ingressum lecti vel in medio noctis aloeticas pil
lulas q̄ describunt in antidotario eius sicut hic affirmat: sꝫ has nō
inuenies in eo descriptas sup isto titulo. Que vͦo ꝓprie vocantur
a medicis aloetice pillule sunt pillule communes ex aloe myrra
⁊ croco: vel pillule q̄ ex aloe ⁊ mastice fiunt qbus a stomacho cho
lera putrida suauiter subducit: ⁊ ꝯfortat stōchus ⁊ fetor reprimit.
¶ Quartū est ꝙ cibet hūc fetorē hn̄s cibis lenitiuis īfrigidātibus
nō ꝯuertibilibꝰ de leui in cholerā vt malis granatis muzis aut ace
tosis lactucis endiuijs puretis pisoꝝ pullis alteratis cū acresta la
ctucis ⁊ acedula ⁊ cū aqs eoꝝ aut pedibꝰ cancroꝝ cuꝫ aceto debili.

¶ Si aūt est humor flegmaticus administrentur hiere
mundificātes os stōchi dicte in caplo oris stomachi.
Et administrent trifera minor ⁊.33. nutrituꝫ ⁊ subtilis
puluis aloes ꝓprie. Et sit cibus eius patelle: ⁊ minor et
potum aque ⁊ abhorreat fructus ⁊ holera humida ⁊
assumat fricatiōes suas ex arboribꝰ amaris sicut alebe
rich ⁊ oliue. Et ex medicis que iuuāt eos est vt sumant
omni die mane ex folijs myrti cuꝫ equali mensura sua
de passis enucleatis ad magnitudinē nucis: aut simile
ipsius ex nuce cupressi ⁊ iuniperi cuꝫ passis. Et cōferūt
eis grana pini ⁊ etiā pillule de gariofil. ⁊ hec est descri
ptio eaꝝ. ℞ gar. galange: amborum an̄. ℥. ß. musci cam
phore amboꝝ an̄ danic. j. pyretri. ℥. j. aloes. ℥. iij. syna-
pis. ℥. j. fiāt pillule cū vino. Et medicine qdē simplices
ex parte sunt sicut thus: ⁊ xyloaloes induꝫ: ⁊ cinnamo
muꝫ grossuꝫ: ⁊ cortices citri: ⁊ rosa ⁊ camphora: ⁊ san-
dali: ⁊ gariofi. ⁊ cubebe ⁊ mastix: ⁊ macis: ⁊ nux musca
ta: ⁊ radix aladhir: ⁊ alamech: ⁊ alusnen: ⁊ blacte bizā-
tie: ⁊ cardamomum: ⁊ agnus castus: ⁊ folia citri: ⁊ spi-
ca: ⁊ alneremisch: ⁊ zinzi. ⁊ reliqua que inueniuntur in
areolis singulariū. Et ea quibus medicine conficiunt
sunt miua ⁊ serum ⁊ succus citri.

¶ In qnta ꝑ dat curaꝫ fetoris oris ex putrido flate cōtēto in stoma
cho sub decē ꝑceptis. ¶ Primū est ꝙ sepe de mane bibant hiere
mūdificātes stomachū ⁊ os eius que dicte sunt in cap. oris stoma-
ci. f. tertij. 13. trac. 1. c. 33. ℞. ℥ hierepigre Gale. ℥. 5. dissoluat in. ℥. aq
asinthij aut aque mellis vel seri capre ⁊ fiat dosis. ¶ Secundum
est ministrare frequēter alterā triuꝫ medicinaꝝ in ieiuno. Prima
est minor trifera quā describit ꝑnceps qnti. 1. trac. 3. ca. 25. de qua
℥. j. mane exhibeat. Scd̄a est zinziber nutritū qꝺ nos cōiter viride
vocamus: ⁊ zinziber conditū de quo quaqꝫ vice dent. ℥. ij. Tertia q̄
proprie ꝯfert est subtilis puluis aloes cicotrini de quo. ℥. j. semel in
septimana mane exhibeat cū. ℥. 5. myrre vel bdellij cuꝫ. ℥. iiij. aque
absinthij. ¶ Tertiū est ꝙ cibi egri huius sint patelle. i. cocti in fur-
no ītra vnā patellā: sicut fit cōiter ⁊ in Auinione ꝑ moduꝫ assature
⁊ in Italia vbi notāt gallicos paꝝ īdustriosos qui famulū occupāt
⁊ ligna cōsumūt vel carbones suos in voluēdo verutū pro assatu-
ra pulli vel petione carnis: cū centū pulli vel petie carnis vna sola
furni calefactione satis possint assari: assature vͦo laudant in casu
hoc qꝛ multiplicationi flegmati resistūt. ¶ Quartū est ꝙ aque po
tus sit modicus aut nullus: qm̄ in stomacho flegmata multiplicat:
sed bibatur hydromel aut paꝝ vini. ¶ Quintū est euitent fructus
precipue recentes multe aquositatis vt fraga cerasa pruna poma
ꝑsica: ⁊ holera humida vt atriplices malua violarie spinachia cu-
curbite melones cucumeres citrulli: qꝛ flegma aquosuꝫ cito putre
scibile multiplicat ab his. ¶ Sextū est accipiat patiēs ea qbus fri
cat os dētes ⁊ linguā vt occultet fetorē ex ramis seu virgulis ama
raꝝ arboꝝ sicut est aleheric. i. tamariscus masculus ⁊ oliua in qui
bus est virtus abstersiua fortis ex amaritudine ⁊ virtus occultans
oris fetorē vndecūqꝫ veniat. ¶ Septimū est sumere quaqꝫ die de
mane folia myrti cū eq̄li pōdere sui ex vuis passis mūdatis ab aril
lis quos hic vocat nucleos: conterant simul ⁊ in q̄libet vice det ex
his quātitas vnius grosse nucis: reddūt enim suauē oris odoreꝫ ⁊
occultāt fetorē deprimēdo vapores putridos fetidos paratos fer
ri ad os de ꝑtibus stomachi. ¶ Octauū est oī die sumere medica-
mē simile ex nucibus cupssi ⁊ baccis iuniperi mistis cū passulis fꝫ
hūc modū. ℞. nucū cupssi baccaꝝ iuniperi an̄. ℥. j. vuaꝝ passaꝝ mū
dataꝝ. ℥. ij. terant subtiliter ⁊ incorporent simul: ⁊ quelibet mane
det egro quātitas vnius auellane. ¶ Nonum est accipe quaqꝫ die
mane granoꝝ pini magne recētiū coclear qbus ꝑmisceat paꝝ zin
ziberis vel decocti mellis ne stomachū offendāt: nocēt eni stōcho.
¶ Decimū est frequēter sumere pillulas de gariofilis: quaꝝ ꝺscri
ptio ē. ℞. garioꝼiloꝝ galāge an̄. ℥. 5. musci camphore an̄. danich. j. i.
grana. viij. pyretri synapis an̄. ℥. j. aloes cicotrini. ℥. ij. terantur hec
oia ⁊ cū vino incorporent ⁊ forment pillule sup puluerē semis fe-
niculi: de qbus ꝓ dosi dent. ℥. ij. an̄ īgressum lecti vel in medio no-
ctis: vel teneat vna post aliā in ore ⁊ paulatim trāsglutiat. Nā sto
machū ꝯfortāt flatibꝰ oppressum ⁊ fetorē extinguunt. ¶ Scd̄o in
ꝑte hac refert medicinas. xxij. simplices expꝑtas ꝯ oris fetoreꝫ ex
flegmate putrido. Et ad alias plīes īueniendas remittit nos ad zm
can̄. ⁊ areolas eiꝰ qbꝰ īscribunt. ¶ Pria ē thus ī ore tētū vel ītegrū
sic est vel mel masticatū vel trāsglutitū post masticationē aut tri-
turā ipsiꝰ qꝺ olibanū dicimus. ¶ Scd̄a est xyloaloes īdum. i. lignū
aloes qꝺ ab īdie ꝑtibꝰ nobis delatū ē: xylos. n. grece latīe lignuꝫ ē:
⁊ aloes spēs ligni aromatici quo dētes in casu hoc vtiliter fricant
⁊ apte mūdant ⁊ in ore retētū suauē reddit eius odorē. ¶ Tertia ē
cinamomum grossum qꝺ canellā vocamꝰ silibꝰ modis oblatum.
¶ Quarta est citri cortices recētes aut sicci sepe in ore tēti vel ma
sticati vel trāsglutiti post masticationē. ¶ Quita est rose sicce vel
recētes q̄ masticate vel in ore tēte vel trāglutite verius occultant
oris fetorē sua aromaticitate ⁊ ꝯfortatiōe ⁊ suis friditate ⁊ sicci-
tate qbus vehemēter reprimunt putredines ꝗ̄ aromatica calida
q̄ masticata vel in ore retēta supcalefaciūt oris ꝑticulas: ⁊ ad ipas
attrahūt forte humiditates malas ⁊ iutiles q̄ illic putrescētes ex-
traneo calore fetores augmētāt. ¶ Sexta ē cāphora sepe in ore tē
ta q̄ fetores oris silr̄ vt rose tollit ⁊ amputat. ¶ Septia ē sandali ru
bei vel albi vel muscacelini citrini coloris qbꝰ dētes curant vt ex
ligno aloes facto ex his radio subtili ⁊ acuto: ⁊ ipsoꝝ pecie tenent
in ore ⁊ iuuāt vt rose. ¶ Octaua ē gariofili q vel masticāt vnꝰ post
aliū ⁊ trāsglutiunt vel in ore tenent ītegri sic sunt ⁊ afficiūt os suo
dulci odore. ¶ Nona ē cubebe qn̄ masticant ⁊ in ore tenentur vel
trāsglutiunt. Et de his dicit ꝑnceps. z. can̄. ca. de eis qꝺ sputū. i. sa-
liuā masticātis eas delectat eā qua vtit. ¶ Decima ē mastix q cuꝫ
masticat ab ore ⁊ gingiuis supfluitates potēter exprimit ⁊ eas cō-
fortat ⁊ os aromatizat. ¶ Undecia ē macis q̄ in ore tenet ⁊ masti-
cat ⁊ trāglutit ⁊ ꝯfortat stomachū ⁊ aromatizat os. ¶ Duodecima
ē nux muscata q̄ petiatim īcidit ⁊ pecie eiꝰ vt macis in ore tenent.
¶ Tredecima ē radix aladhir. i. polij q̄ tenet in ore vel masticat sic
ꝑores. ¶ Quartadecia ē alarmech ⁊ ē herba iamena boni odoris
silis cinamomo grosso ꝓ q̄ sume canellā ⁊ vtere vt ꝑoribꝰ. ¶ Qui-
tadecia ē alasnē. i. vsnee ⁊ ē cortices subtiles circūuolute sup arbo
rē ferētē glādes ⁊ pinū ⁊ nuces ⁊ hꝫ odorē bonū: vt scribit. ij. huiꝰ
¶ Sextadecima

Hic docet administrare linimenta epithimata emplastra ⁊c. et pȝ lr̃a. Itẽ chitrã. i. pix liquida. Itẽ aliqđ dissolutũ. i. aliqua gũma dissoluta. Itẽ resoluta. i. dissoluta. Itẽ pulsatiuo. s. dolori al's. i. cuȝ est in ꝓcessu dolor: aut cũ est a vẽtositate. Itẽ sagenea est electuariũ opiatũ: sed in tali casu valet Philoniũ romanũ. Iteȝ baurach armeni. i. de illa cõtrata. Itẽ barbe. i. pilis de mẽto.

Et alie sunt vaporationes exterius adhibite: ⁊ opȝ vt administrent aut ante cibũ duabus horis: aut post ipsum. iiij. horis: ⁊ horum est necessitas ꝓpter vehementiã doloris sicut si fiat vaporatio cuȝ sale ⁊ milio aut cũ oleo calefacto aut cũ cera liquida. Et qñqȝ vaporat barba faciẽdo vaporationẽ post vaporationẽ vt ad ipsam trahat materia. Cum eni apostemat barba sedatur dolor ⁊ proprie cũ coquitur dens cũ oleo feruente in illa hora.

Hic docet administrare vaporationes ⁊ pȝ lr̃a. Item ad ipsaȝ. s. materiam. Item sedatur dolor. s. dentium.

Et alie sunt cauterizantes: ⁊ regimẽ quidẽ cauterij est sicut vt decoquat oleũ cũ aliquibus medicinis resolutiuis p̃dictis aut solũ. Et quãdoqȝ sumitur acus ⁊ ignit ⁊ submergit in illo oleo ⁊ fit vt penetret ĩ vacuitate embule igeniose sup dentẽ dolorosuȝ donec ꝑueniat ad dentẽ ⁊ cauterizet ipm̃. Et qñqȝ ponit in circuitu ei⁹ cera aut massa aut aliqđ alið distinguẽs iter dentẽ ⁊ iter dẽtes qui sunt in circuitu ei⁹ ⁊ carnes rubeas. Et iuuamẽtũ qdẽ huius ad illũ in quo mã est in ipso dente est plurimũ. Et qñqȝ distillat in embula ẽt oleũ feruẽs post igeniũ p̃dictũ: ⁊ oleũ qdẽ oliue est cõuenientius oleis reliqs. Et quãdoqȝ necessariũ est in cauterizãtib⁹ vt perforet dens ꝑforatorio minuto vt penetret in ipso virtus cauterizatiua: ⁊ quãdo nõ valent curationes cauterizet dens cũ acu ignita totiens donec perueniat ad vltimũ in cauterizatione eius: et fortasse sedabitur dolor ⁊ frangetur dens.

Hic docet administrare cauteria ⁊ pȝ lr̃a. Itẽ embule. i. cãnule. Itẽ inter dentẽ. s. egrum. Item ⁊ inter dentes. s. sanos.

Et alie sunt fricationes accepte ex eis quoꝝ p̃terijt narratio. Et zizibere qdẽ cũ melle est fricatio iuuãs ⁊ ẽt acetũ ⁊ sal ⁊ ẽt acetũ ⁊ pulpa collogntide ⁊ pyretrũ.

Hic docet administrare fricationes ⁊ pȝ lr̃a. Item narratio scȝ supra in medicinis conseruatiuis dentiũ.

Et alie sunt fumus ⁊ suffumigatiões: ⁊ in eis melius est vt fiãt ĩ traiectorio. Et qñqȝ suffumigat ex resolutiuis sicut venis collogntide aut granis ei⁹ aut granis synapis aut vngula asini aut se. cepe ⁊ ꝓp̃e ad vermẽ aut folijs myrti cũ polio aut folijs ruthe aut pyretro.

Hic docet administrare fumuȝ ⁊ patet littera. Item venis. i. radicibus colloquintide.

Et alie sũt caputpurgia resolutiua sicut aq̃ cucumeris asinini ⁊ succus radicis sicle fassasa ⁊ aq̃ sansuci.

Hic docet administrare caputpurgia. ⁊ patet littera. Item sicle al's lily. Item fassasa est herba similis portulace.

Et alie sunt distillationes in aureȝ que sequunt dolorem sicut si administrent ista caputpurgia distillata in aure aut succus capparis humidi.

Hic docet distillare in aures. Itẽ dolorẽ. i. ad locũ doloris.

Et alie sunt ipletiones corrosionis si fuerit cã doloris ex corrosione: ⁊ opȝ vt subtiliet ⁊ nõ ipleat cũ labore ⁊ vehemẽtia addẽte in dolore sicut gallia cũ cyperis aut cũ mastice: ⁊ fortior illo est asa fetida cuȝ serapino aut nigella trita cũ oleo aut piper aut fex adusta aut euforbiũ aut pyretrũ aut ipleat ex medicamie medulle persicoꝝ p̃dicto: imo ipleat calidus cũ frigidis ⁊ frigidus cum calidis.

Hic docet administrare ventosationes corrosionis ⁊ patet littera. Item subtilietur. i. ingenietur.

De medicinis stupefactiuis. Cap. 8m.

Quandoqȝ administrãtur ꝭm modos p̃dictos in resolutione. Verũ melius est vt sint delinite aut ãnexe aut implentes: cum tamẽ qñqȝ administrant vt sint masticationes ⁊ suffumigationes. Ex eis itaqȝ est vt summat seminis iusqami albi ⁊ opij ⁊ storacis ⁊ galbani: omniũ añ. põdus. ʒ. ij. piperis ⁊ ase fetide de sceni: amborum. ʒ. ij. fiat ex eis colyriũ cũ coagulato vue ⁊ ponat sup dentẽ dolorosuȝ. Aut sumant opij ⁊ castorei ꝑtes equales ⁊ distilletur ex eis. g. j. aut. g. ij. in oleo rosa. in aurẽ vbi est dolor. Aut sumat quod adhereat ex radice mãdragore: quãdoqȝ eni sedat ipsum: aut sumat ꝭm ꝙ ostẽsuȝ est ex modo suffumigationis cũ semĩe iusqami albi. Aut decoquat radix mandragore solũ aut cuȝ iusquiamo albo cũ vino ⁊ teneat in ore. Et quãdoqȝ dant in potu etiã narcotica sicut philoniũ: potat eni ipm̃ qui de dente suo ↄqueritur ⁊ accipit ex ipso in ore suo ⁊ dormit ⁊ maturat egritudo eius ⁊ quiescit dolor eius Et ex eoꝝ sũma que stupefaciunt absqȝ nocumẽto est aq̃ infrigidata cum niue in vltimo ⁊ ponitur in ore acceptio post acceptionẽ donec stupefiat dens quare gescit dolor oĩno: ꝗuis qñqȝ sit addens in principio.

Hic ponit medicinas stupefactiuas: ⁊ tot facit quot medicinas ponit. Partes patent. Dicit primo ⁊c. De scđa pȝ. Similiter de tertia ⁊ sic de omnibus. Item cum coagulato vue. i. cum rob. i. sapa. Item in aure vbi dolor est. i. in aure ab illa parte in qua est dolor in dente. Item in principio. i. anteqȝ stupefaciat ⁊c.

De dente cõmoto. Cap. 9m.

Quandoqȝ cõmouet dens ꝓpter cãm primitiuã ex casu aut ꝑcussione. Et qñqȝ cõmouetur ex humiditate mollificante neruũ cõstringentẽ: ⁊ qñqȝ est dens cũ hoc piguis: deinde extenuat. Et qñqȝ cõmouet ꝓp̃t corrosionẽ accidẽtẽ origini dentiũ ⁊ amplificat eã aut subtiliat dentẽ per illð qđ minuit ex eo ⁊ nõ facit dolere adhorẽ: ⁊ qñqȝ cõmouet ꝑꝑ detumitionẽ accidentẽ dentibus ꝓpter siccitatẽ dominãtẽ sicut accidit dentib⁹ ↄualescentiũ

⁊ senum ⁊ eis qui famē tolerant vehementē cōtinue ⁊ abbreuiatͣ ab eis nutrimentū: ⁊ qn̄q₃ cōmouetͣ ꝓpter abbreuiationē carnis albamur.

¶ In precedentibꝰ Aui. determinauit de dolore dentiū: hic determinat de cōmotione dentis. Primo ponit causas. Scđo curā. ibi (Oportet vt vitet.) ¶ Dicit p̄mo ꝙ aliquando cōmouetͣ dens ⁊c̄. Item pinguis. i. humidus. Item eā. s. originē. Item adhorē. i. commissuram mandibularū in qua sunt dentes. Item ꝓpter detumitionē. i. extenuationē. Itē albamur. i. gingiue inter dentes.

¶ De cura. Cap. 10m.

Oportet vt deuitet masticationē cū illo dente ⁊ minoret locutionē. ⁊ nō tangat ip̄m manu neq₃ lingua ⁊ penitꝰ dimittat masticationē ⁊ itendat ad sorbitionē quantū pōt.

¶ Hic ponit curā. Primo in generali. Scđo in sp̄ali. ibi (Or si cā.) ¶ Dicit p̄mo ꝙ debet cauere ne masticet sup illū dentē ⁊c̄.

¶ Or si cā fuerit corrosio curetͣ corrosio ⁊ reliqua.

¶ Hic ponit curā in sp̄ali. Primo qn̄ cā cōmotionis dentis est corrosio. Scđo qn̄ cā est detumitio. ibi (Et si cā.) Tertio qn̄ est percussio. ibi (Et similiter.) Quarto qn̄ est humiditas mollificans. ibi (Si aūt ꝑuenit.) Quinto qn̄ est cā diminutio gingiuarū. ibi (Et ad illud.) ¶ Dicit primo ꝙ si causa est corrosio ⁊c̄.

¶ Et si cā fuerit detumitio succurratͣ cū cibariꝭs: cū tn̄ h̄ sit ex eis quoꝝ obuiatio est difficilis: deide cū hūectātibꝰ curetͣ faciēdo vt adhereāt ⁊ fricādo ⁊ distillādo in aurē sicut est oleū rosa. ⁊ de salicibꝰ ⁊ succus foliorꝝ solatri: imo cū stipticis. Nā si est ꝑꝑ ꝺtumitionē dētis nō valēt cibaria: qm̄ ipsa forsitan nō ipinguant ip̄m velociter: imo op₃ vt curetͣ cū stipticis fridis.

¶ Hic ponit curā qn̄ cā est detumitio ⁊ p₃ lr̄a. Itē obuiatio. i. remotio. Itē cū stipticis frigidis. s. vt dentē cōmotū ꝯfirment.

¶ Et similiter si accidat a percussione.

¶ Hic ponit curam quando cōmotio dentis est a percussione.

¶ Si aūt ꝑuenit ab hūiditate mollificāte op₃ vt curetͣ cū stipticis calefaciētibꝰ ⁊ admistrentͣ stiptica oppilatiua ex medicis dentiū colluēdo os ⁊ fricādo calefacꝭ sitͣ collutio oris ex aq̄ in q̄ ꝺcocta sunt ascedar parū ⁊ folia cup̄ssi aut passo in q̄ ꝺcoctū est alumē cū medietate sui de sale aut cū aq̄ in q̄ decoctū est serapinū. Et ex adherētibꝰ est vt sumantͣ alumis. ℥. ij. salis. ℥. j. ānectantͣ sup radicē dentꝭ aut cortices eris cū oleo ⁊ radicis liliꝭ ⁊ corticis cup̄ssi: oiu₃ an̄. ℥. iiij. ⁊ alumis ꝑs. j. et sumantͣ cineris thamarisci ⁊ salis eq̄lr̄ aut cornu cerui adusti ⁊ salis ꝯfectoꝝ cum melle adustoꝝ ⁊ myrre aduste: oium an̄. ℥. x. aut myrre ⁊ croci ⁊ spice ⁊ masticis: oium an̄. ꝑtes ij. ruthe sicce ⁊ sumach ⁊ balaustie: oiu₃ ꝑtes. iiij. fiat ex eis dētifriciū ⁊ qđ adhereat: ⁊ etiā stiptica ꝑmista cū aloe ⁊ colcotar ⁊ climia. Dētifriciū ꝯueniēs ad hoc capitulum ⁊ ad alia cyperi ⁊ rosarum ⁊ spice aromatice ⁊ salis gēme ⁊ carmezit ⁊ cornu cerui adusti partes equales.

¶ Hic ponit curā quando cōmotio dentis ꝑuenit ab humiditate mollificante ⁊ p₃ littera. Item calefactiuis. i. istis stipticis actu. Item ascedar est arbor similis nespillo. Ite₃ aut passis. i. vino de passis. Item carmezit. i. fructus thamarisci.

¶ Et ad illud qđ est causa diminutionis carnis gingiuarum sumantͣ alumen iamenū ⁊ xyloaloes adustu₃ ⁊ cyperi ⁊ sumach ⁊ balaustie.

¶ Hic ponit curam cōmotionis dentis quādo prouenit ex diminutione gingiuarum ⁊ patet.

¶ De ꝑforatōe ⁊ corrosiōe dētiū. Ca. 11m.

Accidit illud ex humiditate putrefacta in eis.

¶ Hic determinat de perforatione dentium. Primo premittit causas. Scđo ponit curam. ibi (Intentio in cura.) ¶ Dicit primo ⁊c̄.

¶ Intentio in cura corrosionis est ꝓhibere additionē eius qđ corroditͣ ⁊ illud fit cū mūdificatione sube corrupte ⁊ resolutione māei ledentis illud ⁊ ꝓhibitione dentis ne recipiat illas materias ⁊ cōuersione illaru₃ materierum ab eo cum euacuantibꝰ si eis indigetͣ. Et medicine prohibitiue corrosionis sunt exiccatiue. Si autem est fortis indiget fortibus vehementis exiccationis ⁊ calefactionis. Et si est debilis sufficiunt in eo exiccatio ⁊ stipticitas sicut lyciū ⁊ myrtus ⁊ spica celtica: ⁊ ipsarū administratio sit ex modis quos prediximus: ⁊ emplastrū eius ex capitulo ipletionis.

¶ Hic ponit curam. Primo per medicinam in generali. Secundo in speciali per remedia localia. ibi (Ex illis.) ¶ Dicit p̄mo ⁊c̄. Ite₃ impletionis. s. vbi docebat implere dentes.

¶ Ex illis enim est vt impleatur cum gallia ⁊ cyperis aut gallia sola: prohibet eni corrosionem ⁊ sedat dolore₃. Aut ipleatur mastice ⁊ cyperis ⁊ myrra aut storace aut gallia viridibꝰ ⁊ lycio aut storace ⁊ opio aut galbano aut sulphure citrino ⁊ lycio aut visco albotin ⁊ pipere aut cū gallia aut albotin ⁊ mentastro: aut cum nigella contrita ⁊ confecta cu₃ aceto ⁊ melle aut cū sulphure replendo aut liniendo aut cum zinzibere decocto cū melle aut cū aceto: quoniā ipsum est vltimum ad hoc: aut asa fetida aut cum alchitran aut cū asa fetida ⁊ āmoniaco aut asa fetida sola ⁊ bulliat cu₃ cera vt nō resoluatͣ. est enim vehemens ad sedandum dolorem: aut cera sola aut cu₃ medicinis aut cū lycio ⁊ dragagāto. Et iam experta est camphora in implēdo ⁊ est iuuatiua in ipsa vltimetͣ cu₃ ꝓhibitione additionis corrosionis ⁊ sedat dolorē. Et op₃ vt adiuuete cū eis que p̄terierūt in cap̄lo doloris dētiū.

¶ Hic ponit cura₃ in sp̄ali per remedia localia. Et p̄mo ponit medicinas debiliores. Scđo fortiores. ibi (Et qn̄q₃.) ¶ Primo ponit medicinas iplētes. Scđo ponit epithimata. ibi (Et qn̄q₃ administrantur.) ¶ Dicit p̄mo ⁊c̄. Itē visco albotini. i. terbētine. Item alchitran. i. pice liquida. Item aut cum medicinis aliꝭs.

¶ Et quādoq₃ administrantͣ in hoc epithimata ex castorei ⁊ pyretri ⁊ opiꝭ ⁊ galbani partibꝰ equalibꝰ ⁊ pipere ⁊ cardamomo cū melle: aut pyretro ⁊ myrra cu₃ melle ⁊ granis alcadra viridibꝰ cū melle: aut vinū bonū cui sup̄funditͣ acetum fernēs: aut epate lacerte aut sulphure cū equali mēsura liliꝭ aut pipere ⁊ lacte titimali aut baurach ⁊ pyretro aut galbano ⁊ semine iusquiami albi aut storace ⁊ opio. Medicamē bonū. ℞. baurach ⁊ albēgi: āborꝝ an̄. ꝑtes. ij. pyretri pip̄is: āborū an̄. ꝑtē. j. epithimi ꝑtes. iiij. ponantͣ sup locū. Et iterꝝ ℞. capitū granatorꝝ ⁊ pip̄is ⁊ se. iunip̄i: oiu₃ an̄. ꝑtē. 5. Et qn̄q₃ administratͣ iplendo ex eo ⁊ epithimādo.

¶ Hic ponit curam per administrationē epithimatū ⁊ p₃ lr̄a. Itē aut pyretro aut pipere. Item granis ⁊c̄. i. granis arboris terbentine. Item albengi. i. iusquiami.

¶ Et quādoq₃ ponitur super locū calidicon forte aut furisticon aut calcis partes. ij. ⁊ salis āmoniaci ⁊ aluminis ⁊ myrre ⁊ gallarꝝ ⁊ achacie ⁊ ireos: oium an̄. ꝑs j. ⁊ ordeū adustum ⁊ spuma maris. Et quādoq₃ additur in eo galbanū. Et quādoq₃ iuuatͣ ex collutionibꝰ oris retentis in ore magnifice si decoquatͣ radix capparis cum aceto donec consumatur medietas aceti ⁊ teneatur in ore: ⁊ administrentur distillationes in ipsa corrosione sicut arsenicum dissolutu₃ in oleo ferueat

⁊ distilletur in corrosum. Et ex eis que iuuāt est vt distilletur in latere dentis corrosi oleū ro.

¶ Hic ponit medicinas fortes ⁊ pꝫ lr̃a. Item calidicon est medicina seu medicamen causticū. Item suristicon ⁊ est medicamē causticū positū quinto canͦ. Itē magnifice .i. longo tēpore.

¶ De ruptura dentiū ⁊ eorꝫ corrosione. Cap. 12m.

Et causa in hoc ſm plurimū est ꝯuersio complexionis eiꝰ ad humiditatē. Et qn̄qꝫ est cā in ipo vt exiccet siccitate vehemēti. Sꝫ differētia est manifesta detumitio ⁊ ꝯtrariū eius: ⁊ si est illic significatio alterationis coloris aut corrosionis significat cōplexionē humidā habētē mām.

¶ Hic determinat de ruptura ⁊ corrosione dentiū. Et pͥmo ponit causas: ⁊ assignat differētias iter eas. Scđo ponit curā. ibi (Et curatio.) ¶ Dicit primo ⁊c. Item ad humiditatem .s. que corrumpitur. Item detumitio .i. extenuatio.

¶ De cura. Cap. 13m.

Et curatio pͥma est ꝓhibitio mācī ⁊ mūdificatio dētis cū stipticis fortibꝰ p̄dictis. Et alumen qdē est fortis ipressionis in h̄. Et si sunt calefaciētes cū hoc nō est earū labor vanus sicut est elleborus niger mistus cum melle. Si vͦ est a siccitate cura eius est cura siccitatis.

¶ Hic ponit curationem ⁊ pꝫ lr̃a. Et prima als melior.

¶ De alteratione coloris dentiū. Cap. 14m.

Quandoqꝫ fit illud ꝑpter alterationem eius qđ cooperit eos ex linimēto ⁊ facit accidere pānū. Et qn̄qꝫ fit lapis in dentiū radicibꝰ cuius eradicatio est difficilis. Et qn̄qꝫ fit ꝑpt̄ mām malā penetrantē in substantiā dentis ⁊ alterat̄ in ea ⁊ corrumpit colorē eius cōuertendo ad colorē melōgie ⁊ similiū p̄ter ꝙ sit sup̱ ipm pānus.

¶ Hic determinat de cura alterationis coloris dentium. Prio ponit causas. Secundo curam. ibi (Primo quidē.) ¶ Prima in duas ſm ꝙ duas causas ponit. ibi (Quādoqꝫ fit.) ¶ De secunda dicit ꝙ aliquando fit ꝑpter materiam melancholicam. Item pannum .i. eruginem. Item melongie .i. ad colorem viridem.

¶ De cura. Cap. 15m.

Primo qdē curet̄ cū eo qđ abstergit ⁊ mūdificat sicut spuma maris ⁊ sal ⁊ nasturtiū tritū: ⁊ cinis ostracorꝫ ⁊ cinis radicis cāne ⁊ arist. ro. ⁊ ordeū adustū sal gēma: que oīa sint ſm equales partes: ⁊ si vis adde in eo ostracū limaciarū adustū aut sumat̄ abrotani adusti ⁊ piperis: amborū ān̄. pars .j. ammoniaci partes .iij. ⁊ folij .ij. ⁊ gypsi adusti .x. partes terant̄ ⁊ administrent̄. Et si fuerit superflua tunc flos eris cū melle. Et ex eis que albificāt in dispōne est tritura catini de sceni aut tritura vitri aut massacumie ⁊ alsumbedig ⁊ lapidis adamātis.

¶ Hic ponit curā. Primo ſm pͥmā cām. Scđo ſm scđam. ibi (Secūdo vͦ.) Itē mūdificat̄ .s. alteratio sup̱ficialis ex linimēto. Item ex tritura catini de sceni est illud catinū ex quo vasa vitreantur. Itē massacumia dicit̄ ꝙ est lapis quo icidunt̄ lapides. Itē alsumbedig etiā est qdā lapis als est materia ex qua fit vitrum.

¶ Scđo vͦ curet̄ cū eo qđ resoluit mām ⁊ extrahit eā aut abstergit eā sicut piper ⁊ mētastrū ⁊ costus ⁊ aristologia rotū. ⁊ asa fetida ꝑmiscet̄ cū abstersiuis p̄dictis: ⁊ sicut est dētifriciū qđ diximus ante: aut h̄ dētifriciū bonū. ℞. radicis aristologie ptē .j. cornu ceruini adusti ptes .ij. masticis ptes .iij. olei rosati ptes .v. terant̄ ⁊ admistrent̄. Aliud. ℞. abrotani ⁊ salis torrefacti ⁊ lilij: oium ān̄. ptes .iiij. cypi ptes .v. spice ptē .j. piperis ptes .vj. Aliud. ℞. salis q tandiu adustus fuerit donec fuerit vt carbo ptes .iij. folij ptes .ij. ⁊ spice partē .j. ⁊ iterū cineris ostracorꝫ ptes .iiij. rosarum siccarū ptes .v. cyperi ptes .iij. floris iusquiami partē .j.

¶ Hic determinat curam quādo illic materia est penetrans ⁊ ponit quedam dentifricia ⁊ patet littera.

¶ De facilitate originis dentium. Cap. 16m.

Quandoqꝫ accidit ifantibꝰ vt dentiū eorꝫ natiuitas sit difficilis Et qn̄qꝫ cōmunicat ei solutio vētris quare necessariū est vt cōmensuret̄ cuꝫ epithimatibus super ventrē ⁊ succis preparatis ⁊ retentione eorꝫ: ⁊ est necessariū vt liniātur cum colyrijs predictis in libro vniuersali.

¶ Hic determinat de facilitate originis dentium. Primo p̄mittit cās difficultatis remittendo. Scđo ponit curā per medicinas. ibi (Et ex eis.) ¶ Dicit ꝙ aliquando in infantibus tardat̄ ortus dentiū ⁊c. Itē ⁊ succis .i. aquis in libro vniuli .i. in libro pͥmo fen .3.

¶ Et ex eis qbꝰ ortꝰ dentiū fit facilis est fricatio cū adipibꝰ ⁊ cerebellis ⁊ ꝓprie cerebro leporis exacto ex capite eiꝰ post ꝺcoctionē: aut cū alcāna ⁊ butyro ⁊ oleo de lilio. Et iā dcm̄ ē ꝙ lac caninū ꝯfert in h̄ vehemēter cū ꝓprietate sua: ⁊ si dolor vehemētior fiat liniat̄ cū succo solatri cū oleo rosa. calefacto: ⁊ opꝫ vt ꝓhibeat̄ masticatio sup̱ rē que hꝫ essentiā tenacē. Immo opꝫ vt nutrix itromittat digitū suū in ore eiꝰ tūc cū icipit dolē ꝑꝑ ortū dentiū: ⁊ fricet gigiuā eiꝰ vehemēter vt currat ab ea hūiditas ex via gigiue: deide fricet̄ cū medicis p̄dictis. Cūqꝫ dentes parūper apparēt oꝫ vt fiat empl'm capiti ⁊ collo ⁊ mādibulis cū lana submersa in oleo ⁊ distillet̄ ēt in aure eiꝰ oleū: ⁊ nos iam p̄misimus tale quale est capl'm hoc in libro primo.

¶ Hic ponit quatuor medicinas. Partes patent. Itē tenacē .i. viscosam. Item cum lana submersa in oleo ad mitigādū dolorē.

¶ De regimine eradicationis dentiū. Cap. 17m.

Quoniaꝫ qn̄qꝫ aduenit ex dente doloroso vt nō recipiat curam oino: ⁊ fit vt quotiēscūqꝫ sedat̄ nocumētū quo ledit̄ in ꝑrimo redeat. Ampliꝰ fit vicinitas eiꝰ reliqs dētibꝰ nocumētū ꝑꝑ illud qđ ex ipso ꝑtrāsit ad eos ⁊ nō iuenit̄ ad eiꝰ rectificationē semita: tūc cura eius est eradicatio.

¶ Hic determinat de eradicatione dentium. Et primo hoc. Secūdo ostendit medicinas cum quibus fit eradicatio. ibi (Et ipse quidem.) Prima pars littere patet.

¶ Et ipse qdē qn̄qꝫ eradicat̄ cū tenalijs post ꝺtectionē ab eo qđ tenet̄ cū radice eiꝰ: ⁊ opꝫ vt attēdas ante eradicationē ⁊ ꝯsidera: an egritudo sit i ipo dēte. Nā si nō fuerit nō oportebit vt eradicet̄ ⁊ nō eradicet̄ cuꝫ cā fuerit in gigiua: aut fuerit in neruo q est sub dente. Illud .n. q̄uis dolorē parūper alleuiet nō tn̄ ipm destruit: imo redit ⁊ nō qdē alleuiat ipm nisi ꝑꝑ illud qđ resoluit ex mā: tūc ⁊ cū eo qđ ꝑuenit ad ipm ex medicinis. Et in eradicatōe illorꝫ dētiū q nō cōmouent̄ est timor ex qbusdā nocumētorꝫ plimorꝫ. Qn̄qꝫ .n. ꝺtegit̄ mādibula ⁊ putrefit ps subē eiꝰ ⁊ excitat dolorē vehemētē: ⁊ qn̄qꝫ excitat dolorē oculi ⁊ febrē. Cuꝫ ḡ sciueris ꝙ eradicatio est difficilis aut nō tolerat eā ifirmꝰ: tūc nō erit rectū vt moueat̄ cū vehemētia. Illđ nāqꝫ est ex eis que in dolore augmētū faciūt: cū tn̄ ꝯueniēs est qn̄qꝫ si fuerit egritudo ꝑpter cām in dente. Naꝫ si cōmouet̄ resoluit̄ mā sub ipso ⁊ sedat̄ dolor.

¶ Hic ostẽdit cũ qb⁹ eradicaẗ. Et p̊ docet eradicare cũ ferro. Secũdo cũ medicinis. ibi (Qñq; vo.) ¶ Dicit p̄mo ⁊c̃. p; lr̃a.

¶ Quandoq; vo eradicatur cu; medicinis: ⁊ rectius qdem est vt incidaẗ in circuitu dentis cu; flobotbomo ⁊ administreẗ super ipsum medicamen.

¶ Hic docet eradicare dente; cũ medicinis. Scd̃o ponit illas medicinas. ibi (Et ex illis.) Prima pars p;.

¶ Et ex illis est vt sumanẗ cortices radicis mororu; ⁊ pyretrũ ⁊ teranẗ in sole cũ aceto forti donec fiat totũ sicut mel: deide liniaẗ cũ eo radix dẽtis in die trib⁹ vicib⁹: aut teraẗ pyretrũ ⁊ in aceto sub sole dimittaẗ. lx. dieb⁹: deide distilleẗ sup illud qđ icisu; est ⁊ dimittaẗ hora vna aut horis duab⁹. Et qñq; iuestiẗ sanus cera bene: deide extrahiẗ quare eradicaẗ: aut poniẗ loco pyretri radix cucumeris asinini: aut liniẗ cũ arsenico nutrito cũ aceto: qm̃ mollificat eã. Aut sumãẗ seminis vrtice ⁊ galbani partes eq̃les: aut vrtica ⁊ de thure duplũ eius ⁊ ponaẗ sup radicẽ dẽtis eius. Et qñq; feruet cũ folijs fici: qm̃ ip̃m frãgit eã ⁊ eradicat ipsum cũ facilitate: ⁊ fex aceti ipsi⁹ est mirabilis. Et qñq; sumanẗ cortices mori ⁊ cortices capparis ⁊ arsenicũ citrinũ ⁊ pyretrũ ⁊ vene ⁊ radices collogntide ⁊ sisamũ ⁊ ɔficianẗ cũ aqua anbeti aut cũ aceto forti ⁊ dimittatur trib⁹ dieb⁹: deide linianẗ aut sumanẗ venarũ citrinarũ ⁊ corticis mori: ambo; añ. ps. j. ⁊ arsenici citrini ptes. ij. ⁊ ɔficianẗ cũ melle ⁊ ponanẗ in circuitu dentis totius: qm̃ eradicat eũ: aut sumanẗ radicis abrotani ⁊ lactis titimali: ambo; añ. ps. j. radicis titimali ptes. ij. ɔficianẗ cũ melle ⁊ ponanẗ sup ip̃m: ⁊ si dens est debilis liquefiat cera cũ melle in sole ⁊ distilleẗ sup ipsam oleum ⁊ precipiatur vt masticet eam.

¶ Hic ponit multas medicĩas ⁊ p; lr̃a. Jtẽ sanus. s. dens. Jtẽ deinde extrahiẗ. s. malus. Jtẽ lenificat al's mũdificat. Jtẽ ⁊ vena. i. celidonia. Jtẽ venarũ citrinarũ. i. celidonie: al's. i. rubee tincto;.

¶ De fractione dẽtis corrosi ⁊ est sicut eradicatio sine dolore. Cap̃. 18m.

Conficiaẗ farina cũ lacte titimali ⁊ ponaẗ sup ip̃m aliqbus horis: qm̃ frangeẗ: ⁊ op; vt ponanẗ in ipso folia volubilis maioris acute et adeps rane arboree est incisiuus fractiuus ⁊ est rana viridis que hospitaẗ in plantis ⁊ arboribus ⁊ ascendit ex arbore ad arborem.

¶ Hic ponit curam fractionis dentis ⁊ ponit aliquas medicinas ⁊ patet littera: q; clara est.

¶ De vermibus dentium. Cap. 19m.

Sumanẗ semis iusquiami albi seminis porri: ambo; añ. partes. iiij. semis cepe partes. ij. ⁊ ʒ. ɔficianẗ cũ adipe caprino ɔtrito ⁊ fiant inde pillule quarũ vnaquaq; sit. ʒ. j. ⁊ fiat suffumigatio ex vna pillularum cum coopertura capitis ⁊ cum traiectorio.

¶ Hic ponit curam de vermibus dentium que satis clara est.

¶ De causa stridoris dentium. Cap̃. 20m.

Stridor dentiũ in somno fit ꝑpter debilitatem lacerto; mãdibularũ. Et est ex eis sicut spasmus ⁊ accidit ifantib⁹ multotiẽs ⁊ remoueẗ qñ fiũt puberes: ⁊ qñ multiplicaẗ stridor dentiũ ⁊ sonit⁹ eo; in somno idicat epilepsiã aut apoplexiã aut spasmũ aut significat vermes in ventre. Et ille qui est ex vermib⁹ est habẽs vicissitudines.

¶ Hic determinat de stridore dentium. Et primo ponit cãs. Scd̃o curam. ibi (Et op;.) Prima p;. ¶ De secũda dicit ꝙ tu debes mũdificare ⁊c̃. Jtem cũ fiunt puberes. s. q; remoueẗ superfluitates. Jtẽ vicissitudines. i. s̃m ascensionẽ vapo; a vermib us.

¶ De cura. Cap̃. 21m.

Et op; vt cureẗ patiens illđ cũ mũdificatione capitis ⁊ inunctione colli ex oleis calidis odoriferis in quibus est virtus stiptica.

¶ Hic ponit curam stridoris dentis que satis patet.

¶ De dente qui elongaẗ. Cap̃. 22m.

Oportet vt sumatur digitis aut istrumẽto cõstrictiuo: deinde limeẗ cum lima. Postea sumantur grana lauri ⁊ alumen et aristologia longa ⁊ fricetur cum eis.

¶ Hic determinat de cura dentis longi ⁊ patet littera.

¶ De congelatione dentium. Cap̃. 23m.

Congelatio est stupor qda; accidens denti. Et illud est ꝑpter cãm retenta; ⁊ est aut stiptica aut pontica. Et quãdoq; est ꝑpter illud qđ occurrit denti adueniẽs extrinsecus aut stans. Et qñq; fit ꝑpter illud qđ eleuaẗ ad eos ex stomacho cũ fuerit illic humor acetosus. Et quãdoq; sequiẗ imaginatio estimatiua cũ p̃sens est ille qui masticat acetosum masticando cum transmissione.

¶ Hic determinat de congelatione siue stupore dentiũ. Et primo ponit causas. Scd̃o curam. ibi (Confert ei.) ¶ Dicit primo ⁊c̃. Jtẽ congelatio: al's stupor. Jtem illic. s. in stomacho.

¶ De cura. Cap̃. 24m.

Confert ei masticatio portulace valde aut seminis portulace ɔtriti ⁊ ifusi cũ aqua aut glutinis alimbat aut amigdalis aut nucis regalis ⁊ alneregil ꝑprie aut auellana ⁊ oleũ onfancinũ fricando aut fex olei igrossati in vase ereo cũ melle in sole aut super ignem: ⁊ collutio oris cũ lacte asinino ⁊ oleo tepido: aut cordumeni cu; vino ⁊ grana lauri ⁊ aristologia lõga: aut asa fetida aut lac titimali ⁊ squilla ⁊ sal: propterea q; oppositus est acetositati confert valde stupefactioni.

¶ Secundo ponit curã ⁊ dicit ꝙ debet masticare portulacam ⁊c̃. Jtem glutinis alimbat. i. terbentine. Jtem ⁊ alneregil. i. nuce indica. Jtem cordumeni. i. carui acreste.

¶ De hebet dentium ⁊ cura eius. Cap̃. 25m.

Est vt dens non toleret aliquid frigidũ neq; calidum neq; durum. Et plurimũ eius est ex frigore ⁊ est precedens dolorem dentiũ. Et cum causa in hoc est frigus administra grana lauri ⁊ alumen ⁊ aristologiam longã ⁊ vaporationem assiduam cum vitello oui. Q; si cum illa nõ sedetur fricetur cum hierapigra: si autem non valet tunc cum tyriaca. Et oleum synapinu; est iuuatiuũ valde. Alkitran confectũ calefactu; cũ eo multotiens inungitur fricando est iuuatiuũ valde.

¶ Hic determinat de quadã egritudine dentium que vocaẗ hebet dentiũ que est quedã debilitas in dentib⁹ ponẽs dentes esse passibiles a calido ⁊ frido. Et p̊ ponit cãs ⁊ curã qñ fit a frigore. Scd̃o quãdo fit a calore. ibi (Si autem.) ⁊ Prima in duas. Primo ponit causas. Scd̃o curã. ibi (Et cũ cã in hoc.) Prima patet. ¶ De scd̃a dicit ꝙ si cõplexio est frigida ⁊c̃. Jtem alkitran. i. pix liquida.

¶ Si autẽ causa fuerit cõplexio calida ⁊ est raro significabit ipsam color gingiue ⁊ tactus ei⁹ ⁊ tactus dentium: quare oportebit vt assidueẗ fricatio dentium cũ oleo ro. tepefacto in quo sint cãphora ⁊ sandali ⁊ ad-

ministrent̃ mucilago psilij ⁊ masticatio portulace aut seminis eius proprie.

℄ Hic ponit curam quãdo fuerit cõplexio calida ⁊ patet littera.

℄ De cura debilitatis dentium. Cap. 26m.

Conferũt ei stiptica ꝑdicta ⁊ galle aduste extincte in aceto ⁊ grana myrti alber ⁊ sal torrefactũ ⁊ extinctũ in aceto ⁊ alramich ⁊ vinuz stipticũ ⁊ dẽtifricia stiptica. Dẽtifriciũ bonũ ℞. cyperi. ʒ. iij. myrabolanoꝝ citrinoꝝ enucleatoꝝ. ʒ. v. cinami grossi. ʒ. xv. cinamomi. ʒ. iij alumis. ʒ. ij. pyretri. ʒ. vij. salis ãmoniaci pipis longi gallie croci: oium añ. ʒ. j. salis. ʒ. v. sumach ꝑparatoꝝ corij. ʒ. ij. fruct⁹ thamarisci. ʒ. iij. cardamomi. ʒ. iiij. aristol. ʒ. xvj. balaustie ʒ. iiij. terant̃ oia ⁊ aggregent̃. Dẽtifriciũ bonũ. ℞. sandali rubei cubebe fausel: oiuz añ. ʒ. xv. cinami grossi. ʒ. v. cinamomi. ʒ. ij. bakiz. ʒ. iiij. ꝯficiant̃ cũ amilo tritici. Dẽtifriciũ ad hãc rem bonũ sumat̃ kist ordei terant̃ ⁊ ĩuoluat̃ melle aut chitran pauco samio ⁊ fiãt trocisci: ĩde ⁊ submergat̃ charta de pãno ⁊ ponat̃ sup lacertulũ positũ in radice furni. Cũq₃ ei⁹ color denigrat̃ extrahat̃ ⁊ accipiat̃ ex eo ps. j. ⁊ ex ruptura xyloaloes ⁊ balaustijs ⁊ cypis ⁊ cortice granati ⁊ sale: ex oib⁹ añ. ps j. terant̃ ⁊ fiat ex eis dẽtifriciũ. Et qñq₃ sumunt̃ ordei adusti narrati ptes. xx. ⁊ cypi ⁊ fausel et alcharmezit: oiuz añ. ptes. iiij. ⁊. ʒʒ. ps. j. fiat ex eis dentifriciũ.

℄ Hic ponit curã debilitatis dentiũ. Et tot facit quot medicias ponit. Partes patẽt. ℄ Nota ꝙ debilitas dentiũ videt̃ quedã egritudo magna de qua dictũ est supra. Item ramich est ꝯfectio cum passulis ⁊ gallis. Itẽ fausel. i. auellane indice. Itẽ bakiz. i. fabe. Itẽ pauco coto. Itẽ alcharmezit. i. fructus thamarisci ⁊c.

℄ Incipit expositio super octaua fen.

℄ Fen 8a de dispõnib⁹ gigiuarum: ⁊ est tractat⁹ vnus.

℄ De egritudinibus gingiuarum. Cap. pm.

Gingiue accidũt apata cã mãei descendentis ad ipsam ẽm plurimũ ex capite. Et qñq₃ est ꝑꝑ cõitatẽ stõchi. Et qñq₃ accidũt ei apata in initio hydropisis et accidẽtiũ malitie forme ꝑꝑ illud qδ ad eã eleuat̃ ex vaporib⁹ corruptis.

In ꝑcedẽti pte determinauit Aui. de dispõnib⁹ dẽtiuz: hic determinat de dispõnib⁹ gigiuaꝝ. Et p̃ facit ẞ. Secũdo gra hui⁹ vt cõpleat̃ doctrina determĩat de dispositionib⁹ labioꝝ. ibi (Duo labia.) ℣ Pria in septẽ ẽm ꝙ sunt septẽ dispõnes ꝯtingẽtes in gigiuis de qb⁹ determinat. Partes patẽt p capl'a. ℄ In p̊ capl'o determinat de apatibus gigiuarũ. Et p̊ ponit cãs. Scδo signa. ibi (Et signat̃.) Tertio curã. ibi (Si mã est.) ℄ Dicit p̊ in gigiuis ꝯtingũt apata ꝑꝑ mãm descẽdẽtẽ a capite ẽm plurimũ ⁊c. Et aliqñ a stõcho. Itẽ cã. i. ꝑpter cãm. Item aliqñ a stõcho ꝑpter vapores eleuatos a stõcho ⁊ ibi retẽtos. Itẽ malitie forme ꝑpter nocumentũ epatis: ⁊ est dispositio preuia ad hydropisim. Item qδ ad eã. s. gingiuam.

℄ Et signat̃ gen⁹ mãei p colorẽ ⁊ tactuz. Et qñq₃ sunt ex eis manifesta recẽtia velocia ad suscipiẽdã curã: ⁊ ꝑfunda ad suscipiẽdã curã tarda: ⁊ qñq₃ sunt cũ feb.

℄ Hic ponit signa signãtia cãm. Et cã est mã que cognoscit̃ p colorẽ: ⁊ aliqñ talia apata sunt manifesta: ⁊ aliqñ occulta ⁊c. Itẽ genus mãe qꝛ signat̃ siue sit mã sanguinea cholerica flegmatica vel melancholica ẽm colorem vtriusq₃. Item ⁊ tactum: qꝛ si est sanguis ⁊ cholera sentitur calor: si est materia flegmatica vel melancholica sentitur frigus. Itez manifesta. s. apostemata. Itẽ ⁊ quãdoq₃ sunt cum febre: supple ⁊ quandoq₃ sine.

℄ De cura. Cap. 2m.

Si mã est superfluitas calida: tũc administra euõnẽ ⁊ flõmiã alieheric: ⁊ cura in principio cũ collutionib⁹ oris ĩfridãtib⁹: ⁊ fit in eis stipticitas sicut est aqua ros. ⁊ lac acetosuz ⁊ aq̃ myrti ⁊ aqua folioꝝ stipticoꝝ frigidoꝝ ⁊ decoctio balaustiarũ ⁊ aqua arnoglosse ⁊ ĩfusio glandiũ ⁊ succus portulace: deĩde post illud fiat oris collutio cuz oleo onfancino ⁊ oleo arboris masticis ⁊ oleo myrtino in vnaquaq₃. ℥. ponat̃ mastix: aut oleo in quo bullierint mastix ⁊ sicce rose aut oleũ rosa. in quo bullita sint spica ⁊ rose sicce ⁊ mastix: ⁊ oleũ q̃dem arboris masticis h₃ virtutẽ vehemẽtẽ in sedãdo dolores gingiue ⁊ ꝑprie recẽs: resistit eni ⁊ nõ exasperat ⁊ magis ꝑprium iuuamentũ eius est in dispositione doloris.

℄ Hic ponit curã. Primo per euacuantia ⁊ ponit curã maxime in p̃ncipio per alterantia. Scδo ponit curã per localia que administrant̃ post p̃ncipiũ. ibi (Deinde post illud.) ℄ Dicit p̊mo ꝙ si materia est calida debes euacuare ⁊ flobothomare partes que sunt circa os ⁊c. Item euacuationẽ. hoc dicit quantũ ad cholerã. Itez ⁊ flobothomiã. s. si sit materia sanguinea vel cholerica permista sanguini. Item alieheric. i. in circuitu loci vbi oritur barba.

℄ Deinde post illud administrent̃ que sint sicut succ⁹ ircos humide: facit eni currere sanguinẽ ⁊ facit quiescere: aut succus folioꝝ oliue: aut fex vini: aut succus ruthe: aut oleũ albabati alchadra bullitũ cuz aqua in qua sint folia eius aut decoctione aristol. Si aũt apostema est calidũ ⁊ ꝑfundũ ⁊ nominat̃ berules nõ resoluit̃ cum medicinis: imo fit purulentum.

℄ Hic ponit̃ remedia localia post principium. Primo quãdo materia est calida. Secũdo quãdo est frigida. ibi (Si aũt apostema.) ℣ Primo facit hoc. Scδo qꝛ quãdo nõ põt fieri curatio cum medicinis localibus: sed oportet vt fiat operatio cũ manu: docet administrare manualem operationẽ incidendo. ibi (Et quãdoq₃ indiget.) Prima põt diuidi: sed nõ est vis. ℄ Dicit p̊mo ꝙ postea d₃ os lauare ⁊c. Item post illud. i. post principium. Item collutio. i. ablutio. Item in vnaquaq₃ vncia. s. vna. Item ponatur mastix. s. ẽm ꝙ expedit. Item resistit. i. repercutit. Item oleuz albabati alchadra non inuenitur quid sit: sed potest dici ꝙ est quedaz arbor que non inuenitur dicit Simon.

℄ Et quãdoq₃ ĩdiget cura manus: ⁊ quãdoq₃ substãtia eius peruenit ad creandũ carnẽ nouã. Cũ ergo purulentũ fit administra super ipsuz florẽ eris ⁊ gallas: aut corticẽ heris ꝯtritũ cũ aceto diebus aliquibus et surie adustũ aut gallas cũ aceto. Cum aũt gingiua nõ cessat suppurari ⁊ apostemat̃ ⁊ nõ sanat̃ ĩdiget cauterio: ⁊ melius est vt sumat̃ oleũ feruens cũ lana inuoluta super extremitatem tente: ⁊ totiens fiat donec detumescat gingiua ⁊ constringatur.

℄ Hic ponit opõnẽ manualẽ: ⁊ dicit ꝙ aliqñ ĩdiget opatione cum ferro ⁊c. Itẽ cura manus al's ferri. Itẽ ꝑuenit vel ꝑducit. Itez ad creandũ carnẽ nouã: qꝛ corrũpit̃ multũ de carne. Itẽ purulẽtuz. i. saniosum. Item surium al's surie. i. vitriolũ ru. adustum.

℄ Si autem apostema fuerit ex humiditate superflua oportebit in p̃cipio vt colluatur os cũ oleis calidis ⁊ cũ melle ⁊ oleo ⁊ rob: deinde administrent̃ resolutiua fortia predicta multotiens.

℄ Hic ponit curã apostematũ gingiuarũ quãdo materia est frida. Item ex humiditate superflua. s. flegmatica frigida.

℄ De gingiua sanguinea ⁊ cura eius. Cap. 3m.

Confert ei alumẽ extinctũ cũ aceto cũ duplo ipsi⁹ ex sale ⁊ cũ surie tãto q̃tũ ipm est ⁊ medietas ei⁹ sparsum sup eã. Et ẽt adurant̃ taracha salita vsquequo fiant sicut carbo ⁊ su-

manẽ ex cinere coꝝ pars.j.⁊ ex rosis siccis pars.j.⁊ iterum sumanẽ myrti ⁊ lentiũ adustarũ:amboꝝ añ.ps.j. sumach ⁊ surie:amboꝝ añ.ptes.ij.floꝝ squinãti partes.iiij.⁊ cõmisceantur ⁊ administrenẽ.

¶ Hic determinat de secunda dispositione gingiuarũ que est quãdo gingiua apparet rubei coloris ⁊ coloris sanguinis ⁊ ponit medicinas aliquas:⁊ patet lr̃a.Item confert ei.i.gingiue sanguinee. Item cum surie.i.vitriolo rubeo.Itẽ taracha est fungus nascẽs in radice barbe hircine.

¶ De fissuris gingiuarũ. Cap.4^m.

Curatur in cura coꝝ cursu fissurarũ labij.

¶ Hic determinat de dispõne que est fissura gingiuarũ.Et dicit ꝙ curaẽ sicut curanẽ fissure labioꝝ.

¶ De vlceribus gingiue et corrosione eius et fistulis eius. Cap.5^m.

Vlcera gingiue alia sunt pura:⁊ alia sunt incipientia putrefieri: et alia sunt incipientia corrodi.

¶ Hic determinat de vlceribus gingiuarum.Et p̃mo ponit diuersitatem vlcerum.Secundo ponit curam.ibi(Puerorũ quidem.) ¶ Dicit primo ꝙ alia sunt ⁊c.

¶ De cura. Cap.6^m.

Puerorum quidẽ cura:cura est alcola.

¶ Hic ponit curam.Primo in quadã etate.Scd̃o ponit curam iuxta diuersitatem datam.ibi(Ea v̓o.) ¶ Dicit primo ⁊c.Item alcola.i.vlcerum lingue.

¶ Ea v̓o que putrefieri icipiũt opꝫ vt curenẽ cum eis que sunt sicut olea calida ⁊ semẽ iuniperi ⁊ tribuli.Si ergo iuuãt erit bonũ:⁊ si nõ:sumaẽ gallaꝝ ps.j.⁊ myrre pars.5.aggregenẽ cũ oleo ros.⁊ administrenẽ.Et ex spẽbus qdẽ collutionũ oris iuuatiuis est collutio oris cũ aceto squillitico ⁊ collutio oris cum lacte asinino ⁊ collutio oris cũ decoctione folioꝝ oliue ⁊ decoctione rosarũ ⁊ lentiũ ⁊ gallarũ ⁊ capitũ rosarũ ⁊ granatoꝝ.

¶ Hic ponit curã ẜm tres diuersitates vlcerũ.Prio vlcerũ putridoꝝ.Scd̃o corrosiuoꝝ.ibi(Corrosiua.)Tertio vlceruꝫ qꝛ medioꝝ que nõ sunt putrida nec corrosiua.ibi(In medijs aũt.) ¶ Dicit p̃o ꝙ in putridis que icipiũt debes curare ⁊c.Itẽ myrre.i.vel myrti.

¶ Corrosiua aũt si sunt ꝓfunda in ipsa:opꝫ vt curenẽ cũ calcadicon ꝓprio eis dicto in antidotario ⁊ simil'r fistule:deide sparganẽ suꝑ ea medicine stiptice.Et ex eis que sunt experta est hoc.℞.tribuloruꝫ fruct⁹ thamarisci pyretri:oium añ.ʒ.iij.celidonie.ʒ.j.myrabolanoꝝ citrinoꝝ rosarũ siccarũ:amboꝝ añ.ʒ.ij.fabaruꝫ ⁊ salis ammoniaci ⁊ cubebe ⁊ spume maris:oium añ.ʒ.5.balaustiaruꝫ ⁊ croci:amboꝝ añ.ʒ.iiij.cãphore.ʒ.iiij. fiat ex eis dentifriciũ ⁊ etiã dentifricia in qb⁹ recipiũtur aristol'.⁊ colcotar ⁊ scorie ⁊ arsenica.

¶ Hic ponit curam vlcerum corrosiuoruꝫ in gingiuis ⁊ dicit ꝙ tu debes curare ⁊c.Item calcadicon est medicamẽ cõpositũ qδ ponit in quinto cañ.⁊ poniẽ a Mes.cap.de polypo.

¶ In medijs aũt sumanẽ pyretri ⁊ radicis lilij:amborum añ.ps.j.sumach ⁊ gallarũ nõ pforatarũ ⁊ balaustiarũ ⁊ aluminis:oium añ.ʒ.ij.teranẽ ⁊ fiat ex eis dentifriciũ ⁊ administreẽ in medicis inter corrosa ⁊ fistulas.Et simil'r ex balaustijs ⁊ squama ferri pulverizeẽ gingiua ⁊ retineanẽ in ea:deide colluaẽ os cum aceto squillitico aut aceto in quo decocta sunt folia oliue et etiã administreẽ philoniũ in loco corroso:qm̃ est bonum:aut diacalamentũ ⁊ ꝯfectiones ꝓhibẽtes putrefactionẽ resoluẽtes illud qδ ꝓuenit ex ea:⁊ ex eis est ꝯfectio de armel.Si aũt nõ valẽt:tũc necessarium est alcadicon:⁊ ex eis que approximãt ei ẽt est vt sumanẽ alumis ⁊ calcis ⁊ gallarũ ⁊ duoꝝ arsenicoꝝ ptes eq̃les:accipiaẽ ex eo danich.j.post ꝯtritionẽ vehemẽteꝫ ⁊ fiat cũ eo fricatio fricãdo bene:deinde expecteẽ suꝑ eã vna hora:postea colluaẽ os cũ oleo ro.qñq3 poniẽ in ipso achacia:⁊ est ꝯueniens vt fiant ex eo trocisci ⁊ desiccenẽ ⁊ reseruenẽ ad necessitatẽ:⁊ qñq3 sufficiunt duo arsenica ⁊ calx ⁊ achacia ⁊ fiũt ide troci.Et qñq3 ꝯfert cauteriũ p̃dictũ:⁊ est ex eis que deijciunt corrosionẽ ⁊ faciunt nasci carnẽ sanã:deide administretur dentifriciũ ex gallis cũ tertia pte myrre:creat eni carnẽ ⁊ ꝯstringit gigiuã:⁊ flõmia aliberic ꝯfert eis.

¶ Hic ponit curam vlcerũ medioꝝ que sunt media inter corrosiua ⁊ fistulas:⁊ patet littera.Item ⁊ in medijs.s.vlcerib⁹ iter corrosiua ⁊ fistulas:⁊ patet littera.Item philoniũ ad remouẽdũ sensum:⁊ natura tunc stat intenta circa digestionem materie.Item de alharmel est confectio vel quedã species ruthe.Item danich est pondus.viij.granorum ordei.Item cauterium predictum scꝫ supra p̃mo capitulo huius fen.Iteꝫ flobothomia alieberic.i.que est in circuitu barbe.

¶ De augmẽto gigiue ⁊ cura ei⁹. Cap.7^m.

Cura eius p̃dicta est in caplõ de fetore oris.

¶ Hic determinat de cura diminutionis carnis gingiue ⁊ patet littera.

¶ De diminutione carnis gingiue ⁊ cura. Cap.8^m.

Sumanẽ thuris masculi ⁊ aristol'.ro.⁊ sanguinis draconis ⁊ farine herbi ⁊ radicis lilij partes equales ⁊ ꝯficianẽ post ꝯtritionẽ cũ melle ⁊ aceto squillitico ⁊ administrenẽ fricãdo ⁊ farine herbi.ʒ.x.ꝯficianẽ cũ melle ⁊ fiant ide trocisci ⁊ ponanẽ suꝑ lacertulũ aut testã positũ in iferiori pte furni donec ꝑueniat ad h̓ vt ꝯteranẽ ⁊ forsitan adurãtur:⁊ suꝑ id qδ aduriẽ ⁊ ꝯteriẽ ꝓjicianẽ sanguis draconis.ʒ.iiij.⁊ thuris masculi quãtũ ipm ⁊ aristol'.rotũ. ⁊ ireos:amboꝝ añ.ʒ.ij.⁊ fiat ẜm modũ predictũ.

¶ Hic determinat de diminutione carnis gingiue:⁊ patet quid dicat.Item super lacertulũ.i.quoddã vas longum.

¶ De cura mollificationis gingiue. Cap.9^m.



Siquidem fuerit parua:tũc sufficiet in ea collutio oris cum aqua in qua decocta sunt stiptica calida vel frigida ẜm cõplexioneꝫ:⁊ ex eis que sunt vehementis iuuamẽti in hoc est alumen decoctum cum aceto.

¶ Hic determinat de mollificatione gingiue.Et p̃mo ponit curaꝫ mollificationis parue.Scd̃o magne.ibi(Si autẽ fuerit plurima.) ¶ Dicit primo ꝙ si fuerit parua ⁊c.Item parua.s.mollificatio.

¶ Si auteꝫ fuerit plurima:tunc rectius erit in ea vt incidatur ⁊ dimittatur sanguis currere ⁊ exprimatur qδ egreditur ex eo:deinde colluatur os post ipsum cum decoctione stipticoꝝ ẜm modũ predictum in eis que preterita sunt.Et ex eis que sunt ꝯueniẽtia ad illud ex decoctionib⁹ est vt sumanẽ fructus thamarisci.ʒ.iij.et foliorum alcãne.ʒ.ij.tepefiant ⁊ administrenẽ:aut sumanẽ balaustiaruꝫ ⁊ corticis granatoꝝ añ.vj.partes ⁊ tereniabin ⁊ aluminis iameni añ.iij.partes:⁊ rosaꝝ ⁊ sumach albgdedi añ.viij.ptes:⁊ spice aromatice et floꝝ squinanti añ.partes.x.fiat ex eis linimentuꝫ ⁊ qδ adhereat:⁊ flobothomia alieberic ꝯfert ei.Cõfectio linimẽti conueniẽtis ad illud quod administraẽ post collutionẽ oris.℞.rosaruꝫ cũ capitibus suis:piperis añ.partes.vij.corticis glandium balaustiarũ granorum myrti viridium añ.iiij.partes siliquarum nabati

ſumach mūdati alramich.v.ꝑtes:aut loco alramich myrti.iiij.partes:⁊ quādoq; ꝯfert tangere palatū cū hiera minori ⁊ colluere os ex ea cū aceto ſquillitico ⁊ adminiſtratio alſufuf fortium.

¶ Hic ponit curā mollificatiōis magne. Scđo ponit plura remedia: quoꝝ aliq̄ dn̄t adminiſtrari in ꝑn°aliq̄ in augmēto. Itē pl'ima.ſ. mollificatio. Itē alcāne eſt q̄dā arbor. Itez albedegi al's albgdedi nō īuenit̄ qd ſit. Itē alieheric.i.loci barbe. Itē ſiliquaruz nabati.i. xylocaracte. Itē ramich.i.q̄dā ꝯfectio de paſſulis ⁊ gallis. Itē cuz hiera minoris.i.hiera Hal'. Itē alſufuf.i.puluerū fortiū.

¶ De cura carnis addite gingiue. Cap.10^m.

Ponatur in ea calcantum ⁊ myrra: quoniam purgant eam.

¶ Hic ponit curam additionis gingiuarū:⁊ patet. Itē purgant.i.conſumunt.

¶ De labijs ⁊ egritudinibus eoꝝ. Cap.11^m.

Uo labia creata ſūt ad cooperiēdū os ⁊ dētes ⁊ ad decorē ⁊ ad retinēdū ſaliuā ⁊ in hominib⁹ ad loquēdū. Et creata ſunt ex carne ⁊ neruis q̄ ſunt ꝑtes lacertoꝝ qui ꝯtinēt ea.

¶ Hic determinat de diſpōnib⁹ labioꝝ. Et p° ponit anathomiam. Scđo determinat de diſpōnib⁹ labioꝝ.ibi (Medicīe.) ¶ In ꝑma ꝑte ponit vtilitatē labioꝝ:⁊ pz l'ra. Item os ſumit̄ pro tota ꝯcauitate in qua ꝯtinet̄ lingua. Itē que ꝯtinent ea atq; ꝯtinent̄ in eis.

¶ De fiſſuris labioꝝ. Cap.12^m.

Medicine q̄dē qb⁹ indiget̄ in curatione fiſſurarum ſunt ille que ad exiccationē ⁊ ſtipticitatē aggregant lenificationem.

¶ Hic determinat de diſpōnibus labioꝝ. Primo de fiſſuris. Scđo de apoſtematibus.ibi (Oportet vt incipiatur.) Tertio de hemorroidibus.ibi (Si aūt in eis.) Quarto de tremore.ibi (Plurimum.)

¶ Primo premittit can̄.in adminiſtratione medicinarum. Scđo medicinas.ibi (Medicine ꝯferentes.) Prima pz.

¶ De cura. Cap.13^m.

Medicine ꝯferētes ad illud ⁊ ex illis eſt dragagātū qn̄ tenet̄ in ore ⁊ cōmouet̄ ligua. Et ex regimine iuuāte in ipſa eſt inūctio ſuminis ⁊ ani:⁊ vt liniat̄ ſuꝑ eas butyrū recēs:⁊ ex eis eſt fruſtuz cucumeris ſuꝑ aliud: aut liniat̄ ſuꝑ eas aq̄ ſebeſten: aut aq̄ ordei: aut mucilago pſilij. Et ex pinguedinib⁹ ſunt butyruz ⁊ medulla ⁊ adipes vituloꝝ ⁊ anſerū cū melle aut oleū albabac alchadra: aut oleuz roſ.⁊ in quo ſunt albumen oui ⁊ farina ⁊ ꝓprie farina herbi ⁊ ceratū:⁊ qn̄q; ponit̄ in ipo merdaſengi. Et ex medicis exꝑtis eſt illđ qđ. ℞. gallas ꝯtritas cū ceruſa plūbi amilū ⁊ dragagantū cū adipe galline:⁊ ēt galle ꝯtrite cum ſiſamino ⁊ ēt maſtix ⁊ eſt viſcus albotim ⁊ hyſſopus ⁊ mel fiat ex eis vnguētū. Et iteꝝ merdaſengi ⁊ ſedina ⁊ venaꝝ vitis: oiuz an̄.ꝑs.5. debenigi ꝑs.5. vngule caprine aduſte croci: āboꝝ an̄.ꝑtes.iij.cāphore.vj.partes: gūmi ꝑtes.vj.cere.xvj.partes: oleū roſ.⁊ etiā ambra ſoluta cū oleo balſamino aut olei de ben aut olei de citro.iiij.ꝑtes: ſumat̄ ⁊ adminiſtret̄ in ipſis ceratū:⁊ ſint cibi ei⁹ pedes ⁊ extrema ⁊ oua ſorbilia.

¶ Hic ponit multas medicinas: ꝑtes patēt. Itē dragantū.i.vitriolum. Item ſuminis.i.partis medie ventris inferioris infra vmbilicū per quatuor digitos. Item ſuper aliud.ſ.medicamē poſitum. Item alahabari nō inuenit̄: ſed alabat eſt quedā arbor. Sed dicit Simon ꝙ Aui.nō cognouit ſed alachabat dicit Simon eſt termē. Item alchadra nō inuenit̄. Item ⁊ cerotum.ſ.conſtitutum ex illis. Itē merdaſengi.i.viride eris vel plumbum vſtum vel lythargirum. Item viſcus albotin.i.terbentine. Itez ſedina.i.cardo benedictus. Item venarum vitis.i.celidonia minor. Item debenigi nō inuenit̄ qd ſit. Item oleū roſarū.ſ.qđ ſufficit.

¶ De apate labioꝝ ⁊ cura. Cap.14^m.

Oportet vt incipiat̄ in eis cū euacuatione humoris dominantis: deinde adminiſtrent̄ medicine locales. Apoſtemata vō ſunt ꝓxime poſitionis ex iudicio apoſtematū gingiue:⁊ cura fortior parūper eſt magis neceſſaria.

¶ Hic determinat de cura apatū. Prio per euōnē. Scđo ꝑ remedia localia.ibi (Medicine vō.) ¶ Dicit ꝑmo ⁊c. Item ꝓxime poſitionis.i.tale eſt iudiciū in cura earū ſicut apatū gingiuarū.

¶ Medicine vō locales ad vlcera aſſumunt̄ ex ſtipticis ſicut myrabol'.de lycio ⁊ ſemine roſe ⁊ nuce cupiſſi ⁊ radicib⁹ vitis. Et qn̄q; ponunt̄ in eis debenigi ⁊ vngule caprine aduſte ⁊ capilli aduſti ⁊ fum⁹ aggregat⁹ ⁊ vſnee. Olea autez que adminiſtrant̄ in eis ſunt ſicut oleum de chryſomillis ⁊ oleum de nuce indica.

¶ Hic ponit medicinas locales:⁊ patet littera. Item debenigi nō inuenitur quid ſit. Item fumus aggregatus.

¶ De hemorroidibus labioꝝ. Cap.15^m.

Si aūt in eis ſūt hemorroides: tūc ex eis que ꝯferūt eis ſunt ſquame ferri ⁊ merdaſengi et ceruſa ⁊ croc⁹ alumē ſ'm ꝑtes eq̄les ſumpta ex quibus fiat vnguentum cū cera ⁊ oleo nucis indice ⁊ oleo roſa:

¶ Hic determinat de hemorroidibus.⁊ patet.

¶ De tremore labiorum. Cap.16^m

Plurimū accidit cū cōitate oris ſtōchi ⁊ ꝓꝑe qn̄ eſt nauſea: aut mouet̄ quaſi ad expellēdū aliq̄d cū vomitu:⁊ ꝓprie in egritudinib⁹ acutis ⁊ oris criſis:⁊ qn̄q; eſt cū cōmunitate neruoꝝ aduenietiū ad ea a cerebro ⁊ nucha cū cōmunitate quā cerebrum habet cum eis.

¶ Hic determinat de tremore labioꝝ:⁊ dicit ⁊c. Item nauſea eſt vnum ſignificans criſim per vomitum ⁊c.

¶ Incipit expoſitio ſuper nona fen.

¶ Fen 9ª de diſpōnib⁹ gutturis ⁊ eſt tractat⁹ vnicus.

¶ De anathomia gutturis. Cap.ꝑ^m.

Per guttur intelligimus ſpatium in quo ſunt meatus anhelit⁹ ⁊ cibi:⁊ de eo ſunt additio que ſunt vua ⁊ amigdale ⁊ galſamat. Et tu quidē iam ſciuiſti anathomiam mery ⁊ anathomiā epiglotis.

Determinauit Auic. de diſpōnib⁹ mēbroꝝ animatoꝝ.ſ. cerebri:⁊ ortoꝝ eius ⁊ āneroꝝ:⁊ ſunt iſta membra in lingua vel in partib⁹ lingue: vt Halya.3.ſermone theorice.16.cap. Hic īcipit determinare de diſpoſitionib⁹ membroꝝ ſpiritualiū ⁊ anneroꝝ:⁊ incipiunt a gutture: vt pōt ſumi ab Haly.3.theo.17.cap. Dicunt̄ aūt illa mēbra animata: q2 ſunt ꝑncipiuz aīalis virtutis: aut orta: aut ſeruientia ſ'm medicū. Dicunt̄ autē iſta ſpiritualia: q2 ſunt ꝑncipia ſpiritualis.i. vitalis virtutis: vt cor: aut orta ꝓpinque: aut annexa ſeruientia:⁊ illa ſunt guttur: cor: pulmo: pectus: diaphragma. ¶ Sed tu dices ꝯtra: q2 ex illis q̄dā ſunt ꝑꝑ vocē que eſt actio voluntaria: vt in lib. de voce.⁊ in lib.7.de vtilitate particulaꝝ.5.ca. ¶ Dōm 3^r. Prio ꝙ diſtinctio mēbroꝝ aīatoꝝ a mēbris ſpūalibus nō eſt hic oīno quo ad opōnes: ſed cū hoc quo ad ſitū: vt illa dicant̄ aīata que ſunt ꝑncipia vel ꝓpinquātia illis: illa aūt dicant̄ ſpūalia que illis adiacēt. Cōtra: plus adiacet guttur cerebro q̄ꝫ cordi. Dōm ꝙ nō plus tanq̄ꝫ cāna pulmonis que eſt vna pars ꝑncipalis pulmonis. ¶ Scđo pōt dici ꝙ mēbra dicunt̄ aīata quoꝝ plures vel magne ꝑtes ſunt ꝑꝑ opōnes aīales. hmōi aūt ſunt que ſunt ſuꝑ guttur. Sed dicunt̄ ſpūalia quoꝝ plurima ſūt hmōi ſicut eſt guttur. gutturis vō pl'ima ꝑs eſt ꝑꝑ cor. ¶ Tertio dōm ꝙ lꝫ guttur ſ'm ſe ſit inſtrm vocis que eſt actio volūtaria: tn̄ vt ꝑs cāne pulmonis eſt ꝑncipiuz inchoans anhelitū:⁊ vt ſic eſt ꝑꝑ cor: ſic ēt pectoris ꝑtes: q2 ſunt ꝑꝑ anheli-

tum sup cor. Et iō actio anhelit⁹ ⁊ vocis cadūt in istis fen. ¶ Sic aūt ꝓcedit Aui. Quia p̊ determinat de dispōnib⁹ mēbroꝝ spūaliū intrinsecoꝝ. Scđo extrinsecoꝝ vt mamillarū. ibi fen. 12. (Mamilla ⁊c.) ⁋ Pria in duas. Prio determinat de dispōnis mēbroꝝ spiritualiū seruientiū. Scđo ꝑncipalis. s. cordis. ibi fen. 11. (Cor qdem creatū est.) ⁋ Pria in duas. Prio determinat de dispōnib⁹ seruiē-tiū remotoꝝ. s. gutturis. Scđo ꝓpiquoꝝ. ibi fen. 10. (Cāna.) ⁋ Prima in duas. Prio ꝑmittit anathomiā guttur᷑: vt gnāľr ꝓmisit in ꝓhemio ꝑmi cañ. Scđo exeqꝫ de dispōnib⁹ ei⁹. ibi (Qñq.) ⁋ Prima in duas. Prio noīat partes gutturis. Scđo declarat illas. ibi (Vua.) ¶ Cōsiderādū p̊ ꝙ in p̊ᵃ ꝑte inuit ꝙ guttur colligit quinq ꝑtes siue mēbra. Prio. s. ꝑnᵐᵐ meat⁹ aeris vt cāne ꝑnᵐᵐ. Scđo ꝑnᵐᵐ meat⁹ cibi ⁊ mery. Tertio vuā. Quarto duas amigdalas. Quinto galsamat. Mery anathomiā sciuisti fen. 13. ⁊ ēt alibi. s. p̊ lib. fen. 1. ca. de mēbris. Epigloti anathomiaꝫ sciuisti p̊ cañ. fen. 1. ca. de anathomia musculoꝝ epigloti ⁊ ifra fen. 10. Restat ḡ dicē de alijs tribus. s. de vua amigdalis ⁊ galsamat. ¶ Cōsiderādum 2° ꝙ guttur accipiꝫ 3ʳ. Uno mō ꝓ corꝑe aggregāte epiglotū ⁊ mery qđ in trāsglutione mouet sursum ⁊ deorsum: ⁊ sic sumiꝫ p̊ cañ. fen. 1. cap. de anathomia musculoꝝ gutturis. Scđo mō ꝓ ꝑncipio cāne pulmonis ꝑter mery: ⁊ sic sumiꝫ a Gerardo cremonensi in glosis cap. de squināntia. Alio mō sumiꝫ pro spatio cōꝑrehēdente illa quinq mēbra ꝑdicta: ⁊ sic sumiꝫ hic ⁊ tertio ꝓnosticoꝝ cōmē. 18.

¶ Vua vō est substātia carnosa pēdens sup supremā partē epiglotis sicut velamē. Et ei⁹ qdē iuuamētū est gradatio aeris vt nō ꝑcutiat suo frigore pulmonē subito ⁊ vt ꝓhibeat puluerē ⁊ fumū: ⁊ vt sit ꝑcutiēs vocem qua ꝯfortet ⁊ magnificeꝫ quasi ipsa sit porta custodiens super exitum vocis quātitate sua ⁊ propter hoc nocet eius icisio voci ⁊ preparat pulmonē ad recipiendū frigus ⁊ nocumentū eius ⁊ tussim ab eo.

minum nõ est nisi habens nares oppilatas. Ipse ergo
vere non loquitur ex naribus. Dolor autem nõ fit for
tis in flegmatica ⁊ dura: ⁊ fit fortis in calida. Cũ ergo
vehementior fit dolor: tũc quãdoqꝫ inflatur collũ to-
tũ ⁊ facies: ⁊ pendet lingua: ⁊ magis incolumis decol-
latio est illa cũ qua anhelit⁹ nõ fit difficilis. Et pulsus
quidẽ habentiũ prefocationem in principio sui est fre-
quens diuersus deinde fit paruus rarus.

¶ Iã posuit diuersitatẽ ꝓfocationũ. Hic ponit signa. Et ꝑᵒ in gene-
rali. Scđo i spãli. ibi (Et cõicat.) Tertio addit canões. ibi (Et sciaꝫ.)
¶ In ꝑma ꝑte Auic. ponit. s. signa que cõiter in spẽbus ꝓfocatio-
nũ reperiunt̄. ¶ Primũ ꝯstrictio anhelitus. hoc eniꝫ cõe est omni
ꝓfocatiõi. i. omni squinãtie: ⁊ hoc est qđ dicit cõis itentio. i. ꝙ cõi-
ter significãt: vel ꝙ cõiter itendit̄ loco cõis signi. In oibus spẽbus
ꝓfocationis. i. squinãtie est ⁊c. ¶ Scđm signum est ꝙ os remanet
apertũ vt liberius anhelent. sanis enim hoibus clauso ore sufficit
via nariũ: vt. 11. de vtilitate particulariũ. 11. ca. ¶ Tertiũ signũ est
difficultas trãsglutiẽdi ⁊c. Et hoc q̄ nõ potẽs itrare ipetuose ascẽ
dit per colatoriũ per vias nariũ. fit aũt difficultas trãsglutiẽdi ꝑꝑ
nocumẽtũ meri ꝓpriũ vel cõitate: ⁊ iõ plus accidit quãdo apã est
in meri. ¶ Quartũ signũ est exitus oculoꝝ ꝓpter cõstrictionẽ fa-
ctã in collo ⁊ arterijs ⁊ venis eius: vñ exprimit̄ sanguis ad suꝑio-
ra vt dicit Dynus. Et hoc declarabimus ꝓlixe suꝑ fen. 3. ca. de exi-
tu oculoꝝ. ¶ Quintũ signuꝫ est egressio lingue: ⁊ hoc est in ea que
est vehemẽs que dicit̄ canina: ⁊ hoc fit vt liberi⁹ possit trahi aer.
Cũ debilitate motus eius. s. lingue ꝓpter nocumẽtũ cõicatũ lacer
tis lingue. In quadã tñ squinãtia videbis retrahi ⁊ rotundari ꝑꝑ
eius impletionẽ ⁊ spasmũ ꝯtractiuũ. ¶ Sextũ signũ est locutio cũ
naribus ⁊ est vere. In hoc aũt Aui. videt̄ ꝯtradicere his qui dicũt
ꝙ ꝓfocati loquunt̄ cũ naribus: ⁊ arguit sic. ꝯsuetudo est ꝙ ille loq
dicit̄ cũ naribus q hꝫ nares oppilatas: ergo vere non loquit̄ cum
naribus: ⁊ in hoc forsan reprehẽdit Rasim. 3. ꝯti. c. vlti. qui dicit h̄.
¶ Cõsiderandũ ꝙ loqui dr̄ aliqs cũ narib⁹ cuius loq̄la resonat cir-
ca ꝑtes nariũ ꝑꝑ oppilationẽ. vñ aer q̄si ibi reflectit̄ ⁊ facit echõ:
cũ ergo squinãtici nõ sint tales: igit̄ nõ loquũtur cũ naribus exquo
nõ sunt oppilate: ⁊ iõ est impropria locutio. ¶ Sciẽdũ tñ ꝙ ꝓpter
grossitiẽ lingue nõ possunt squinãtici libere loqui ꝑ os: ⁊ iõ i pala-

ro loquētes resonat in naribus: quāuis nō sint oppilate nares: ⁊ h forsan Rasis voluit. vnde dicit ꝙ lr̄e q̄ ꝓfert nō possunt sunt n. r. l. 3. ⁊ iste sunt q̄ idigēt formatione in extremitate lingue quas in palato ꝟsus mery nō pn̄t formari: ⁊ iō resonāt nares eoꝝ: ⁊ si nō sint oppilate. ¶ Septimū signū est ꝙ mā flegmatica ⁊ dura. i. melica nō fit fortis: q꞉ mãe fride nō sic iducūt dolorē vt calide cū apostemāt: vt. 1. can̄. fen. 2. c. de signis apostematū. cū ergo dolor fit vehementior: tunc ⁊c̄. q꞉ trahunt multe mãe. Et magis p꞉. ¶ Octauum signum est frequentia pulsus in principio.

Dubᵐ pᵐ ¶ Dubitat̄ de hoc: q꞉ Gal. in cōmēto pulsuū in cap̄. de pulsu squināticoꝝ. ⁊ in libello qui itroductorius dr̄: dicit ꝙ pulsus squināticoꝝ in principio est paruus ⁊ rarus ⁊ in fine est frequens. ¶ Dōm dupliciter. Primo ꝙ Gal. loquit̄ de principio fortis ꝓfocationis in q̄ dicit ꝙ pulsus est paruus ⁊ rarus ꝓpter debilitatē virtutis ⁊ minoratā necessitatē sed in fine ꝑꝑ maiorē defectū puiori facto pulsu fit pulsus frequēs: sed hic loquit̄ absolute de suffocatione. Aliter dicit̄ ꝙ suffocatus ab apostemate pōt cōparari sibiipsi sano: ⁊ sic necessario pulsus in p̄ est paruus ⁊ rarus ⁊ in ꝓcessu est frequēs ⁊ diuersus ꝑꝑ necessitatē ⁊ virtutis impotētiā ad dilatandū extensionē vt sumit̄ ab Haly. 7. theo. 10. c. Alio mō pōt cōparari sibiipsi in diuersis tēporibus: ⁊ tūc in pn̄° est frequēs ⁊ diuersus in medio tēpore est frequēs ⁊ paruior: q꞉ maior addit̄ necessitas: ⁊ illud mediū vocat Gal. finē. sed in vltimo fine in quo iā morit̄ fit paruus ⁊ rarus extincto calore: ⁊ illa videtur mens Gal. ibidem.

¶ Et cōmunicatione apostemosū in hoc q̄d sentitur: aut cum visu: aut cum tactu: ita vt sentiātur membra mery ⁊ epiglotis dura ⁊ extensiua ⁊ sic habēs eā quasi desiderat vomere.

¶ Hic ponit signa specialia ꝺm diuersitatē causaꝝ prefocatiōis. Et p̄mo facte ab apostemate. Scd̄o a cooptura ꝑꝑ vicinū. ibi (Et cū remotione.) Tertio redit ad cōplendū in speciali signa apostemose. ibi (Et dr̄ia.) Quarto ponit signa facte a pigritia virtutis in mouēdo lacertū. ibi i fine capl̄i. (Signa facte a siccitate.) ¶ Cōsiderādū ꝙ duo ponit signa. Unū ē q꞉ sentit̄ tēsio ⁊ durities in ꝑtib⁹ gutturis: q꞉ in hoc cōmunicat omne ap̄a in locis neruosis: vt Gal. in cōmēto pulsuum de pulsu squināticoꝝ cōmē. 32. ⁊ itellige hoc sentiri tactu medici: vel ifirmi: q꞉ aliq̄n nō percipit̄ tactu medici: ⁊ tn̄ est in lacertis itrīsecis epigloti vel extrinsecis: ⁊ forsan ꝙ in omni squinātia tactu medici diligēter appet aliqua tensio. ¶ Et si cōtra hoc dr̄ vt supra ꝙ aliqua squinātia nō appet medico nec intus nec extra. ¶ Dōm ꝙ veꝝ est ad visum ad primū occursum tactus: tn̄ de hoc nō curo si sic sit vel nō. ¶ Scd̄m signum est ꝙ desiderat vomere: causa est ꝺm Dynū: q꞉ trahuntur partes mery ad superius ⁊ interius propter ꝯctionem partiū epiglotis. vnde mery est circūtractū sicut quasi in vomitu. Alia causa est cū hoc apud me: q꞉ ꝑꝑ calorē ⁊ dolorē illarum partium trahūtur materie ⁊ eliquant̄ a vicinis membris q̄ labētes ad mery faciunt nauseam.

¶ Et cum remotione quidem est attractio colli ad interiora ⁊ abscisio vbi remouentur spondiles: ⁊ quādo tangitur dolet: ⁊ si iacet suꝑ collum suū non delectat aliq̄d quod ipse deglutiat omnino.

¶ Ponit signa ꝓfocatiōis facte a coopertura. Fiebāt aūt a duplici cā in genere vel a dislocatione spōdilis: ⁊ de hac ꝓsequitur vel ab apostemate in vicino ⁊ illā postponit supra. ¶ Dicit p̄mo cū remotione. i. prefocatione facta per remotionē spōdilis. Attractio. i. cōtractio colli. abscisio. s. vniformitas in tactu: q꞉ ibi depressionē vel foueā facit. Et si iacet. pōt dupl'r exponi dolet ⁊ si iacet: q꞉ tūc magis dolet: vel si iacet ⁊ non delectat ꝓpter dolorē quē trāsglutiendo plus sentit q̄n sic iacet: q꞉ cadūt partes colli ⁊ p̄munt plus versus dislocatā spōdilē: ⁊ ideo prauius deglutit.

¶ Et differentia q̄dem iter constrictionem anhelitus factam cā decollationis: ⁊ factā in cā peripleumonie ē q̄n illa q̄ est in peripleumonia nō prefocat subito: sed hec subito quandoq꞉ prefocat.

¶ Hic ꝑ ꝑte vult tractare signa ꝓfocatiōis ap̄ ose sicut particularius supra exequebat̄. ibi diuisio aūt ap̄atū. ⁊ queādmodum supra exequebat̄ diuidendo prefocationē ap̄osam siue ap̄a oppilet siue cooperiat ꝓpter nocumētū vicini: ita ēt exequit̄ hic. Diuersificat̄ aūt ap̄a prefocatiuū tripl'r. vel ex ꝑte locoꝝ in q̄bus fit: vel ex ꝑte terminatiōis: vel ex ꝑte causaꝝ. ¶ Prio igit̄ ponit signa eius vt diuersificat̄ ꝺm loca. Scd̄o ex ꝑte terminatiōis. ibi (Prefocatio āt.) Tertio ex ꝑte causaꝝ. ibi (Et signa q̄dē.) ¶ Pria in duas. Quia primo docet distinguere iter ꝓfocationē ⁊ peripleumoniam ⁊ ꝓfocationē de qua est sermo in ca. q̄ fit ab ap̄atib⁹ gutturis. Scd̄o docet ꝑ signa distiguere iter sp̄ēs ꝓfocationū ab ap̄atib⁹ gutturis. ibi (Et dr̄ia iter ap̄ata.) Cā p̄me dr̄ie est: q꞉ ꝑꝑ latas vias ⁊ multas pulmonis nō sic subito ꝓhibet̄ trāsitus aeris in p̄ma: ⁊ idē multo magis itellexit in pleuresi. epiglotis aūt via: q꞉ stricta pōt oppilari subito: ⁊ iō hoc fit ab apostemate gutturis q̄n subito prefocat.

¶ Et dr̄ia iter ap̄a in epigloti ⁊ ap̄a mery est q̄n cum deglutire ē possibile ⁊ anhelit⁹ ē ꝓhibit⁹: tūc ap̄a ē in epigloti: aut si ē ecōuerso tūc ap̄a est in mery. Et q̄nq꞉ magnificat̄ epiglotale adeo donec ꝓhibeat ꝺglutitionem. Et q̄nq꞉ magnificat̄ meryale: adeo ꝙ prohibeat anhelitū: ⁊ nō ꝯstringit anhelitū aliq̄d ap̄atū mery nisi q̄d est in supremo eius: q̄d ꝟo ē sub hoc nō ꝓhibet anhelitū quāuis difficilis fiat ⁊ cōstringat̄: q̄n nō ꝑuenit ad hoc vt cōprimat cānam ⁊ extremitatem eius: ⁊ vt non igrediatur in eam aer oino.

¶ Sp̄ēs istoꝝ ap̄atū erāt quatuor: sed p̄ma diuisione erant due: q꞉ vel in lacertis mery: ⁊ partib⁹ eius vel in lacertis ⁊ ꝑtib⁹ epigloti: sed subdiuidēdo erāt q̄tuor q꞉ vel in ꝑtibus extrinsecis mery. s. versus collū post: vel extrinsecis epigloti ꝟsus collū anterius: vel in ꝑtibus itrinsecis mery: vel in ꝑtibus itrinsecis epigloti. Primo ergo ponit signa ap̄atū quātū ad primā diuisionē. Secundo quantū ad vltimā quadrimēbrē. ibi (Cū apostema.)

¶ Dubitat̄ de p̄ dicto: nā ap̄a meryale ⁊ in lacertis itrinsecis ꝟsus epiglotū plus ipedit anhelitū q̄ quoddā apostema epiglotale vt q̄d est in lacertis itrinsecis versus collū. ¶ Dōm ꝙ forsan hoc est falsū existēte vtroq꞉ apostemate in supremo lacertoꝝ vel partiū illaꝝ. Uult igit̄ ꝙ gn̄al'r ēt apostema mery plus ipedit transglutitionē q̄ anhelitū: ⁊ oē epiglotale ap̄a plus ipedit anhelitū q̄ trāsglutitionē. Et iō caute loquut⁹ est Aui. dū dixit. deglutiri est pol'e. ⁊ anhelitus est ꝓhibitus. i. ꝙ possibilius sit trāsglutire q̄ anhelare. Dubᵐ 2ᵐ ¶ Considerandū ēt ꝙ apostema meryale q̄n est in supremo eius appropinquat loco arcte cāne: ⁊ iō cōstringit anhelitum.

¶ Cunq꞉ apostema est in mery: ⁊ in lacertis intrinsecis non manifestatur sensui: quanuis lingua palato adhereat vehementer.

¶ Hic ponit signa quatuor specieꝝ apostematū ꝺꝫ quatuor loca. Et primo ponit signa ap̄atū in lacertis intrinsecis mery. Scd̄o ponit signa ap̄atis in lacertis itrinsecis epigloti: ⁊ signa ap̄atis in lacertis mery extrinsecis. s. versus collum post versus nucham. ibi (Et dr̄ia.) Tertio ponit signa ap̄atis in lacertis extrīsecis epiglotis. s. ꝟsus collū an̄ ⁊ ꝟsus pectus ⁊ thoracē. ibi (Deinde illud.) ¶ Considerandū ꝙ Aui. vult ꝙ tu iūgas istud signū cū supiori: q꞉ vides ꝙ anhelitus nō est ꝓhibit⁹ ⁊ trāsglutitio est ꝓhibita ⁊ nō appet aꝑto ore significat̄ ꝙ est in lacertis itrinsecis mery: q꞉ ap̄a q̄d est in lacertis itrīsecis mery versus collū ⁊ nuchā appet aꝑto ore ⁊ mōstrat suā rubedinē intus. ¶ Sed tu dices Aui. dicit ꝙ hoc ap̄a mery ꝓprie in lacertis itrinsecis nō apparet quāuis lingua premat̄. ¶ Cōtrariū dixit supra cū dixit. nō ꝯspicit̄ id nisi in casu lingue ⁊c̄. ¶ Dōm ꝙ hic loquit̄ de adherētia quā per se faceret ifirmus cū qua nō appet hoc ap̄a: ⁊ tn̄ appere pōt id q̄d fit in lacertis extrīsecis versus collū: sed supra loquit̄ de violēti adherētia facta a medico. ¶ Uel dōm ꝙ sermo supius positus referat̄ solū ad ap̄a epiglotis q̄d pōt cū forti exp̄ssione appere. sed ap̄a mery de quo est hic sermo. s. in lacertis itrinsecis nō pōt appere ⁊ si fortiter lingua p̄mat̄. Et hec expositio est alia ab ea q̄ supra dabat̄. ¶ Cōsiderandū ēt ꝙ alia littera reperit̄ que dicit ꝙ in lacertis extrīsecis ⁊ pōt saluari: imo idē dicit. lacerti enim mery. dicunt̄ exterius vel positi versus collū. ⁊ de istis nō est sermo: vel expositi extremitati versus radicem lingue ⁊ versus epiglotum: ⁊ de istis est sermo: ⁊ isti sunt intrinseci ⁊ possunt dici extrinseci.

¶ Et differētia iter ap̄a malū q̄d nō sanatur ⁊ ap̄a q̄d nō ē cū illa malitia imo ē in postremo lacerti mery: ē q̄n videtur ꝙ nō cū eo ꝯstringatur anhelitus nisi cū est deglutitio. Et illud ē malū q̄d est itus in epigloti ⁊ nō apparet sensui exterius ex eo aliquid nisi interius cū ispicitur eius guttur sed est profundum.

¶ Hic ꝑ modū assignationis differētie inter apostema q̄d est in lacertis posterius mery versus collū ponit signa illoꝝ apostematū: ⁊ dicit ꝙ cū ap̄ate q̄d est in postremo lacerti mery. i. in lacerto q̄ est post versus collū nō ꝯstringit̄ anhelitus nisi in actu deglutitionis: q꞉ tūc a descendere de gutture premit̄ ab illo ap̄ate. Sed apostema

stema qd nõ sanat.s.nisi raro qd intus in epigloti nõ appet nec intus nec extra aliqd e malũ:qz cũ multa pfocatiõe siue trãsglutitione siue nõ:7 inuit in hoc qd est in mery versus collum appet aliqd eius apto ore:7 qñqz cõicat collo vt supra dixit.7 forsan voluit hic itelligẽ de apostemate mery in pfundo mery sub epigloto:qz nec itus nec extra apparet:7 ideo voluit ponere signum distinctiuum.

¶ Deinde illud qd nõ videt interius 7 videt exterius.

¶ Hic vult ponere signa quarti apostemat qd fit in lacertis extrĩsecis epiglotis.s.versus collũ.ante.s.versus thoracẽ.7 dicit.deide scilz post pdicta apostemata est apostema id quod nõ videtur interius 7 videtur exterius:sed in anteriori parte colli 7 pectoris:7 fuit spẽs pma posita ab Auicen.illo.§.diuisio autẽ.Auicen.ergo simul ponit hoc apostema 7 intelligit signa:qz eius signa sunt qd interius nõ videt sed exterius apparet. ¶ Cõsiderandũ qp ly deinde: dicit originẽ narrationis sperũ sgnantie 7 appet:7 põt dicere ordinẽ malitie vt malũ qp nõ sanat fit id qd est itus in lacertis epigloti:sz min⁹ malũ est q est in lacert mery siue itrinseci siue extrĩseci:7 min⁹ malũ est q est i lacert epigloti vsus collũ vt qd appet exterius 7 nõ interius:7 hoc etiã sentit Dynus:7 ideo littera exterior nõ est bona que dicit:videt interius 7 nõ exterius.

Dubm 3m ¶ Dubium tñ esset an in lacertis extrĩsecis mery versus collũ post sit peius vel minus malũ qz apostema in lacertis extrĩsecis epiglotis versus collũ ante. ¶ Dynus aũt sentit qp id qd est versus colluz ante qd appet extra 7 nõ intus fit minus malũ. Si tamen cõmunicaretur id qd est in lacertis mery extrinseci esset minus malũ:tũc vel saluabimus litteram extra. vel dicimus qp ly deinde:dicit ordinẽ narrationis 7 non ordinem graduum malitie.

¶ Prefocatio aũt mala festinat ad phibendum anhelitum. Et quãdo resupinat patiens eam phibet anhelitus oĩno. Et quãdo nõ resupinat anhelitus fit difficilis:7 ipse etiam assidue extendit colluz ingeniando ad anhelitum 7 reuoluit cum inclinatione 7 diligit expansionem 7 non potest facere.

¶ Hic ponit signa hoz apatũ quãtũ ad diuersitatẽ terminatiõis 7 terminat vel ad salutẽ vel ad mortẽ aut p permutationẽ aut p collectionẽ 7 suppurationẽ. Primo ergo ponit signa salutis 7 mortis bona 7 mala. Scdo signa pmutationis.ibi(Signa aũt pmutationis.)Tertio signa collectiõis.ibi(Collectiõis aũt.)Quarto subdit cañ.ibi(Et qñqz.) ¶ Prima in.d. Primo ponit signa mala 7 mortalia. Secũdo signa salutis vel spei.ibi(Signa vo spei.) ¶ Prima in gnqz. Prio ponit quedã signa mala. Scdo ponit spãle signũ a spuma 7 idẽ declarat.ibi(Et qñqz puenit.)Tertio a lingua.ibi(Et grossitudo lingue.)Quarto a febre .ibi(Et qñqz est.)Quĩto ponit quedã signa auctoritate Hip.ibi(Et iã dictũ.) ¶ Cõsiderandum circa pmã ptẽ qp qñ homo iacet sup collũ epiglotuz magis claudit vt.3. pnostico.cõmento.18.7 ideo isti diligunt stare erecti 7 extendere collũ. Reuoluit.i.angustiat.7 pp debilitatez nõ põt stare:7 iõ angustiat 7 non quiescit. Alr resoluitur.i.debilitat 7 deficit cũ iclinatione.i.qñ inclinat se 7 nõ stat cum collo expanso.diligit expansionẽ stare erectus cũ collo 7 brachys latis.certuz aũt est hec oĩa eẽ praua signa 7 significant prefocationem malam.

¶ Et quandoqz peruenit constrictio anhelitus 7 necessitas extrahendi vaporem fumosum ad hoc vt educat virtus que efficit anhelitum humiditates ad exteriora in anhelitu 7 apparet spuma:tunc nõ est spes in ipso 7 non oportet vt curetur.

¶ Primo ponit signũ. Scdo declarat.ibi(Cũ tñ.) ¶ Cõsiderandum qp Aui.pmo ponit cãm spume que appet circa os istoz prefocatorũ. Et cã est.nã qñ multũ cstringit anhelitus:tũc vapores q debẽt extra duci fumosi nõ possunt educi 7 euẽtatio fieri non põt:quare pulmo icendit 7 substãtialis sua humiditas dissoluit q subleuat p aerẽ paucũ qui põt ab eis exire 7 venit ad os 7 hec est spuma . hec est snĩa Gal.in cõmẽto scde pticu.afo. Strãgulatoz.afo.43.vbi liquẽs de istis suffocatis siue strãgulatis dicit.cum fumosus aer nequeat exire pre nimia suffocatiõe angustiat pulmo aĩalis.7 cũ maiori angustia expellit a pulmone emittente aliquãtulũ ptẽ subalis humiditat cũ ipso aere.7 idẽ inuit Aui.scda qrti ca.de signis sumptis a radice lingue cũ dicit. Spuma nõ fit nisi cũ cor ad tãtã venerit calefactiõem qp deficiũt ei operatiões pulmõis:qz.s.pulmo nõ põt extrahere vaporẽ fumosum nec attrahere aerẽ fridũ.7 hoc ẽ qd dicit Aui.qñqz puenit cstrictio anhelitus 7 necessitas extrahẽdi vaporẽ fumosum supple 7 attrahẽdi aerẽ fridũ ad hoc qp virtus que efficit.i.virtus mouẽs pectus 7 pulmonẽ educat ad exteriora anhelitũ.i.cũ anhelitu:vel in aere humiditates.s.proprias pulmonis dissolutas pp icẽdiũ:7 appet spuma.s.ex hoc:7 tũc nõ est spes:tũc significat mortẽ cũ tantũ sit icendiũ in corde 7 pulmone qp non opz vt curet:qz morituri solis pnosticis sunt dimittẽdi. ¶ Sed tu dices:quare Aui.in ponẽdo cãm illius spume plus expressit necessitatem educendi aerẽ fumosum 7 vaporẽ qz attrahẽdi aerẽ frigidũ. ¶ Dõm qp pulmoni est maius nocumẽtũ in nõ educẽdo vaporẽ fumosuz qz nõ in attrahẽdo aerẽ frigiduz.attractio enim fridi aeris ppie est pp cor:sz cstrictio est pp pulmonẽ:vt Auer.2.d aĩa. cõmẽto.89.lz sermo sit difficilis 7 als a me discussus. ¶ Scdo diceres si isti sunt cstricti in gula:vñ suffocati moriunt:quõ põt cum aere ide exire humiditas pulmonis que est corpus satis grossuz. ¶ Dõm qp nõ sunt oĩno cstricti qn aliqua sit modicissima via q nõ põt eẽ sufficiẽs vt debita quãtitas aeris pro vite remanẽtia attrahat nec vt pellat sufficiens copia fumosoz vapoz. ¶ Tertio diceres ista spuma vbi format cũ spuma fiat ex mistione aeris siue vẽtositatis cũ humiditate. ¶ Dõm qp forsan in ipo pulmone:qz suba pulmonis spumosa est:vñ nõ est aliud illa spuma nisi spumosa humiditas pulmonis.7 hoc sentit Gal.pallegato cõmẽto.cũ dicit.sic in sanguis screatu est videre qui a pulmone veniẽs est spumosus. ¶ Vel dõm qp illa humiditas simul cũ aere subtiliata multũ ascendit 7 veniẽs ad locũ strictũ epiglotis diuidit 7 cõmiscet cũ aere vñ fit spuma sicut vidi pueros hñtes qñqz in ore paleã rotũdã ccauã:7 inde violenter saliuã cũ aere sufflantes faciunt spumam.

¶ Cum tamen quandoqz accidat vt prefocatus spumet aliquando:deinde sanetur.

¶ Hic ponit signũ dearticulãs.dixit enĩ qp in pfocato q spumaz hz circa os nõ est spes. Vult ãt dicere qp hoc qñqz fallit. Et p pmittit. Scdo declarat.ibi(Et illud est.) ¶ Quod p dicit est dictuz Gal.in cõmẽto pallegato.cũ dicit. Aliqñ 7 raro in ore suffocati spuma apparuit 7 non suffocatus fuit vel mortuus.

¶ Et illud est cum illic fuerit fortitudo 7 appetitus 7 nutrimentum. Cum autem facies eius fit viridis 7 denigrantur sinus oculorum ipsius:tunc ipse moritur:7 similiter quando minoratur pulsus 7 infrigidantur extrema. Et grossitudo quidem lingue 7 ipsius denigratio sunt ex signis malis. Et quando est cum prefocationibus malis febris vehemens:tunc mors festinat:qm feb.facit egrum indigere anhelitu magno. Et iam dictum est in signis mortis velocis qp siquis prefocationem patitur 7 alteratur color postremi eius a rubedine sua cõsueta ad albedinem aut ad viriditatez 7 sudant ascelle 7 inguina eius sudore frigido:tũc ipse moritur in vno duorum dierum.

¶ Primo declarat quis suffocatus spumans euadit . Secundo qs moritur.ibi(Cum autem.) ¶ Dicit primo qp ille q prefocatus spumat 7 euadit est cum illic in eo fuerit hoc signum.s.fortitudo virtutis:bonitas appetitus 7 nutrimentum.

¶ Dubitat de sermone Aui.an suffocatus spumans fortis virtutis boni appetitus 7 nutrimenti euadat. ¶ Videt qp nõ:qz suffocatus quãto est calidioris cõplonis tãto citi⁹ ex causis suffocãtib⁹ morit:7 quãto est frigidioris cũ causis suffocãtibus tãto magis pdurat:qz minus idiget euẽtatiõe:hec est snĩa Aui.prima fen huius ca.de apoplexia.cũ dicit.accidit vt hõ icurrat apoplexiã 7 nõ sit dfia inter ipm 7 mortuũ 7 nõ appet in ipso anhelitus:deide reuiuiscit 7 sanat:7 videt qp calor inatus in eis nõ vehemẽti idiget euẽtatiõe 7 expulsiõe vaporis fumosi 7 anhelitu magno ppter id qd accidit ei ex frigore. Et signũ huius est:qz videmus mulieres 7 personas debiles euadere ab hmõi causis periculosis 7 suffocatis plus 7 robustissimos viros iuuenes 7 calidos mori de quo vulgus miratur. Sz homo fortis virtut boni appetitus 7 nutrimẽti multi est calide cõplexiõis:si ergo spumat:certius signũ ex hoc sumit sup mortẽ. ¶ Dõm qp spuma apparẽs in ore suffocatoz põt habere duplicẽ cãm. Unã eliquationẽ humiditatũ flegmaticaz stantium circa ptes gutturis 7 capitis que pp motũ 7 calorẽ cõmiscent cũ aere 7 fit spuma sicut appet in epilepticis:7 ista vt cõiter dicit nõ significat mortẽ. Quedã vo est spuma que fit ex dissolutione substantialis humiditatis pulmonis ppter multũ incendiũ:7 ista semp mortẽ significat. Quia ergo squinanticus põt spumare ppter humiditatũ flegmaticaz eliquationẽ 7 fortẽ motuz eaz in ore simile ei qd fit in epileptico:7 hoc nõ significat mortem sed ex dissolutione sube pulmonis mortẽ significat:iõ voluit Aui.dare signa ad disti- Dubm 4m

guendū has spumas. ¶ Sed tu dices ista spuma ex humiditatum flegmatica⁊ eliquatiōe que nō significat mortē frequēter accidit: ergo suffocatus spumās frequēter euadit qđ est ꝯ Gal. cō. preal. ⁊ ꝯ. A. hic cū. d. tn̄ qn̄qꝫ. ¶ Ampli⁹ q̄ro: an ex alia humiditate flegmatica q̄ꝫ ex illa fieri possit que ē circa ꝑtes gule ⁊ colatorij. ⁋ Ad p̄ᵐ dōm ꝙ raro fit illa spuma q̄ fit vera spuma: ita ꝙ fint multa corpora minutissima ampulosa ex illa humiditate flegmatica: qꝛ reqrit circa partes oris motus vehemēs sicut in epileptico ⁊ istud nō fit in suffocato nisi accidentaliter cōiungatur epilepsia vel motus spasmosus mandibula⁊: ⁊ hoc est raro. vel reqrit fortis calor ⁊ illa ꝯsumit mām circa gulam ⁊ facit ariditatē oris. ⁋ Ad scđm dōm ꝙ comprehensibile videt ꝙ humiditates accidētales que sunt in pectore possunt facere istā spumā. Et forsan qꝛ viscose sunt nō facient nisi prius subtilientur ⁊ ascendant in īcendio pulmonis ⁊ forti īcisiōe cōsumptio fiet humiditatū subtiliuꝫ pulmonis. Et tu ꝑ te ꝯsidera ⁊ augebis speculationē. ¶ Signa ḡ ad cognoscendū ꝙ spuma strangulati nō fit a sub͂a pulmonis: sunt q̄. A. ponit. s. fortitudo virtutis vitalis significata ꝑ bonū pulsum. Et bonitas animalis significata per sensum ⁊ motū membro⁊ voluntariuꝫ. Et fortitudo naturaliū significata ꝑ appetitū qꝛ desiderat cibaria in hora sua ⁊ cibaria laudabilia: ⁊ hoc est qđ dixit. ⁊ appetitus cibi ⁊c̄. vn̄ significat ordo virtutis membro⁊ ad epar ⁊ epatis ad stomachū. Et possemus dicere ꝙ appetitus significat sanitatē aīalis virtutis: vt sumit ex cōmēto aforismi secunde particule. In omni egritudine cōfortari mentē ⁊c̄. Et nutrimētum. Hoc est tertiū signum: ⁊ intellexit ꝑ hoc bonā digōnem in stomacho iudicabilē per egestioneꝫ: in epate per vrinā: in membris per bonā habitudinē ⁊ coloreꝫ in his existētibus. In eo qui spumat signū est ꝙ spuma nō est ex incēdio ⁊ cōsumptione humiditatis pulmonis sed ex alia cā. Incendiuꝫ. n. tale pulmonis iungit magno incendio ⁊ extinctioni caloris cordis cū quo nō staret bonitas virtutū naturaliū ⁊ aīaliū. Et iō sequit ꝙ si spumet p̄focatus ⁊ nō fit fortitudo virtutis vitalis ꝙ significat ꝑ minorationē multā in pulsu ⁊ īfrigidationē extremitatū prauaꝫ significantē extinctionē calidi cordis. qđ ēt significat ꝑ viriditateꝫ faciei ⁊ denigrationē sinuositatis oculo⁊ q̄ significāt destructiōeꝫ caloris īnati in corde ⁊ cerebro: ⁊ iō humiditates cōgelant ⁊ denigrant circa faciē ꝙ ipse morit cū his signis: ⁊ significāt ꝙ illa spuma est ꝑpter incēdiū cordis ⁊ pulmonis ⁊ eliquationē substantialis humiditatis. Et ex istis eisdē significat defectio animaliū ⁊ naturaliū virtutū: ⁊ ideo possemus dicere: cū aūt prefocatus spumat ⁊ nō sunt in eo fortitudo nec appetitus: tūc morit. ⁊ totū hoc itelligit cū dixit. cū aūt facies eius fit viridis ⁊ denigrat sinus oculo⁊: ⁊ silr̄ qn̄ minorat pulsus tūc ipse morit. ¶ Cōsiderandū tn̄ ꝙ fortitudo virtutis ⁊ appetitus ⁊ nutrimētū possunt esse ante p̄focationē: qꝛ prefocatio accidit hoī forti calide cōplexiōis: ⁊ đ illa fortitudie virtutis nō est hic sermo: ⁊ hoc arguit alio mō eē in actu p̄focationis ⁊ spumatiōis: ⁊ de his signis est sermo. Et iste fortitudines virtutis sunt in quolibet hoīe ꝼm sui naturā ⁊ cōplōnē. Et grossitudo. Grossitudo aūt fit ex multa repletiōe lingue ex suis venis cōicata sicut ēt ex hoc rotundat quādoqꝫ: vt Hip. 4. regi. acu. tex. cōmen. 36. illo. §. Squināticis đnigratio significat fortē adustionē vel mortificationē. Pars sequēs pꝫ. Et iā dictū est. Cōsueuerūt arabes cōiter itellige re per hunc librū eū qui dicit liber secreto⁊ Hip. in eo tn̄ qui est apud me nō iuenit. Ista aūt signa satis vident posse verificari. cū enim p̄focatus alterationē hꝫ in calore colli a rubedine ꝯsueta. i. a suo bono ⁊ viuido colore ad albedinē. i. ad liuiditatem ⁊ mortificationē: vn̄ apparet quasi viridis significāt extinctionē caloris cordis: aut caliditatē prauā apostematis: vn̄ ad se traxit sanguinē illarū partiū. Sudor ascella⁊ ꝼm Dynū fit: qꝛ vapores retēti qui nō potuerūt educi per anhelitū a corde pellunt ad ascellas ⁊ a locis epatis ad inguina. Et qꝛ calor iā extinguit: ideo iā in exitu cōgelat ⁊ fit sudor frigidus. ⁊ iō cito moriunt. s. ipsa die vel sequenti: ⁊ hoc est qđ dicit in vno duo⁊ die⁊. Et sic dicit Rasis tertio ꝯtinētis vlti. ca. Quibus accidit squinātia: ⁊ mutatur exterior pars colli ex qualitate rubedīs eius ⁊ alba fit: ⁊ sudor ascellarū eius fuerit frigidus sequitur mors ipsa die aut crastina.

¶ Signa v̄o spei sunt si ꝑmutat rubedo ad exteriora: multotiēs eni aperiūt tūc oculos suos ⁊ sanantur. Et silr̄ qn̄ alterant eo⁊ anhelit⁹ ⁊ īcipiūt anhelare anhelitu breui. Et illud iō quoniā ipsi in dispōne vehementie icipiunt ad anhelitū lōgū vt ipm paulatim intrare faciāt. Cū aūt abbreuiatur tūc iā remouetur cā prepa rans ad lōgitudinē ⁊ redeunt membra ad dispōnē naturalē. Et silr̄ quando accidit apā in latere opposito speratur cū eo resolutio aliqua.

¶ Hic ponit signa bona ⁊ sunt tria. Primū si rubedo ꝑmutet ad exteriora: qꝛ illic ꝑuenit mā: ⁊ ponit tertio ꝓnostico⁊ textu ⁊ cō. 20. idē signū. Aperiūt ⁊c̄. q̄si dicat subito q̄si sentiūt se liberatos ⁊ eleuant visum cū prius starēt cuꝫ clausis oculis ⁊ tristes: ⁊ ponit hoc signū Paulus. Secundū signū est anhelitus breuis q̄si in breui tpe trahāt aerē: ⁊ dat in hoc cāꝫ notā: qꝛ prefocati in dispōne vehemētis prefocationis īcipiūt ad anhelitū lōgū. ⁊ iste sermo scribit tertio ꝯtinētis caplo septimo auctoritate Hip. in libro epidimiaruꝫ. Tertiū signū est ꝙ apostemat latus oppositū: ⁊ differt hoc signuꝫ a p̄mo: qꝛ illa ꝑmutatio erat ꝑmutatio sine apāte. per latus auteꝫ oppositū ītelligo in situ ⁊ nō in securitate: qꝛ fiat extra in collo vel post aures vel circa ascellas. Sperat resolo idest recessus apostematis prefocatiui. dixit sperat propter ꝯtingentias multas. posset enim materia multa intus ⁊ extra apparere: vt statim dicet.

¶ Signa aūt ꝑmutationis sqnātie sunt vt videātur in apāte detumitio ⁊ resolo absqꝫ aptōe ad exteriora cū mollificatiōe sua. Deīde opꝫ vt ꝯsideret pulsus. naꝫ si sit vndosus magn⁹ ⁊ accidat cū eo tussis: tūc ipsa ꝑmutatur ad peripleumoniā. Si v̄o pulsus est spasmosus tūc ipsa ꝑmutatur ad spasmū. Et si debilitatur pulsus valde ⁊ minoratur ⁊ fit rarus ⁊ cōmouet tremorē cordis ⁊ resoluit inatus calor ⁊ accidit syncopis: tūc mā est effusa ad ꝑtē cordis. Si aūt accidit dolor in stomacho ⁊ nausea: tūc iam effunditur ad stomachū.

¶ Primo ponit signum generale apātis. Scđo spāle. ibi (Deinde.) ¶ Dicit p̄ ꝙ qn̄ apā sqnāticū detumescit ⁊ resoluit. i. recedit subito absqꝫ hoc ꝙ erūpat sanies extra cū mollificatiōe. i. que sanies est cū mollificatiōe apātis significat ꝙ apostema ꝑmutat ad aliuꝫ locū. Et itellige ēt si nō resoluit insensibiliter. Signa v̄o ꝑticularia que ponit sunt certiora: vn̄ dicit deīde. Et demū ponit signa ꝑmutatiōis ad ꝑipleumoniā. Scđo ad spasmū. ibi (Si v̄o pulsus.) Tertio ad cor. ibi (Et si.) Quarto ad stomachū. ibi (Si autē.)

¶ Dubitat de p̄ dicto. nā. G. vr̄ ponere in cōmē. illius afo. Quicunqꝫ squinātiā effugiūt. afo. 11. 5. ꝑticule. ꝙ signū ꝑmutationis squinātie ad pulmonē fit pulsus durus inequalis. pulsus aūt mollis ⁊ equalis significat dimissionē. i. liberationē. ⁋ In ꝯriū est Aui. q ponit ꝙ pulsus est vndosus ⁊ mollis. ⁋ Dōm ꝙ qn̄ permutat squinātia ad peripleumoniā: pulsus fit mollis vndosus. Rō est qꝛ talis pulsus ē peripleumonico⁊ vt Gal. in cōmen. pulsuū de pulsu peripleumonico⁊ cōmen. 26. ⁋ Ad ꝯrium dōm ꝙ tex. illi⁹ cōmē. est forsan corruptus: aut ꝙ dicit pulsuꝫ eē durū cū squinātia permutat ad p̄ncipale mēbrū vel nobile durū ⁊ nō intelligat de mēbro molli. ⁋ Uel dicendum ꝙ si apostema eēt in pāniculo pulmonis pulsus est durus tertio ar. trac. scđo ca. ⁋ Uel dōm ꝙ in oī flegmone pulsus hꝫ aliquā duritiē ꝑꝑ extēsionē: vt Gal. ponit in cōmen. 22. ⁊ sic loquitur in cōmen. aforismi predicti: tn̄ in apāte membri mollis vt est pulmo mollior est q̄ꝫ in apāte duri mēbri. Relique ꝑtes patent. Dubm 5o

¶ Collectionis aūt signuꝫ est qm̄ iuenit lenitas pauca cum pertransitione quarti diei.

¶ Hic ponit signū permutatiōis ad exiturā saniatiōis: ⁊ signū ē ꝙ trāsit quartū diē: ⁊ hoc significat mām alicuius grossitiei nō aptā resolui: ⁊ iuenit lenitas: ⁊ hoc significat ꝙ saniat. Ista autem lenitas percipitur a medico vel infirmus cōprehēdit in se vt supra dicebat de tensione. Dixit pauca. i. inchoans: qꝛ nō apparet ꝙ tūc sit collectio ⁊ suppuratio completa.

¶ Et qn̄qꝫ accidit synātie que facit appere rubedineꝫ in collo ⁊ ꝑte pectoris vt generet herisipilla. Et illud est ꝼm duos modos: aut ꝑꝑ reditionē materie ad iteriora corporis: aut ꝑꝑ eūonem materiei. Si aūt est ꝑꝑ euacuationem tunc est in qua est spes ⁊ alleuiatur cū ea anhelitus ⁊ aliud est malum.

¶ Hic ponit quēdā cañ. qui necessarius est ꝑpter dictū supra ꝙ in signis spei ē ꝙ ꝑmutat rubedo ad exteriora: ⁊ dicit ꝙ ꝯtingit squinātie in q̄ appet rubedo in collo ⁊ pectore: ꝙ illa rubedo ē herisipilla: ⁊ illa herisipilla accidit duplr̄: vel ꝑꝑ tractionē. i. tractū materiei. s. multe ad īteriora: vn̄ multiplicat mā in ꝑte ītrinseca colli ⁊ redūdat ex̄ ⁊ apāt ēt extra: ⁊ hoc ē malū. vel ꝑꝑ eūonē materiei ad extra: qꝛ exit ab ītus ad extra: ⁊ in hoc est spes bona.

¶ Et signa qdē ei⁹ q̄ sanguinea ē sunt signa sanguinis nota ⁊ rubedo lingue ⁊ faciei ⁊ oculoruꝫ ⁊ iuētio saporis sanguis, s, aut dulcedis aut similis sapori vini ⁊ dolor vehemēs

lor vehemēs extēsiuus ⁊ ꝯstrictio anhelit⁹ vehemēs.

¶ Hic ponit signa ſm diuersitatem materierum humoralium ⁊ habet quatuor vt patet. ¶ Considerandum circa signa sanguinee ꝙ sanguis nō corruptus ostendit saporem dulcem: sed corruptus ponit saporē similē vino dulci corrupto: ⁊ h̄ est qḋ dixit. Aut similis saporis vini. s. corrupti. dolorē autem extensiuum ⁊ constrictionē facit multitudo sanguinis. Reliqua sunt nota.

¶ Et signa cholerice sunt iflāmatio ⁊ caliditas ⁊ tristitia vehemēs ⁊ sitis vehemēs ⁊ dolor vehemēs mordicatiuus ⁊ amaritudo ⁊ siccitas ⁊ vigilie ⁊ nō ꝯsequit̄ī ꝯstringēdo anhelitū ꝯsecutionē eueniētē ex sanguie. Et qn̄qz significant ipsam color lingue ⁊ adustio loci ⁊ acuitas ipsi⁹ ⁊ est quasi sit in loco aliqd acutū mordicatiuū: dolor cholerice minor est dolore sanguinee.

¶ Circa signa cholerice summarie cōsidera ꝙ l̄ra que dicit non sequit̄ in ꝯstringēdo anhelitū pōt intelligi dupl̄r. Primo nō sic stringit vel prefocat apostema cholericū sicut sanguineū: q̄ mā̄ subtilis cholerica nō sic claudit viā. Scḋo nō est sic addita systoles siue ꝯstrictio in anhelitu h̄ntis apostema cholericum sicut sanguineū non q̄ nō sic indigeat eductione fumi vaporosi sicut indigetur in sanguinea. dilatatio ergo in cholerico est maior ⁊ manifestior. Color lingue scilz ad citrinum. dixit quandoqꝫ quia quando est intus squinantia dolor cholerice minor est. s. pulsatiuus vel extensiuus: quia mordicatiuus est maior.

¶ Et signa qdē flegmatice sunt salsedo aut sapor baurach cū caliditate ⁊ viscositate: qm̄ h̄ flegma ē corruptū ⁊ putrefactū. Et qn̄qz significāt ipsaz albedo coloris ligue ⁊ faciei ⁊ paucitas sitis ⁊ iflāmatōis. Et qn̄qz ꝓsternit̄ lingua cū mollificatiōe ⁊ raro accidit cuz ea apā in glādulis. Et qn̄qz est dolor cū ea puus aut priuatus ⁊ nō sunt cuz ea febres ⁊ ꝓlongat̄ spatium eius vsqz ad. xl. dies. Et quando nitit̄ h̄ns eā possibilis est ei deglutitio: qm̄ penetrat deglutitū in mollitiem.

¶ Circa signa flegmatice ꝯsidera ꝙ p̄ma signa sunt apātis flegmatici de flegmate qḋ per corruptionē factum est salsuz. Scḋo signa sunt flegmatꝭ nō salsi que ibi ponit. ⁊ qn̄qꝫ significāt. ⁊ istud ē aliud flegma aquosum vel illi ꝓpinquum: ⁊ ideo parū inflāmat ⁊ albescit lingua. Et qn̄qꝫ ita mollificat linguā ꝙ ꝓsternit eā sicut si esset paralyticata: ⁊ hoc est qḋ dicit. qn̄qꝫ ꝓsternit̄. Et raro accidit cum flegmatica squinātia de h̄mōi flegmate nō acuto apostema in glādulis: hoc dicit. q̄ in apātibus mēbris calidis fit multa attractio ad p̄tes gule vnde carnes glandose dicte amigdale ⁊ alie ēt glādule colli replent̄ ⁊ vident̄ apostemari. hoc aūt nō fit in hac flegmatica squinantia ꝓpter frigiditatez ⁊ leuitatē materie: ⁊ ideo qn̄qꝫ non est dolor aut paruus nec febris vt cū est flegma aquosum non putridū ⁊ ꝓlongatur. s. qn̄qꝫ vt supra dictū est: ⁊ forsan dixit absolute ꝓlongatur: q̄ ex natura materie frigide sibi cōpetit prolōgatio chronica. s. quadraginta dieꝝ. ¶ Et qn̄ nitit̄. q̄ cū hoc apāte nō est tensio nec durities sicut in calidis apātibus: imo partes ille q̄si remollescūt: ⁊ iō si homo sollicitat̄ ⁊ conatur plus deglutire pōt ⁊ melius q̄ꝫ si in eisdē locis esset apostema calidū: ⁊ hoc voluit Rasis 3. ꝯtinen. ca. vlti. ꝓpria auctoritate dicens. in squinantia que fit ex flegmate: cura est cū sollicitudine ex eo qḋ molle est.

¶ Et signa melācholice sunt durities ⁊ sapor acetositatis ⁊ ponticitatis ⁊ ꝙ accidit paulatim. ⁊ quandoqz est permutata ex apostemate calido.

¶ Hic Auic. dicit. signa mel̄ice squinātie: scias ꝙ mel̄ia h̄z istos sapores: ⁊ ideo cadūt in signis. Signa aūt ꝑmutationis ex apostemate calido derelinquūtur ex signis calidi apostematis p̄cedentibus: ⁊ plus ex signis dictis in multis alijs locis.

¶ Et signa facte a siccitate mēbroꝝ spūaliuz quecūqz fuerint sunt paucitas humiditatis in ore ⁊ iuuari ex aq̄ calida statim cū eo qḋ humectat ⁊ mollificat.

¶ Jā posuit signa p̄focationū ꝓpter apostemata ⁊ ꝓpter cooperturā: hic ponit signa p̄focatiōis facte ꝓpter pigritiā virtutis a motu lacerti epiglotis ⁊ fiebat id vel ꝓpter siccitatē vel ꝓpter mollitiē vel ꝓpter spasmū vel ꝓpter nocumētū aliud vt defectū virtutis a causis resoluētibus. ¶ Omittit aūt signa eius que fit ꝑꝑ spasmuz: q̄ itelligunt̄ ex capl̄o de spasmo: ⁊ ex hoc qḋ sentit̄ a medico vel īfirmo vel altero eoꝝ. ¶ Omittit ēt signa eius que fit ꝓpter mollitiē: q̄ sciunt̄ ex capl̄o de paralysi. ⁊ ēt q̄ intelligunt̄ ex dictis in signis apostemose flegmatice cū dixit ꝙ prosternit̄ lingua cū mollificatione. ¶ Omittit ēt signa eius a defectu ꝓpter causas debilitātes: q̄ itelligunt̄ ex notit. a illaꝝ causaꝝ generaliter positaꝝ p̄mo cañ. fen. 2. ca. de causis debilitatis. ⁊ specialiter ex ꝓprijs capitulis pluribus in q̄bus determinant̄ in hoc libro modi malarū cōplexionuz spiritualiū membroꝝ ex quibus deficiūt ab operatione. ¶ Remāsit ergo supra Auic. ponere signa eius que fit a siccitate: ⁊ hoc est: q̄ hoc multotiens accidit. Et quāuis posset clare ītelligere signa eius per signa dicta in capl̄o de ethica: ⁊ in multꝭ locis de quibus habētur signa siccitatis membroꝝ: ⁊ posuit t̄n signa huius cause vt recordaremur ordinis capl̄i causaꝝ prefocationis. Et dicit ꝙ signa prefocationis facte a siccitate membroꝝ. s. epiglotis. ⁊ quecūqꝫ fuerit. s. siccitas: q̄ si a q̄cūqꝫ cā. s. deficiente vel quecunqꝫ fuerit. s. mēbra illa que exiccant̄: dūmodo siccitas cōicetur musculis epiglotis: sunt ⁊c. aqua calida. i. parum ne calore exiccet: sed caliditate iuuetur ad penetrandum.

¶ Et scias ꝙ qn̄qz accidit lingue dolor ꝑseuerans anno vno aut duobus in gutture eius ⁊ significat petrosam superfluitatem in partibus gutturis.

¶ Hic ponit vnū cañ. Cōsiderandū ꝙ lingua est membrū rarum: vt 4. de regi. acu. tex. cōmē. 26. ⁊ Aristo. ꝓblema. 10. ꝓble. 19. Cū ergo dolor circa eius partes stat vno anno vel duobus nō est credendū ꝙ sit materia subtilis sed grossa ⁊ multa: calore ergo desiccata facta est lapis. Et Gal. recitat casum quarto de interioribus in fine. Et ego vidi lapidē in quātitate fabe generatuz sub lingua. Si ergo lapis iste eēt versus gutturis p̄tes pōt p̄focationē generare sicut ego vidi in muliere que stetit prefocata ⁊ credebant oēs eam mori: tamē expuit quoddā frustuz in quātitate ossis dactyli solidū cōglobatum fere vt lapis ⁊ sanata est ⁊ nunc viuit ⁊c.

¶ Sermo vniuersalis de curis apostematum accidentium in partibus gutturis ⁊ epiglotis ⁊ glandulis circundantibus ea ⁊ vue ⁊ galsamati ⁊ duarum amigdalarum. Cap. 10m.

Oportet vt euacuet̄ in principio vniuscuiusqz illoruz materia faciēs illud cū flobothomia ⁊ solutione ventris.

¶ Jam posuit causas prefocationis ⁊ signa: hic ponit curā. Et p̄ generalē omniuz apostematū partiū gutturis: vt rubrica dicit. Secūdo ponit curā sp̄alē in capl̄o sequenti. ibi (In calida.) ¶ Sed tu dices: q̄uo ponit curā apostematū vuee ⁊ amigdalaꝝ cū nondū dixerit de eis. ¶ Dōm ꝙ sermo istoꝝ apostematuz pōt optime itelligi ex sermone de apātibus squināticis: vt notū est: ⁊ iō Aui. nō resumit illa nec ponit cās ꝓprias hoꝝ apātū: t̄n ponet curā sp̄alē. Primo hoꝝ apātū ꝑ medicinas. Scḋo ꝑ manualē operationez. ibi (Et qn̄qꝫ appropriant̄.) ¶ Prima in tres. In cura eni egritudinū cōsideramus dispositionē que curatur: ⁊ medicinas quibus curatur: ⁊ dispōnes diuersas corp̄is que curant̄. Jō primo ponit curā hoꝝ apātū ꝯsiderādo dispositionē quā curamus. Scḋo ꝯsiderādo medicinas. ibi (Oportet vt ꝯspiciat̄) vel. ibi (Et ex rebus.) Tertio corpoꝝ dispōnes nāles. ibi (Et cōsideretur.) ¶ Prima in tres. Primo ponit itētiones generales curatiōis hoꝝ apātū ⁊ res cū q̄bus ꝑficiunt̄. Scḋo ponit quādā curā empericā. ibi (Et ex rebus.) Tertio sp̄aliter cōmēdat quādā medicinā sp̄alem. s. lac. ibi (Et lac.) ¶ Ad primi euidētiā ꝯsiderānduz ꝙ general̄r triplex est itentio in cura hoꝝ apātū. Una est māerum eūo. Scḋa est diuersio. Tertia est approximatio medicinarū localiū. Prīo ḡ ponit curā primam. Scḋo scḋam. ibi (Et vt trahat̄.) Tertio tertiā. ibi (Et vt icipiat̄.) ¶ Dicit p̄mo ꝙ in p̄n° vniuscuiusqꝫ hoꝝ. s. apātū dictoꝝ apostematuz quorūcunqꝫ siue sint in partibus gutturis vel amigdalarū vtimur flobothomia ⁊ sol̄one: aliqn̄ vtrisqꝫ ⁊ aliqn̄ altero solo: si videres repletionem sanguis vel alterius humoris.

¶ Dubitat̄: vtrū in qualibet squinātia. s. cholerica ⁊ flegmatica cōpetat flobothomia. ¶ Videt̄ ꝙ nō per Rasim. 3. ꝯtiñ. aucto. Judei ca. vlti. Amplius ꝑ flōmiā cholera ⁊ flegma disruptius fluūt ⁊ fiūt praua: qm̄ flōmia in cholerico facit cholericoꝝ humoꝝ ebullitionē: ⁊ in flegmatico flegmaticoꝝ cruditatē: vt sumitur quarta p̄mi ca. de flōmia. ¶ In ꝯ̄rium est Alex. ⁊ Paulus in ca. de sq̄nantia qui absolute flōmiā precipiunt nō distinguētes materiam. vñ Alexan. ante oīa q̄dem flōmiaz in sq̄nanticis adhibere necessariū est. Jdē ēt sentit Halya. 6. prac. 2. ca. Mesue īnuit solutionē huius q̄ōnis. Si enim materia horum apostematum sit sanguinea certe cōpetit flobothomia. Et si sit chol̄ica cū sanguine mista: vel ēt flegma- Dubm pm

tica cū sanguine mista siue cū sanguinis multitudine: ⁊ iō ibi docet pharmacias dare. Et si expedit ante flōmiā: ꝯtingit tñ vtplurimū hmōi materias eē sanguini mistas: ⁊ hoc iā declarauimus ꝑlixius fen. 3 ca. de cura obthalmie. ⁊ tu recurre illuc: ergo si aliqđ flegma distillaret a capite qđ esset purū aut multū depuratū nō habile per flōmiā educi caue illā. multi enim mortui sunt ex hoc. Et silr si existimatio tua idicat cholerā esse purā aut depurabilē. / Ad auctoritatē Judei dōm ꝙ intelligit vt dictū est: tñ Rasis redarguit euž ⁊ nō acceptat auctoritatē suā: vnde in fine capituli ēt in flegmatica cōcedit flōmiam: lž in diuisionibus Almansor ca. 51. non exprimat curā ꝑ flōmiā in sq̄nātia flegmatica: quā tñ in cholica exp̄ssit.

¶ Dubitatio vō eēt de qua vena esset fienda flōmia: ⁊ de quo brachio. De cuius solōne recurre ad canones generales p̄mi libri fen quarta tertio cap̄. Et ad similež q̄ōnem quā determinauit in capitulo de obthalmia supra fen tertia.

¶ Et vt trahaṫ materia ad partē diuersam saltem cuž ventosis positis suꝑ loca lōginqua opposita ei ⁊ ligatione extremitatum dolorosa.

¶ Considerandū ꝙ loca longinquiora sunt loca crurium ⁊ coxarū. ¶ Sed tu dices nōne debemus ponere eas in collo. / Dōm ꝙ tutius est incipere ad longinquas ꝑtes vt ad longinquiora trahatur materia: ⁊ ꝑprie qñ ꝑpter etatē vel aliā cām non potuisti facere flobothomiā cū es certus ꝙ in corpore non est repletio: tūc poteris vti vētosis in partibus ꝑpinquis. s. in collo ⁊ sub mēto: sed repletione stāte periculū est ne materia ad locū trahaṫ: vñ Alex. ca. de squināntia. scire opž vos ꝙ vētose necessarie sunt in hac passione: ⁊ cū remouēte si suꝑcurret mā. ⁊ intellige de ventosis ꝑpinq̄s loco vt collo: q: vētositas cruriū ⁊ coxarū ⁊ silr partiū distātiū apponimus ad diuertēdū lōginque currēte mā. Dixit aūt saltē si non potes facere flōmiā vt vētose sint cū scarificatiōe apponende vel nō: remaneat in tuo iudicio ꝺm ꝙ vides de plenitudine sanguinis.

¶ Et vt incipiaṫ in ea cuž medicinis stipticis cōmistis cū eis que habent parum abstersionis sicut mel: ⁊ meliores eo sunt cortices nucis: deide rob mori. Et scias ꝙ iceptio gargarizādi cū aceto cuž incipit passio vue aut synantia est ex eis que repellūt ⁊ ꝓhibēt attractionem humiditatis plurime ⁊ est cū eo ꝓhibitio eius qđ eueniet. Et de istis quidem medicinis sunt sicut alumē ⁊ galle ⁊ balaustie ⁊ ambo granata ꝺcocta vsq3 ad solutionem ⁊ fiat ex eis qđ deglutiaṫ. Et ex eis q̄ iuuant ad illud est vt radatur sinciput ⁊ liniaṫ cū succo achacie ⁊ hoc in principio.

¶ Hic ponit curā quātū ad itentionē vsus localiuž. Et p̄mo in p̄n°. Scđo in augmēto ibi (Deinde.) Tertio in statu. ibi (Deinde.)

Dubm 2m ¶ Dubitaṫ: vtrum in p̄ncipio horū apostematuž cōpetat aliqđ gargarisma. / Videṫ ꝙ nō. 3. cōtinētis. vlti. ca. in p̄n° ꝑ duas chartas. vbi auctoritate Gal. in principio horū apostematū vetat gargarismata. Amplius gargarisma nō fit nisi cuž cōcussione ⁊ motu ⁊ illa ꝓhibenṫ in p̄ncipio apostematū in q̄bus itēdim⁹ mām repellere: vnde in fine caplī sequentis docet in omni dolore gutturis dimittere loquelā siue sermonē. / In ꝯ̄rium sunt oēs. / Dōm ꝙ in p̄ncipio horū apostematum ante euacuationē nō cōpetunt gargarismata. Rō est: q: sunt repercussiua: sed talia nō competūt stāte repletione cōi. plenū eñi existēs corpus non recipiet extra sed post euacuationē cōpetunt: q: materiaž repellunt. ¶ Sciendum tñ ꝙ forma gargarizandi in principio horū apostematū dž esse leuis nō cū labore ⁊ ictu sed quasi quedam detētio in gula nō laborādo vel valde parū ne motus agitet ⁊ attrahat mǎž. In statu vō ⁊ cū queritur resolutio pōt cū forti cōquassatione partiū gutturis fieri: ⁊ hͦ est qđ Rasis dicit. p̄allegato ca. nō est ꝑuocādū mēbrū ad laborež in principio cū multo gargarismate ne fiat cā ad attrahēdū mām. ⁊ ideo Halya. incipit cū tribus igenijs prius q̄ȝ cum gargarismatibus. 6. practice. caplō. 2. / Ad Gal. respondet Rasis ꝙ intelligit de gargarismate acuto: vel intelligit ꝙ non fiat cum agitatione ⁊ motu proprie multo.

Dubm 3m ¶ Dubitaṫ vtrū pure stiptica gargarismata verbi gratia decoctio gallarum siue pure reꝑcussiua ꝑ friditatē vt. v̄. g. succus solatri cōpetāt in squinantie principio gargarizando. / Videṫ ꝙ sic per Gerardū in glosis Viatici lib. 3. c. 1. qui docet gargarizare in principio cū decoctione gallarū balaustiarū ⁊ psidie. i. corticis mali granati. Itē Guil. lōbardus in cholerica sq̄nātia docet gargarizare cū vino de granatis. Itē Rasis tertio cōtinētis. c. vltimo inuit ꝙ paruž insufflandum est de galla nō matura ⁊ de achacia cum sumach ⁊ rosis ac̄. Amplius in istis a͞patib⁹ maxie a p̄n° cōpetit mām repellere: ergo maxie reꝑcussiua ꝯueniūt: hec aūt sunt frida stiptica pura. / In ꝯ̄riū est. A. q̄ icipit cū stipticis mistis cū aliq̄bus abstersiuis. / Dōm ꝙ in p̄n° horū a͞patū nō cōpetunt pure stiptica nec pure frigida reꝑcussiua: sž opž eē cū aliquali abstersione ⁊ resolōne. Rō est que sumiṫ a Rasi tertio cōtinē. c. vlti. Nā pellicula oris est subtilis: ⁊ iō incipit statim aliq̄d resudare: vñ opž stiptica ⁊ reꝑcussiua hēre aliquā vim abstersiuā: ⁊ iō lž cōiter incipiaṫ cū rob mororū ⁊ melle vt Alexander scribit. ¶ Cōsiderandū tñ ꝙ quātitas mistionis resolutiuorū ⁊ abstersiuorū cū reꝑcussiuis est ꝺž ꝙ medicus videt de nā materie. In materijs. n. calidis ⁊ ꝑprie cholericis parū miscemus de illis: vñ possumus eliquare rob nucū cū aqua ro. vel cū aqua decoctiōis sumach vel gallarū ꝺm ꝙ videbiṫ. In mā āt flegmatica multū miscemus vt forsan vtamur diamoron cōposito in quo itrat sapa ꝺm Nico. ⁊ ꝺm Alexan. vinum ēt ⁊ possemus dissoluere id cū decoctione ligritie. Diuersificaṫ ēt hec mistio ꝺm ꝙ p̄nm est quasi principiās vel ꝑcedēs: ⁊ tūc diceret ꝙ in mēbris cholericis. s. subtilibus in principio p̄ncipiāte ⁊ in materiebus sanguineis ēt possemus accedere ad pura ifrigidātia. principio autež ꝑcedente nō est tutū: ⁊ in mēbris flegmaticis ꝑcedente p̄ncipio satis ad abstersionē intēdimus. Et ideo Mesue audacius ad ifrigidātia reꝑcussiua ꝑcedit in materiebus calidis ⁊ ꝑprie in cholerica. Et ēt Sera. tra. 2. c. 18. de squināntia. meliores eorū. i. inter eas coritces nucū. i. rob de cortice nucis: deinde ⁊c̄. Videṫ dare maiorē fidē in rob nucū: q: hž aliq̄d cōfortatiōi stomachi vt Alexā. quinto capitulo. ¶ Cōsiderandū aūt ꝙ acetū id qđ laudaṫ est cōiter acetū vini mistū cū aqua: hž. n. cū repercussiōe ꝑ friditatē vim aliquā resolutiuā pp ꝑtes acutas: ⁊ cōuenit in mā flegmatica cuž virtute incisiua. Vñ Mesue si mā fuerit flegmatica gargarizandū in p̄ncipio acetū cum aqua ro. ⁊ in hac mā flegmatica Rasis 3° cōtinētis versus finem precipue laudat acetū. cōuenit ēt in mā sanguinea ⁊ cholerica: vt in sequēti cap̄. etiā ifrigidando ⁊ ꝑprie cū decoctiōe rerū frigidarū ⁊ ꝑprie acetum acetosorum: sicut est acetū siue vinū granatorū acetosorū de illis medicinis. s. reꝑcussiuis. sunt ēt ambo granata. s. dulce vel mužū ⁊ acetosum mista simul. Fiat qđ deglutiaṫ. i. aliud deglutibile. pōt ēt deglutire. ⁊ dicit hoc ad differentiaž alterius q: nō opž ꝙ de eo deglutiat.

